



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

De Creatione In Commvni Totivs Vniversi, Et De Angelorum natura, & statu
tractatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)



DE CREATIONE IN COMMUNI TOTIVS VNIVERSI, ET DE Angelorum natura, & statu tractatus.

HAEC est tertia, & postrema ex illis tribus precipuis partibus, in quas hoc opus ad illius initium distribuimus. In qua, absolutis duabus prioribus, que tractationem de Deo in se spectato continent, adisserit Divus Thomas de Deo quatenus principium est rerum creaturarum, ab eo que reguntur, ac accommodatè ad suos fines gubernantur. Primo autem loco disputat de creatione rerum in communi.

QVÆSTIO XLIV.

De Processione creaturarum à Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit necessarium omne ens esse creatum à Deo.

*Sensus qua-
siuimus.*

IN questione proposita idem est esse creatum à Deo, ac esse à Deo tamquam à prima rerum causa, à qua velut à fonte omnia efficienter fluxerunt, nihil interim curando, vtrum entia aliqua interuentu causarum secundarum à Deo manarint, atque adeò non per creationem presè, ac propriissimè sumptam. Vnde ens creatum hoc loco idem est, quod ens non habens esse ex se, sed ab alio.

*Primum op-
us Simonis
Magi.*

Prætermittis placitis Philosophorum circa huius vniversi fabricam, ex hæreticis, Simon Magus primus fuit, qui inter alias ineptias asseruit impudenter, mundum hunc factum esse à quibusdam Angelis, quos Deos videtur appellasse, eis tamen præesse vnum incomprehensibilem omnibus incognitum. Legem verò non esse Dei, sed sinistra cuiusdam virtutis, & nihilominus ipsismet Simonem illam dedisse Moyfi in monte Sinay in persona Patris. Hæc partim ex Clemente lib. 2. Recognitionum, partim ex Irenæo lib. 1. c. 20. & partim ex Epiphano hæresi 21. collecta sunt. Legito etiam Augustinum de hæresibus ad Quod vult Deum hæresi 1. Nicolaum Sanderum lib. 7. de visibili monarchia Ecclesiæ, hæresi 1. & Alfonso à Castro aduersus hæreses verbo *creatura*. Simonem Magum secuti sunt Menander & Saturninus, vt docet Irenæus lib. 1. c. 21. & 22. Augustinus hæresi 2. & 3. Nicolaus Sanderus hæresi 4. & 11. Secutus est etiam

A Cerinthus, vt affirmant Augustinus hæresi 8. & Alfonso à Castro vbi supra.

Gnostici duos Deos posuerunt, vnum bonum, & alium malum. Ab hoc secundo dixerunt esse creaturas, & earum quasdam esse malas, teste Epiphano hæresi 25. & 26. Augustino hæresi 6. Nicolao Sanderò hæresi 14. & Castro vbi supra. Aliqui affirmant cum ipsis Gnosticis hunc errorem originem traxisse ab illo Nicolao, vno ex septem primis diaconis: alij verò à Carpocrate, testante Augustino hæresi 6. Hunc errorem secutus est etiam Appelles, vt Augustinus hæresi 21. refert.

*Seculus er-
ror Gnostico-
rum.*

B Manichæus duo etiam posuit principia inter se diuersa, atque pugnantia, & coeterna, duasque naturas ac substantias, alteram boni, & alteram mali. Mutua autem pugna illorum duorum principiorum, & commitione harum duarum naturarum dicebat factum esse mundum, & ea omnia, quæ illius ambitu continentur, ac proinde addebat, vtrumque principium fabricasse mundum, sed cooperatione alterius, commitioneque proinde naturæ boni cum natura & substantia mali: has enim duas naturas ac substantias permixtas esse volebat in rebus, malumque purgari separatione à bono, cui est permixtum. Addebat præterea, animas bonas, quoad id, quod in eis bonum est, esse de substantia Dei, hoc est, de substantia illius boni principij: quoad id verò, quod in eis malum est, esse de substantia illius alterius mali principij, bonasque animas permixtas esse cum malis in eodem homine. Purgari verò animas à permissione mali in hominibus perfectis suæ Ecclesiæ pro qualitate alimentorum quibus vescerentur. Cum verò purgata omnino è corpore migrarent, amplius ad corpora non redire. Ad eas animas, quæ è corpore humano minime

*Tertius
Manichæi.*

Ens qua ratione sit proprius effectus Dei.

Eandem conclusionem demonstravimus rationibus naturalibus q. 2. art. 3. Quod ad rationem Divi Thomae hoc loco attinet, ex discrimine, quod est inter Deum causam primam, & causas secundas, ostendit materiam primam à Deo esse productam. Etenim iuxta modum loquendi Aristotelis 1. Physicorum cap. 8. textu 76. tunc aliquid dicitur produci per se, quando illud non praerat in eo, ex quo producit, tunc verò dicitur produci per accidens, quando praerat in subiecto. Cum enim agens non intendat producere, quod iam est in materia & subiecto, ex quo aliquid producit, sed quod non est, utique quando est subiecto aliquid producit rem aliquam, solum, iuxta hunc loquendi modum, dicitur producere per se gradus illos entitatis, qui in tali subiecto non praerant: eos verò qui praerant, licet, quia generatio vnius est corruptio alterius, interdum eos de nouo producat, per accidens tamen dicitur eos producere, quatenus dum eos gradus, qui in subiecto non erant, producit intendit com- producit eos, qui hos comitantur, quique in subiecto recessu forma, quae nequit in eadem sede cum ea quae introducitur habitare, corrupti sunt. v. g. agens naturale, quod ex semine intendit producere hominem, sicut per se non intendit producere gradum entis in commune, neque substantiae, neque corporis, qui iam praerant in semine, ex quo hominem producere intendit: ita cum semen destruitur, vt introducatur forma embryonis, quae vivat vita viventis, aut etiam vita animalis (si tamen embryo prius vivit vita animalis, quam introducatur anima rationalis) non producit per se ex sua intentione in embryone gradus illos, qui praerant in semine, sed solum gradus viventis, & animalis, qui in eo non erant: reliquos verò comproducit per accidens. Rursus quando per aduentum animae rationalis generatur homo, & destruitur embryo, non solum non producit per se in homine gradus entis, substantiae & corporis, sed neque gradus viventis, & animalis, qui praerant in embryone, sed solum gradum hominis, qui in eo non praecesserat. Quia ergo hoc est discrimen inter causas secundas & primas, quod nulla causarum secundarum, in sensu explicato potest producere per se ens, quatenus ens est, sed solum per accidens: eò quod omnis causa secunda praesupponit, vt operetur subiectum, cui non solum ratio entis incompleti, sed completi etiam, quin & substantiae & corporis inest, vel ratione formae substantialis, quae praerat in tali subiecto, & expellitur, si productio sit accidentalis, vel ratione formae substantialis, qua tale subiectum constar, si mutatio sit accidentalis: causa verò prima ob suam infinitam, illimitatamque virtutem, producat per se ens, quae ens est, isque sit proprius effectus illius; eò quod ipsa sola producere possit res de nihilo, nullo praesupposito subiecto: hinc efficitur, vt materia prima, qua corpora huius vniuersi constant, producta sit à Deo, atque vna cum mundo hoc corporali concreata. Haec eadem ratio explicata etiam fuit q. 8. art. 1. dif. 1.

ARTICVLVS III.

Virum causa exemplaris sit aliquid praeter Deum.



ONCLUSIO est, Deus, quoad ideas quas in se habet, causa est exemplaris omnium rerum. Quae hoc loco dici poterant, dicta sunt quaest. 15.

Molina in D. Thom.

ARTICVLVS IV.

Virum Deus sit causa finalis omnium.



ONCLUSIO affirmat, & est de fide, vt patet ex illo Proverb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Apoc. 1. *Ego sum Alpha, & Omega, principium & finis.* Quae hoc loco addi poterant, dicta sunt q. 19. art. 2. dif. 3. & art. 3. ad 5. tum etiam 1. 2. quaest. 1. praesertim art. 2.

QUESTIO XLV.

De modo emanationis rerum à primo principio.

ARTICVLVS I.

Virum creare sit ex nihilo aliquid facere.



VM quaest. praecedente ostensum sit omnia à Deo efficienter emanare, Deumque cum exemplarem, tum finalem causam esse omnium rerum. In hac quaest. modum quo res à Deo efficienter emanarunt, Divus Thomas explicat, creationem videlicet.

Quo loco animaduertendum est, creationem multis modis sumi. In primis sumitur latissime, pro productione cuiuscumque rei, etiam si non de nihilo, sed de aliquo producat. Quo pacto sapientia, Verbum aeternum, Ecclesiastici 24. de se dicit: *Ab initio, & ante saecula creata sum, id est, genita, & producta.* Vt enim Augustinus de fide & symbolo cap. 4. ait, *creare apud Latinos idem est interdum quod generare seu producere.* Idem etiam locus ab Augustino, & à plerisque aliis exponitur de eadem Dei sapientia, non quae filius Dei est, sed quae homo est. Eodem modo sumitur creare illis verbis Ierem. 31. *Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum.* Quod de Christo Domino in vtero Virginis per mysterium incarnationis intelligitur, fuit namque vir perfectus quoad iudicium, vltimae rationis, virginis vtero circumdatus. Item illis ad Ephes. 2. de iustificatis: *Ipsi enim factura sumus, creari in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Vnde cap. 4. subiungit: *Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Et regius Propheta psalm. 50. *Cor mundum, inquit, crea in me Deus, & Spiritum rectum, inuota in visceribus meis.* Non est aliena ab hac acceptione ea, qua, qui ad aliquid promouetur, in illud creari dicitur, quo pacto creari quis dicitur in Episcopum, in magistratum, &c.

Secundo sumitur creatio pro productione eius, quod tandem proximè, vel remotè originem traxit ex nihilo. Atque huiusmodi productio dicitur factio, resque producta, facta, creaturæque nuncupatur. Hoc modo sumpsit D. Thomas ens creatum art. 1. praecedentis quaest. sumiturque passim in communi vsu loquentium, & in Scripturis sacris. Hoc modo de Filio Dei dicitur in symbolo Athanasij, *non factus nec creatus, sed genitus.* Et in symbolo missæ, *Genitum, non factum.* Negaturque aduersus Avium Filium Dei esse creaturam. Sumpta creatione hoc modo, latitudo tota entis realis diuiditur, in increatum, & creatum, in creatorem, & creaturam.

Ordo quaestiones.

Creationis acceptiones varia.

Ens creatum late sumpsit quid.

me purgata decedunt, redire non solum ad corpora brutorum, sed etiam plantarum, plantaque sentire. Manichæi non vescantur carnibus, dicebant namque de mortuis, occisive animalibus effugisse diuinam substantiam, atque adeo tam parum de diuina substantia in eis permittum cum mala remanere, vt indignum esset in vêtre petfectorum purgari. Afferbant interfectionem quorumcumque viuentium, etiam plantarum, malam esse: suis tamen licere agriculturam, eò quod inde pararent alimenta, quibus emundarentur. Naturam & substantiã mali in quinque elementa diuidebant, ab eis volebant principes ipsorum proprios fuisse genitos, ea verò elementa appellabant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. Illis rotidem elemẽta de substantia boni respondere astruebãt de regno & substantia Dei missa, fumo aërem, tenebris lucẽ, igni malo ignem bonum, aquã malã aquam bonam, & vëto maõ ventum bonum, pugnaque & commistione malorum elementorum cum bonis res factas esse ab vtroque principio malo, & bono. Ea verò duo principia interdum Deos vocabant, alterum bonum, & alterum malum. Deum denique, qui legem per Moysem dedit: & in Hebræis prophetis locutus est, dicebant non esse verum Deum, sed vnum de principibus tenebrarum. Hæc collegi ex Augustino hæresi 46. Vide etiam Epiphaniũ hæresi 66. & rursus ab hæresi 22. Placuit tamen multis hunc errorem, his pluribusque aliis ineptis plenum, referre, quem Priscillianus postea, & multi alij auxerunt, secuti que sunt: tum quoniam sæpe de eo fit mētio, & operæpretium est notitiam aliquam de eo haberi: tum etiam vt intelligantur ea, quæ ex Theophylacto & ex Concilio Bracharense primo, Alphonfus de Castro loco citato refert, non pugnare cum iis, quæ Augustinus refert, vt Alphonfus à Castro arbitrat. Concilium Bracharense ita habet can. 13.

Siquis dicit creationem vniuersæ carnis, non opificium esse Dei, sed malorum Angelorum, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Et 14. canon hic est: Siquis immundos putat cibos carniũ, quas Deus in usum hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstinet, ab eis, vt nec altera cocta cum carnibus præsuset, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema sit. Vide etiam Leonem primum epistolâ 91. ad Turibium Asturicensem Episcopum c. 14. Porro ex iis, quæ ex Augustino retulimus, constat, Manichæos asseruisse carnes fabricatas esse potissimum à malo principio, principibusque tenebrarum: eò quod multum mali, & ferè nihil boni, ex illorum æstimatione habeant: præterea cibos omnes, imò & res omnes corporeas, infectas esse à malo principio, habereque permittum malum, tamen alia plus, & alia minus. Imò lucem ipsam, quam dicebant esse de substantia Dei, tenebrisque contrariam (referente loco citato Augustino) dicebant à tenebris, quas permittas habebat, infici, atque adeo à malo aliquando purgandam. Vide etiam fingebant corpora celestia habere permissionem ex malo principio. Neque credendum est, Augustinum, qui antequam fidem Christi susciperet Manichæus fuit, & postea cum Manichæis toties disputauit, atque eos multis expugnauit libris, non calluisse, neque verè & distinctè errorem Manichæorum retulisse, præsertim cum librum hæreseon ad Quod vult Deum post libros retractationum, atque adeo post cætera ferè omnia sua opera scripserit, constet. Vnde mirandum est, quod Alphonfus à Castro existimat, quæ Augustinus de errore Manichæorum refert aduersari iis,

Non pugnare Theophylactum & Concilium Bracharense cum D. Augustino circa errorem Manichæi.

A quæ Theophylactus, & Concilium Bracharense referunt.

Aduersus hos omnes errores statuit D. Thomas hoc loco hanc conclusionem. Afferendum est omne ens esse à Deo efficiens. Est fidei dogma. Probatur ex illo Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram, &c.* Vbi per ordinem narratur fabrica totius vniuersi, & specterem eius, Ioann. 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ad Rom. 11. *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* In symbolo Concilij Niceni, *Factorem cæli & terre, visibilibus omnium & inuisibilibus, & in Concilio Lateranensi cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Vnum vniuersorum principium creator omnium visibilibus & inuisibilibus, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturã, spiritualem & corporalem, angelicam & mundanã, &c. & c. Damnamus, de essentia diuina dicitur: Quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest. Prætermitto plura alia testimonia. Rationes naturales, quæ adduci poterant ad probandum vniuersum hoc esse à Deo optimo maximo, neque esse posse plures Deos, adductæ sunt q. 2. art. 3. & q. 11. art. 3. 19. art. 4. disp. 2. Vbi ostendimus, arbitratum fuisse, Deum agere ex necessitate naturæ, vniuersumque hoc, quoad partes illius corruptionis expertes, emanasse efficienter à Deo ex æternitate sine nouitate essendi, nihilque de nouo posse fieri ab eo nisi interuentu causarum secundarum, atque adeo ex præiacente materia, eaque de causa de productionibus, quæ de nouo fiunt, asseruisse pronuntiatum illud, *Ex nihilo nihil fit*, non verò de productione æternã, quæ sine vlla nouitate essendi ex sententia ipsius à Deo facta est. Vide etiam quæ diximus q. 25. art. 3. & q. 3. art. 4. disp. 1.*

ARTICVLVS II.

Vtrum materia prima sit creata à Deo.

PRÆTERMISSA eorum insania, qui asseruerunt, Deum esse materiam primã, cuius D. Th. meminit suprã q. 3. art. 8. Plato, vt Ambrosius lib. 1. Hexæmeron cap. 1. Plutarchus 1. lib. de placitis philosophorum, & plerique alij fecerunt, censuit, materiam primã fuisse æternam, ac increatam, triaque esse principia rerum æternã, Deum seu mentem, ideam, & materiam primã, quibus res in tempore sunt factæ. Hunc errorem, referente Augustino de hæresibus ad Quod vult Deum hæresi 59. secuti sunt Seleucus quidam, à quo Seleuciani, & Hermias quidam, à quo Hermiani hæretici, qui asseruerunt materiam, ex qua mundus est factus, non esse factam à Deo, eique coæternam esse. Eundem errorem tribuit Alphonfus à Castro lib. aduersus hæreses, verbo mundus, Albanensibus, & cuidam Hermanno Riffuich Hollandino. Eundem tribuit Chryostomus homilia 2. in Genesim Marcioni, Valentino, & Manichæo.

Aduersus hos errores est conclusio huius articuli. Materia prima est producta à Deo. Est etiam fidei dogma, vt constat ex illo Ioann. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Psalm. 145. *Qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* In Concilio Lateranensi 1. cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica: *Vtramque de nihilo condidit creaturam: ergo simul cum mundo corporeo conceauit materiam primã: alioquin non produxisset de nihilo res corporeas, sed ex materia, qua constant.* Eandem

Concl. D. Thom. Omne ens est à Deo efficiens.

Art. 1. art. 3.

Plato, vt Ambrosius lib. 1. Hexæmeron cap. 1. Plutarchus 1. lib. de placitis philosophorum, & plerique alij fecerunt, censuit, materiam primã fuisse æternam, ac increatam, triaque esse principia rerum æternã, Deum seu mentem, ideam, & materiam primã, quibus res in tempore sunt factæ.

Materia prima est producta à Deo.

Ens qua ratione sit proprius effectus Dei.

Eandem conclusionem demonstravimus rationibus naturalibus q. 2. art. 3. Quod ad rationem Divi Thomae hoc loco attinet, ex discrimine, quod est inter Deum causam primam, & causas secundas, ostendit materiam primam à Deo esse productam. Etenim iuxta modum loquendi Aristotelis 1. Physicorum cap. 8. textu 76. tunc aliquid dicitur produci per se, quando illud non praerant in eo, ex quo producitur, tunc verò dicitur produci per accidens, quando praerant in subiecto. Cum enim agens non intendat producere, quod iam est in materia & subiecto, ex quo aliquid producitur, sed quod non est, utique quando est subiecto aliquo producitur rem aliquam, solum, iuxta hunc loquendi modum, dicitur producere per se gradus illos entitatis, qui in tali subiecto non praerant: eos verò qui praerant, licet, quia generatio vnius est corruptio alterius, interdum eos de nouo producat, per accidens tamen dicitur eos producere, quatenus dum eos gradus, qui in subiecto non erant, producere intendit com- productit eos, qui hos comitantur, quique in subiecto recessu forma, quae nequit in eadem sede cum ea quae introducitur habitare, corrupti sunt. v. g. agens naturale, quod ex semine intendit producere hominem, sicut per se non intendit producere gradum entis in commune, neque substantiae, neque corporis, qui iam praerant in semine, ex quo hominem producere intendit: ita cum semen destruitur, vt introducatur forma embryonis, quae vivat vita viventis, aut etiam vita animalis (si tamen embryo prius vivit vita animalis, quam introducatur anima rationalis) non producit per se ex sua intentione in embryone gradus illos, qui praerant in semine, sed solum gradus viventis, & animalis, qui in eo non erant: reliquos verò comproducit per accidens. Rursus quando per aduentum animae rationalis generatur homo, & destruitur embryo, non solum non producit per se in homine gradus entis, substantiae & corporis, sed neque gradus viventis, & animalis, qui praerant in embryone, sed solum gradum hominis, qui in eo non praecesserat. Quia ergo hoc est discrimen inter causas secundas & primas, quod nulla causarum secundarum, in sensu explicato potest producere per se ens, quatenus ens est, sed solum per accidens: eò quod omnis causa secunda praesupponit, vt operetur subiectum, cui non solum ratio entis incompleti, sed completi etiam, quin & substantiae & corporis inest, vel ratione formae substantialis, quae praerant in tali subiecto, & expellitur, si productio sit accidentalis, vel ratione formae substantialis, qua tale subiectum constar, si mutatio sit accidentalis: causa verò prima ob suam infinitam, illimitatamque virtutem, producat per se ens, quae ens est, isque sit proprius effectus illius; eò quod ipsa sola producere possit res de nihilo, nullo praesupposito subiecto: hinc efficitur, vt materia prima, qua corpora huius vniuersi constant, producta sit à Deo, atque vna cum mundo hoc corporali concreata. Haec eadem ratio explicata etiam fuit q. 8. art. 1. dif. 1.

ARTICVLVS III.

Virum causa exemplaris sit aliquid praeter Deum.



ONCLUSIO est, Deus, quoad ideas quas in se habet, causa est exemplaris omnium rerum. Quae hoc loco dici poterant, dicta sunt quaest. 15.

Molina in D. Thom.

A B C D E F

ARTICVLVS IV.

Virum Deus sit causa finalis omnium.



ONCLUSIO affirmat, & est de fide, vt patet ex illo Proverb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Apoc. 1. *Ego sum Alpha, & Omega, principium & finis.* Quae hoc loco addi poterant, dicta sunt q. 19. art. 2. disp. 3. & art. 3. ad 5. tum etiam 1. 2. quaest. 1. praesertim art. 2.

QUESTIO XLV.

De modo emanationis rerum à primo principio.

ARTICVLVS I.

Virum creare sit ex nihilo aliquid facere.



VM quaest. praecedente ostensum sit omnia à Deo efficienter emanare, Deumque cum exemplarem, tum finalem causam esse omnium rerum. In hac quaest. modum quo res à Deo efficienter emanarunt, Divus Thomas explicat, creationem videlicet.

Quo loco animaduertendum est, creationem multis modis sumi. In primis sumitur latissime, pro productione cuiuscumque rei, etiam si non de nihilo, sed de aliquo producatur. Quo pacto sapientia, Verbum aeternum, Ecclesiastici 24. de se dicit: *Ab initio, & ante saecula creata sum, id est, genita, & producta.* Vt enim Augustinus de fide & symbolo cap. 4. ait, *creare apud Latinos idem est interdum quod generare seu producere.* Idem etiam locus ab Augustino, & à plerisque aliis exponitur de eadem Dei sapientia, non quae filius Dei est, sed quae homo est. Eodem modo sumitur creare illis verbis Ierem. 31. *Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum.* Quod de Christo Domino in utero Virginis per mysterium incarnationis intelligitur, fuit namque vir perfectus quoad iudicium, vltimae rationis, virginis utero circumdatus. Item illis ad Ephes. 2. de iustificatis: *Ipsi enim factura sumus, creari in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Vnde cap. 4. subiungit: *Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Et regius Propheta psalm. 50. *Cor mundum, inquit, crea in me Deus, & Spiritum rectum, inuota in visceribus meis.* Non est aliena ab hac acceptione ea, qua, qui ad aliquid promouetur, in illud creari dicitur, quo pacto creari quis dicitur in Episcopum, in magistratum, &c.

Secundo sumitur creatio pro productione eius, quod tandem proximè, vel remotè originem traxit ex nihilo. Atque huiusmodi productio dicitur factio, resque producta, facta, creaturæque nuncupatur. Hoc modo sumpsit D. Thomas ens creatum art. 1. praecedentis quaest. sumiturque passim in communi vsu loquentium, & in Scripturis sacris. Hoc modo de Filio Dei dicitur in symbolo Athanasij, *non factus nec creatus, sed genitus.* Et in symbolo missæ, *Genitum, non factum.* Negaturque aduersus Avium Filium Dei esse creaturam. Sumpta creatione hoc modo, latitudo tota entis realis diuiditur, in increatum, & creatum, in creatorem, & creaturam.

Ordo quaestiones.

Creationis acceptiones varia.

Ens creatum late sumpsit quid.

totum producitur compositum. Praterea produci-
tur de nihilo: licet enim à Deo optimo maximo
non nisi in materia disposita, producarur, eò quòd
sit suapte natura pars hominis, indigeatque mate-
ria, vt melius intelligat, propter vires lentiores que
phantasmata proportionata ad intelligendum accõ-
modatè ad suam naturam illi subministrant: non ta-
men produciur de materia, quasi materia concu-
rat necessariè sit ad ipsius productionem: illa na-
que eadem productione, qua Deus eam producit in
materia, posset eandem producere in vacuo, aut ex-
tra materiam, si materia ibi non esset: quippe eum
subsistens sit suapte natura, independensque omnino
in suo esse à materia: quòd fit, vt de nihilo produca-
tur: id est, nulla re concurrente tamquam subiecto,
aut quasi subiecto, ad ipsius productionem. Quan-
do verò generatur equus, quia anima equi non sub-
sistit, ac proinde non propriè fit, sed comproduci-
tur cum equo, materiaque præexistens concurrit ad
illius productionem: eò quòd, tum vt fiat, tum vt
conseruetur, pendeat à materia, insuper quia agens
naturale non aliter eam attingit efficienter, quam
in materia; & per dispositiones in ea productas,
non dicitur produci de nihilo, atque adeò neque
creari, aut concreari, sed comproduci & congenerari
cum equo de materia, ac de subiecto, de quo
equus generatur. Quare audiendi non sunt Ochā-
mus in 2. d. r. q. 4. Gabriel q. 1. & Maior in prologo
4. sententiarum, asserentes, productionem eiusmodi
formarum substantialium, dum equus & alia simi-
les res generantur, esse creationem earum, vt talis
productio est à Deo causa prima. Etenim neque à
Deo (eo influxu, quo Deus re ipsa cum agentibus
naturalibus insuit) neque à causa secunda produ-
cuntur, nisi dependenter à materia, ac proinde de
materia tamquam de earum subiecto, comprodu-
cuntur ad productionem totius: & idcirco eam D
productio neque creatio est, neque concreatio.

Nominam opinio
mutatur.

Creationem
dicitur, sed
generari
quod in sto-
macho ex sa-
cramentali-
bus specie-
bus produci-
tur.

Gratia ex
alia bona su-
pernaturalia
non creatur.

Gratia ex
alia bona su-
pernaturalia
non creatur.

A naturalia suscipienda, sed obedientialis dumtaxat, vt
quaest. 12. dictum est.
Petes, cognouerint Aristoteles creationem hoc
articulo definitam. Respondendum est, cognouisse
quidem eam, quæ sine nouitate essendi est: quando-
quidem, vt quaest. 19. art. 4. disputatione 2. ostendi-
mus, cognouit totum hoc vniuersum, quoad partes
illius corruptioni minime obnoxias, tum etiam sub-
stantias à materia separatas, habere ex aternitate
suum esse efficienter à Deo, ac proinde de nihilo:
numquam tamè vltus est vocabulo creationis. Quod
verò atinet ad creationem cum nouitate essendi, li-
cèt verisimile sit, credidisse rationalem animum in-
corruptibilem esse, minimeque post sui productio-
nem pendere in suo esse à materia: videtur tamen
arbitratus, productione illius pendere à materia dis-
posita, cooperationeque agentis naturalis eam dis-
ponentis: quippe cum crediderit, Deum agere ex ne-
cessitate natura, nihilque proinde posse producere
ex tempore, nisi quod ad sui productionem à coo-
peratione agentis naturalis etiam penderet. Deni-
que mihi verisimilimum est, Aristotelem hac in re
hæsisse, intrepidèque existimantem, Deum agere ex
necessitate nature, vniuersumque hoc ex aternita-
te ab eo habuisse efficienter suum esse, non peno-
trasse creationem cum nouitate essendi, vt illud ip-
sius proloquium, *ex nihilo nihil fit* (quod, vt artic. 1.
precedentis q. diximus, intelligitur de nouo) testa-
tur: propendisse tamen in eam partem, vt diceret, ra-
tionalem animum immortalẽ esse, cum tamen
non solum nesciret difficultates omnes soluere, sed
neque ad eas fortè animaduertet, neque intellige-
ret se pugnantiã affirmare.

Creationem
sine nouita-
te essendi co-
gnouit Ari-
stoteles.

Anima ra-
tionalis im-
mortalis, licet cog-
noscat Arist.
non tamen
creationem
cum nouita-
te essendi esse
assensur.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit aliquid creare.



STENDIT necessarium esse, vt con-
cedamus non solum posse aliquid creati
à Deo, sed etiam ab ipso omnia creata ef-
fieri. Quod probat, quia quando aliquod
agens producit aliquid ex aliquo, id, ex quo produ-
cit, non fit per eam actionem, sed præsupponitur: vt
quando artifex ex ligno aut ære fabricatur statua,
neque lignum neque æs producit per actionem, qua
statua fabricatur, quin potius ea actio supponit li-
gnum, aut æs, ex quibus statua constat: similiter
quando naturale agens ex materia prima aliquid
generat, non producit ea generatione materiam pri-
mam, imò illam supponit. Si ergo Deus solum pro-
duceret aliquid ex aliquo, sanè daretur aliquid non
productum à Deo, ex quo Deus res ceteras effice-
ret, quòdque ad omnem actionem diuinam præ-
supponeretur: consequens autem est falsum, quan-
doquidem quaestione precedentis ostensum est,
Deum esse causam vniuersalem omnium, nihilque
esse in entibus quòd non sit à Deo efficienter profe-
ctum: ergo concedendum est Deum produxisse res
omnes de nihilo, ac proinde eas creasse.

A Deo crea-
ta esse om-
nia.

Hæc Diui Thomæ ratio non probat, Deum per
creationem propriè dictam, qualis articulo præce-
dente definita est, omnia immediatè creasse, sed
solum creasse aliqua, saltem materiam primam,
quod est de fide. Probat verò õptimè creasse om-
nia, saltem mediatè, hoc est, quoad primum eorum
subiectum, quod necessarium est ad omnem care-
rorum agentium productionem, atque adeò vt cæ-
tera sint. Hac ergo sua ratione ostendere intendit
D. Thomas, omnia ex nihilo tandem traxisse origi-
nem.

Molina in D. Thom.

nem à Deo, atque ad eod per creationem proprie dictam, saltem quo ad aliquid sui, fuisse producta.

ARTICVLVS III.

Vtrum creatio sit aliquid in creatura.

D. Thome & multorum de actione creationis sententia.

SENTENTIA D. Thome, & Caietani hoc loco, & supra q. 25. art. 1. ac alias saepe, Ferrariensis 2. contra gentes cap. 16. & 18. Capreoli in 2. d. 1. q. 2. Richardi ibidem art. 1. q. 2. & 3. Durandi q. 2. à qua non dissentit etiam Scotus ibidem q. 5. est, eam actionem, quam creationem vocamus, esse ipsummet Deum, seu velle diuinum, quo Deus tamquam principio efficiente res immediatè producit, cum respectu tamen rationis ad creaturas productas. Cum autem velle diuinum per huiusmodi respectum compleatur in esse creationis actiue sumptæ: isque respectus solum conueniat Deo ab eo tempore quo creatura esse incipiunt: ea, inquit, actio, quam creationem vocamus, solum conuenit Deo ex tempore: esto velle ipsius conueniat ei ex aternitate. Creationem verò passiuè sumptam, seu in quantum est passio, dicunt non esse aliud, quam relationem realem existentem in creaturis ad Deum creatorem tamquam ad suum principium effectiuum.

Fundamentum opinionis.

Fundamentum, cui innituntur, est. Quoniam, ex Aristotele 3. Physicorū, actio & passio sunt mutatio, aut motus, cum diuersis respectibus: motus namque aut mutatio, vt à principio efficiente, est actio; vt verò est in passio, aut in effectu, est passio. Quò fit, vt quando effectus sine motu, aut mutatione aliqua emanat à principio efficiente, productio actiua & passiuæ talis effectus non sint aliud, quam productio quidem actiua, relatio principij efficientis ad effectum: productio verò passiuæ, relatio effectus ad principium efficiens. Quia ergo, inquit, creatura proficiuntur à Deo sine vilo motu aut mutatione: eò quod omnis mutatio fit inter duos terminos, atque alicuius subiecti, quod sub utroque termino sit, & ab vno termino in alium migret, in creatione verò neque sint duo termini, vt articulo 1. ostendimus, neque subiectum, ex quo res creentur: efficiuntur, inquit, vt creatio, quæ actio est, & creatio, quæ passio est, non aliud sint, quam duo illi respectus explicati.

Creationis actio non est in Deo sed in creaturis.

Sententia hæc non videtur probabilis, eamque ex parte impugnauimus quaest. 25. artic. 1. & quaest. 27. artic. 1. Possumus præterea aduersus eam argumentari primò, quoniam actio præsertim ea quæ est transiens, est in passio tamquam in subiecto, iuxta Aristotelem 3. physicorum: sed creatio est actio transiens: tum quia est vera factio, iuxta illud Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt, & illud Psalmi 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, ab eaque verè Deus denominatur factor, iuxta illud symboli Concilij Nicæni, Factorem celi & terre, visibilem omnium & inuisibilem: tum etiam quia transit in externam materiam: ergo creandi actio, neque est velle diuinum, quo tamquam principio efficiente Deus creat & producit res, neque respectus rationis eiusdem principij efficientis ad res productas: quippe cum hæc sint in Deo: sed est productio realis absoluta, influxusque, quo Deus, tamquam actione, confert esse rebus creatis & proinde rebus ipsis creatis inest, Deusque ex tempore ab eo denominatione extrinseca dicitur agens & creans: non secus atque ignis à calefactione, quatenus actio est, & insidet in aqua, vt in subiecto, estque idem secundum rem cum calore, quo

terminatur, denominatione extrinseca dicitur calefaciens.

Secundò, licet motus aut mutatio, vt ab agente, principio efficiente, sit actio, & vt in patiente sit passio, numquam tamen Aristoteles dixit principium efficiens esse actionem ipsam, aut esse de intrinseca ratione actionis: ergo velle diuinum, quo Deus tamquam principio efficiente creat & producit res, non est appellandum creatio actiua, imò nec quippiam intrinsecum creationi: vel ergo dicitur sunt creationem actiuam esse verum influxum realem & absolutum, à velle diuino emanantem, idemque secundum rem cum creaturis productis, quo dato habemus intentum: vel dicitur sunt creationem nihil esse aliud, quam respectum rationis ad res creatas, quod nulla ratione est concedendum: ridiculum namque est asserere actionem creandi, per quam Deus formaliter res producit, & à qua formaliter dicitur creans, esse merum ens rationis.

Tertiò, respectus eius, quod ab alio, & à quo aliud, qui inter Deum & creaturas cernuntur, proculdubio consequuntur creaturas productas, suntque posteriores illis in genere causæ efficientis: sed actio in genere causæ efficientis antecedit effectum, estque immediatior principio efficiente, quam effectus per eam productus: ergo creandi actio, & creatio passiuæ, non sunt respectus illi, vt Doctores contrariae sententiæ affirmant, neque eos includunt.

Quartò, relatio effectus ad causam, quæ in creatura comparatione Dei tamquam causæ illius efficientis cernitur, est realis, vt autores contrariae sententiæ confitentur: ergo habet rationem aliquam fundandi ex iis, quas Aristoteles 5. Metaph. commemorat: sed non habet aliam, quam actionem per quam Deus producit creaturas: tum quia non ostendunt, quam aliam habeat: tum etiam quia relatio effectus ab omnibus connumeratur inter eas relationes, quæ pro ratione fundandi habent actionem: ergo huiusmodi relatio est posterior actione per quam Deus producit res: sed est simul natura cum relatione causa, quæ se tenet ex parte Dei: quippe cum causa & effectus sint correlatiua: ergo relatio illa nec est actio, nec complet rationem actionis, per quam Deus producit creaturas.

Quintò, actio & passio, vt in prædicamentis, & tertio libro Physicorum ostendimus, neque sunt relationes secundum esse, neque complentur per relationes reales secundum esse: alioquin vel non pertinerent ad prædicamenta actionis & passionis, sed ad prædicamentum relationis, vel res vnius prædicamenti in sua ratione formali completeretur intrinsecè per rationem formalem alterius prædicamenti, quo dato, prædicamenta non essent primò diuersa, nec impermissa, imò nec vnum per se: ergo actio non est motus cum relatione reali causæ, aut principij efficientis ad effectum, vel motum, aut mutationem, nec passio est motus cum relatione opposita: quin potius eiusmodi relationes consequuntur actionem & passionem tamquam ratione fundandi. Actio ergo, quæ in productione effectus interuenit motus, est motus ipse, non in ratione motus, sed vt est influxus agentis, seu vt est ab agente, quod est quid absolutum, ac formaliter distinctum à motu & ipsius termino, atque à passione: passio item est idem motus non in ratione motus, sed vt receptio patientis, vniuersimque passio est alicuius esse receptio, aut in subiecto, aut qua effectus aliquis recipit, finem esse in se ipso: esto producat extra subiectum: quod similiter est quid absolutum, & formaliter distinctum à termino, motu, & actione, & denique à re-

MOL
IND
D. V

liquis rationibus formalibus aliorum prædicamentorum. Quæ omnia locis citatis latè explicata sunt.

*Creatio est pro-
pria muta-
tio tamèn
vera prædicamen-
talis.*

Iuxta hanc ergo sententiam dicendum est, creatione, qua Deus res creatas produxit, non esse quidem mutationem proprie loquendo: eò quòd proprie non sit inter duos terminos, neque in ea detur subiectum, quod de vno termino transeat in alium, quæ duo mutatio proprie dicta requirit: esse tamen influxum realem & absolutum, quo creaturæ ex tempore emanant à Deo, eundemque influxum habere realem identitatem cum creaturis productis, verum ab eis formaliter distingui. Adde tamen, influxum, vt est Dei per eum tamquam per actionem conferentis esse rebus creatis, esse veram actionem de prædicamento actionis existentem in creaturis ipsi tamquam in subiecto, denominantemque Deum ex tempore denominatione extrinseca creatam & producentem creaturas. Eundem verò influxum, vt eo creaturæ recipiunt esse, passivè que producunt in rerum natura, esse veram passionem de prædicamento passionis, distinctam formaliter à creatione actiua, & à termino producto, nempe à creatura, quo pacto spectata, creatio passiua dicitur. Quòd sit, vt non solum mutatio & motus rationem induant actionis & passionis, sed etiam omnis vniuersum influxus, ac productio rei essentialiter distinctæ à producente, esto nec motus sit, nec mutatio. Aristoteles autem, quia solum loquebatur de actione, & passione naturalibus, quæ semper sunt coniunctæ cum motu aut mutatione: eò quòd naturale agens producere nequeat nisi ex subiecto præsupposito: mirandum non est, si actionem & passionem, de quibus illi erat sermo, per motum ac mutationem, tamquam per fundamentum rationis formalis talis actionis & passionis, explicauerit.

*Creatio an
sit creatura.*

Quòd si quis petat, vtum eiusmodi actiua & passiua creatio sit creatura? Dicendum est, esse creaturam, vt creatura id etiam dicitur, quod concreatur, non tamen indigere alia creatione, per quam creetur, sicut enim motus, mutatio, actionesque & passionem rerum naturalium, non producuntur per alias mutationes aut actiones, sed se ipsa comproducuntur vnà cum terminis, vt in Physicis, ac aliàs sepe explicauimus: sic etiam creatio non creatur per aliam creationem, sed se ipsa comproducitur, & concreatur vnà cum termino, seu, quod idem est, ad productionem & creationem termini.

D

Hinc intelliges creationem, quatenus est actio transiens, qua Deus res creatas producit, non esse medium quid inter creatorem & creaturam, quasi detur quid reale, quod neque creator sit, neque creatura, dummodò creatura sumatur latè, vt comprehendit etiam id quod concreatur vnàque cum aliis seu ad productionem aliorum accipit suum esse à Deo. Sicut enim ex eo quòd agentia naturalia producant suos effectus per actiones distinctas formaliter, tam à principiis efficientibus, quàm à terminis, non sequitur dari rationem formalem realem, quæ media sit inter agentia & res productas, quasi detur ratio formalis realis, quæ nec producens sit, nec producta, modò productum sumatur latè, vt comprehendit etiam comproductum: ita etiam in re proposita non sequitur dari medium inter creatorem & creaturam, modò creatura similiter sumatur latè, vt comprehendit etiam concreatum.

*Creatura,
atque effe-
ctus relatio-
nis ad creatorē
solum distin-
guitur for-
maliter à re-
spicienda.*

Quod attinet ad relationem effectus ac dependentia creaturæ ad creatorē, est controversia vtum distinguatur realiter à creatura. Et quidem Caietan. Petrar. & Capreol. loc. cit. affirmant, distingui realiter: Scot. verò q. 5. citata id negat, assereratq; solum

Molina in D. Thom.

A distingui formaliter: cum tamen de aliis relationibus idem Scotus dicat, eas distingui realiter à suis fundamentis. Dicendum est nihilominus, omnem vniuersum relationem, atque adeò etiam hanc de qua est sermo, distingui solum formaliter à fundamento. Neque esse aliquod absurdum, accidens aliquod de prædicamento accidentis, & esse verum accidens, & esse nihilominus idem realiter cum substantia, quod nonnulli ex prædictis autoribus ventur alstruere de relatione effectus ac dependentia, quæ immediatè fundantur in substantiis creatis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum creari sit proprium compositorum & subsistentium.

Quæ hoc articulo notari poterant, dicta sunt articulo primo.

ARTICVLVS V.

Vtrum solius Dei sit creare propria virtute.

DISPVATIO I.

DVOBUS modis intelligi potest, rem aliquam creare propria virtute. Vno, quasi virtus illa ita sit illi propria, vt non habeat illam acceptam ab alio, & eum hoc apertissimè sit proprium Dei, notissimum est solius Dei esse, iuxta eum modum, creare: neque id est quod in controuersiam hoc loco adducitur. Altero modo intelligi potest rem aliquam creare propria virtute, quasi illi in sit suapte natura: eo modo, quo igni conuenit vt sit calidus, animali sentire, & homini intelligere, siue illam acceperit efficienter ab alio, quo pacto cause omnes secunde à prima acceperunt virtutes omnes sibi proprias & connaturales, siue non, quo pacto solus Deus habet vim ad agendum. Atque in hoc sensu in controuersiam vocatur hoc loco, vtum solius Dei sit creare per virtutem hoc modo propriam: an verò id continere etiam possit alicui alteri agenti, quod proinde tamquam agens principale, vt distinguitur contra instrumentale, creet. Quod enim aliquid virtute sibi innata, eoque modo propria efficit, regulariter id efficere tamquam agens principale, vt distinguitur contra instrumentale.

*Sensus qua-
sionis.*

E

Illud deinde est notandū, in duplici sensu disputari posse, an creare propria virtute hoc secūdo modo sit proprium Dei. Alter est, de facto, ita scilicet vt ad creationem eorū omnium, quæ facta sunt, nulla alia eocurreret causa, à qua fuerint creata, præter Deum. Alter verò, an potuerit Deus efficere creaturam aliquam, quæ propria virtute aliquid crearet.

*Ens omne
aiud à Deo
creatum à
Deo.*

In priori sensu nullus Catholicorum est, qui dubitet, partem affirmantem esse veram: contrarium verò esset sanè error in fide. Id namq; ex historia ipsa creationis rerum, quæ Genes. 1. habetur, constat. Item ad Heb. 3. *Qui omnia creauit, ait Paulus, Deus est.* Ecclesiastici 18. *Qui vixit in æternum, creauit omnia sim.* In simbolo missæ. *Factorem cæli & terre, visibilium, & inuisibilium.* In Concil. Lateran. 2. cap. *Firmiter*, de summa Trinitate & fide Catholica, *Deus dicitur vniuersorum principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, & spiritualium & corporalium, qui sua omnipotente virtute, simul ab initio temporis, vtramque de nihilo condidit creaturam.*

spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam. Denique id habet communis sensus Ecclesiae. Unde Damascenus 2. libro fidei orthodoxae capit. 3. Quicumque inquit, dicunt Angelos conditores esse cuiuscumque substantia, ipsius diaboli sunt, eorum quidem patris. Creatura enim cum sint, non sunt conditores. Omnium vero factor & prouisor, & contentor Deus est solus. Augustinus 3. de Trinitate capite 8. Non solum malos, inquit, sed nec bonos Angelos fas est putare creatores. Et infra: Sicut in ipsa vita nostra mentem iustificantiem formare non potest nisi Deus, praedicare autem Euangelium extrinsecus, & homines possunt, non solum boni per veritatem, sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum visibillum Deus interius operatur. Et libro nono super Genesim ad litteram cap. 15. Angeli, inquit, nullam omnino possunt creare naturam, solus enim vnus cuiuslibet naturae, seu magnae, seu minime, creator est Deus. Et infra: Creare naturam tam nullus Angelus potest, quam nec se ipsum. Et Prosper in libro sententiarum, quas ex operibus Augustini decepit, contineturque ad finem tertij tomj operum Augustini, sententia 146. Nullus, ait, quamuis minima naturae, nisi Deum, creatorem credi, aut dici licet ab aliquo. Quia etiam si Angeli iussi vel permissi adhibeant operationem suam rebus, quae gignuntur in mundo, tam non sunt creatores animalium, quam nec agricola frugum atque arborum. Cyrillus praereca libro 2. contra Iulianum. O, ait, esse diaboli, qui dicit, Angelos creatuisse aliquam creaturam. Accedit quodd, vt Faber Stapulenlis ad verba Damasceni relata, recte adnotauit, Sancti, inter cetera, hoc etiam videntur argumento ad probandum filium & Spiritum sanctum esse Deum quod creent: ea autem ratio nulla sane esset, si creatura vim ad creandum habere posset: id quod Damascenus verbis illis satis aperte innuit. Accedit, quod ipse Damascenus cum de Angelis dixit: creatura cum sint, non sunt conditores: aperte innuit pugnare, aliquid creatorem esse rei alicuius, & creaturam.

Auicenna error circa verum creatorem.

Non defuerunt tamen, qui dixerint, etiam creaturas creasse. Nam praeter quosdam alios Philosophos, Auicenna quarto libro suae Metaph. cap. 9. in eo fuit errore, vt diceret, Deum immediate solam primam substantiam separatam creasse, & ab hac aliam, usque ad ultimam, ab ultima vero creatam fuisse substantiam orbis, & animam illius, & substantia vero orbis creatam fuisse materiam inferiorum corporum. Haereticos, qui affirmant, aliud a Deo res creasse, articulo primo quaestionis praecedentis, rerulimus.

Si nunc queras, in quo sensu ex paulo ante explicatis, queras Diuus Thomas in hoc articulo, vtrum solius Dei sit creare: Respondeo, quare in posteriori sensu, in quo non est error in fide asserere, non esse proprium Dei creare propria virtute: quin potius Durandus in 2. distin. 1. quaestione 4. asseuerat. Quamuis re ipsa nulli rei create communicata sit vis ad creandum, Deum tamen efficere posse creaturam adeo perfectam, vt virtute propria creare possit: non quidem omnia, quae diuina potentia creari possunt (sic enim & se, & infinita alia se ipsa perfectiora, quae Deus sua potentia absoluta creare potest, posset etiam ipsa creare, quod constat esse falsum) sed solum aliqua.

Durandi sententia existimans, posse a Deo efficere creaturam qua create possit.

Præcipue rationes Durandi haec sunt. Argumentatur primò, si Deus efficere non posset creaturam, quae virtute propria crearet, id ex eo esset, quod ad creandum virtute propria necessaria esset virtus infinita, quae in creatura esse nequit: sed ad creandum virtute propria necessaria non est virtus

A infinita: ergo Deus efficere potest creaturam, quae propria virtute possit creare. Maior manifesta est: tum quia ab aduersariis ea redditur ratio: tum quia cum data creatura quantacumque virtutis naturalis ad agendum, Deus sine termino possit efficere aliam, ac aliam in duplo, & in quadruplo maioris virtutis, atque adeo quantacumque virtutis infra infinitam: sanè si ad creandum necessaria non esset virtus infinita, Deus efficere posset creaturam, quae propria virtute creare posset. Minorem probat Durandus, quoniam si ad creandum necessaria esset virtus infinita, maximè propter infinitam distantiam, quae cernitur inter terminos creationis, nempe inter ens & nihil: & quia qualis est proportio distantiae ad distantiam inter terminos productionis, talis esse debet virtutis ad virtutem causae efficientis, quae rem aliquam ex aliquo termino debet producere; vt aduersarij affirmant. At in primis, inquit Durandus, creatio proprie non est inter terminos quod in ea, vt non datur subiectum, ita proprie loquendo, nec terminus a quo, vt supra dictum est. Deinde, esto admetantur epus, quod creatur, puta lapidem, & nihil, esse terminos creationis lapidis, sanè latitudo, quae est inter eos, nec est maior, nec alia, quam latitudo perfectionis lapidis, quam constat esse finitum: ergo ad creandum propria virtute necessaria non est virtus infinita.

Possemus nos probare etiam eandem minorem, in primis hoc alio argumento, quod sit hoc loco secundum. Quando virtus est ex ordine & genere eorum, quae producere possunt aliquem effectum, sanè vt illum producat, satis est, si vnica ea sit, quod sit tanta, quantum est effectus: si verò sit aequiuoca, satis est quod sit maior & perfectior, neque verò requiritur infinitus excessus supra effectum: ergo vt creatura aliqua propria virtute creare possit finitum aliquem effectum, non indiget virtute infinita.

Deinde hoc alio, quod sit tertium. Quando Deus aliquod creat, non applicat infinito modo, sed finito; tuam potentiam infinitam: ea namque de causa neque infinitum multitudine, neque magnitudine, neque perfectione producere potest, quia nequit applicare infinitè vim infinitam, quam habet ad agendum: sed ad producendum, quod virtus infinita finitè applicata producit, satis est virtus finita: quandoquidem influxus in effectum; qui à virtute infinita finitè applicata emanat, est finitus, potestque à virtute finita emanare aequalis, imò maior influxus: si namque Deus influxu vt tria, moueret in solo primum mobile velocitate, vt tria (quod potest sua omnipotentia eo solo influxu & velocitate mouere longè maiori velocitate, vt de facto mouet: ergo ad creandum satis est virtus finita. Vis huius rationis in eo est posita, quod virtus finita, & virtus infinita finitè applicata, aequipollere possunt quoad quantitatem influxus, & actionis in effectum, imò finita poterit interdum superare infinitam, & ob id virtus finita poterit interdum producere, vel tantum, vel etiam maius aliquid, quam producat virtus infinita, certo finitèque modo applicata.

Quartò, argumentatur Durandus. Non minus potest Deus efficere, dum agens naturale producit aliquod accidens, vt accidens illud accipiat illud esse ab agente naturali extra subiectum, Deo supplente tunc causalitatem subiecti, quam possit efficere, postquam fuerit productum, vt conferretur sine subiecto: sed hoc secundum potest, suppleto & compensando per nouum influxum in genere causae efficientis causalitatem materialem subiecti, imò quotidie id efficit in sacramento altaris

MOLL
D. V.

neque eam reddidisse D. Thomam, in quo Durandus, Scotus, & plerique alij decepti sunt: sed quoniam maius est, maiorque virtus requiritur ad producendum effectum aliquem finitum ex nihilo, quam ad producendum illum eundem ex subiecto, quantumcumque potentia illius subiecti elongata sit ab actu illius effectus propter contraria impedimenta, aut aliam causam similem: quare cum ad producendum effectum de potentia subiecti elongata in infinitum ab actu illius effectus, necessaria sit in causa agente virtus infinita: fit, vt ad producendum eundem, vel quemcumque alium effectum de nihilo, necessaria sit etiam in causa virtus infinita, vt illa quæst. 7. proposita latè deduximus. Itaque causa quare ad creandum rem finitam necessaria sit virtus infinita in causa efficiente, non est latitudo perfectionis rei producendæ, quæ finita est, sed modus eam producendi de nihilo, nullòve præsupposito subiecto: qui modus potentiam, perfectionemque infinitam ac illimitatam ad certam speciem, in causa efflagitat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, antecedens esse verum de virtute & causa, quæ producere potest effectum præsupposito subiecto, de cuius potentia passiva illum educat: secus autem de virtute & causa, quæ producere illum possit ex nihilo: hæc enim rationem modi producendi, necesse est infinito intervallo superare effectum producendum. Sanè, si argumentum vim haberet, probaret etiam potentias naturales, quas Deus de facto condidit, posse producere de nihilo suos effectus, quod & falsum est, & nullus Catholicorum concedit.

Ad tertium. Ad tertium dicendum est. Quamuis Deus, cum rem finitam creat, nõ applicet suam virtutem, quam infinitam ad agendum habet, infinite, sed finite: vt tamen ab ea emanet qualitas, seu modus influxus, qui ad producendum ex nihilo est necessarius, requirit, vt ea in se infinita sit: quoniam nulla finita, imò nec infinita, si ad certam speciem esset limitata, vt sunt omnes creatæ, ad id sufficeret. Vnde ad argumentum in forma, concessa maiori, ad minorem dicendum est illam esse veram, quando causa infinita finite applicat suam virtutem ad influendum influxu eiusdem rationis, & speciei cum influxu causa finita, vt quando applicat suam virtutem ad producendum ex subiecto & materia effectus eiusdem rationis cum us, quos causa secunda possunt efficere, vt ad calefaciendum, aut mouendum secundum locum corpora: secus autè quando finite applicat suam virtutem ad influxum alterius rationis, sibi que proprium, siue ratione modi, quia producit nullo præsupposito subiecto, qui effectus proprius est primæ causa, virtutisque illimitatæ, vt ostensum est, siue ratione rei productæ, quia producit effectum supernaturalem, vt gratiam, lumen gloriæ, &c. Licet ergo quoad intentionem influxus, tantus possit emanare à causa secunda, quam Deus creauit, aut potest creare, quantus emanat à sola causa prima applicante finite suam virtutem ad actionem, aut effectum sibi proprium, non tamen potest emanare quoad qualitatem, & speciem influxus. Atque ita cessant, quæ adducuntur in probationem minoris, quæ omnia solum habent vim comparatione influxuum eiusdem rationis ac speciei. Sanè si argumentum vim haberet, eodem probari posset, nullam esse rationem influxus & effectus, qua Deus non posset efficere proprium effectum alicuius causa secunda, quam crearet.

Ad quartum. Ad quartum concedendum est totum. Neque enim negamus, si suppleat Deus causalitatem sub-

iecti per suum influxum in genere cause efficientis, per quem vnà cum causa secunda influat in effectum proprium ipsius secunda cause, faciaturque illum existere extra subiectum, causam secundam per suam virtutem naturalem posse vnà cum Deo producere effectum illum de nihilo, atque adeò partialiter vnà cum Deo illum creare. Exempli gratia, non negamus, si Deus influat vnà cum igne ad producendum calorem, compensatque per suum influxum particularem causalitatem subiecti, atque adeò efficiat calorem illum independentem à subiecto, non negamus, inquam, eo supposito, ignem producere posse extra subiectum eum calorem, quem in subiecto produxisset, si adfuisset subiectum, Deusque reliquisset res suis naturis. Ignem namque producere eo modo calorem, est virtute, quantum est ex se, producere illum ex subiecto, dependentèrque à subiecto: quandoquidem Deus sua peculiari & propria virtute efficienter compensat concursum, causalitatemque subiecti. Dixi, causam secundam tunc partialiter creare: quoniam non aliter potest Deus supplere, compensatèrque causalitatem illam, quam efficienter per particularem ac sibi propriam influxum in effectum. Quòd fit, vt si causa secunda productura sit effectum extra subiectum, Deus aliter, quam per solum concursum generalem, debeat efficienter concurrere ad eum effectum producendum, ac proinde, vt non sola causa secunda sit particularis causa illius creationis, sed etiam Deus. Imò verò productio illa, non ex influxu causa secunda, sed ex influxu causa primæ habet, quòd fit creatio. Quæ omnia non satis aduertisse videretur Durandus loco citato.

Illud obiter admonerem hoc loco. Cùm materia prima, vt conseruetur, pendeat naturaliter à forma, ita nimirum, vt si denudata omni forma substantiali relinqueretur suæ naturæ, continuo in nihilum euanesceret: cum item annihilatio præsupponat rem in nihilum redigendam existere ante annihilationem: sanè ex eo quòd concederetur rem aliquam creatam vi sua naturali concurrere posse ad annihilationem alicuius corporis, non sequeretur simili modo cõcurrere posse ad creationem. Etenim actio rei creatæ, quæ virtute propria efficienter causaret eam annihilationem, haberet subiectum præexistens in quo reciperetur, quòd de creatione dici non potest: & cùm res creata efficere posset separationem formæ substantialis à materia, vel per extinctionem aut extractionem earum dispositionum, à quibus vnio talis formæ cum materia pender, vel etià per extractionem ipsiusmet formæ, quasi per impulsum, & motum localem, mirandum non est, si concedatur, Angelum, aut aliam creaturam expellere posse formam substantialem à materia, non relinquendo in ea dispositiones ad aliam formam, in eumque modum, relinquente Deo res omnes suis naturis, efficere propria virtute annihilationem totius compositi, aut certè efficere eam partialiter, expellèdo formam substantialem à materia, Deoque relinquente materiam suæ naturæ, atque denegante concursu suo, vt in eam introduceretur, producereturque alia forma.

Ad quintum prætermisissis aliis opinionibus, quæ suo loco ostenduntur esse falsæ, dicendum est, materiam illam tunc reproduci, ac supponi accidentibus & formæ substantiali rei generandæ à solo Deo, non verò à causa secunda, vt suo loco latius ostendetur.

Creare potest vnà cum Deo quoad.

Annihilatio creaturæ potest factum partialiter.

Ad quintum ostenditur esse falsam materiam illam tunc reproduci ac supponi accidentibus & formæ substantiali rei generandæ à solo Deo non verò à causa secunda vt suo loco latius ostendetur.

DISPV

DISPUTATIO II.

Vtrum creatura, saltem tamquam instrumentum, possit diuina potentia attingere creationem alicuius rei.

Magistri & aliorum quorundam sententia.
Suadetur primo.
Magister in 4. dist. 5. §. vltimo affirmat. Eamdem sententiam secutus est D. Thomas in 4. quæst. 1. artic. 3. quæstiuncula 3. ad quartum, & in 2. dist. 1. quæst. 1. artic. 3. & Gabriel in 4. dist. 1. q. 1. Suaderi autem potest primo. Quoniam non minor virtus necessaria est ad efficiendam incarnationem, quam ad creandum: sed creatura virtute diuina potest tamquam partialis causa efficienter attingere incarnationem, imò videtur ad illam beata Virgo de facto fuisse cooperata: ergo diuina virtute poterit creatura tamquam instrumentum Dei attingere alicuius creationem.

Secundo.
Secundò, sacerdos tamquam minister Christi per verba consecrationis attingit efficienter transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi: sacramenta item nouæ legis, & ministri, à quibus conficiuntur & applicantur, attingunt efficienter productionem gratiæ, & remissionem peccatorum: sed ad hos omnes effectus non minor virtus requiritur, quam ad creandum, nec creatio difficilior est, aut admirabilior effectus, quam illi alij: ergo creatura diuina potentia attingere potest creationem tamquam Dei instrumentum.

Tertio.
Tertio, ignis inferni corporeus diuina potentia torquet res spirituales, ac dæmonibus, animabusque damnatis segregatis à corpore tristiitiam spirituales tamquam instrumentum diuina iustitiæ imprimi: sed id non minus difficile est, quam creare, neque minus est supra naturam ignis corporei, quam sit supra naturam nobilissimam alicuius creaturæ creare: ergo creatura virtute diuina poterit tamquam Dei instrumentum attingere creationem.

Creatura non que ut instrumentum create potest.
Contraria sententia est D. Thomæ hoc loco, & ferè omnium, quos disputatione precedente diximus affirmare creaturam propria virtute non posse creare. Eam probat hic D. Thomas, quoniam causa instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi quatenus per aliquid sibi proprium operatur dispositiue ad effectum principalis agentis: sed creatura per id, quod est sibi proprium non potest operari aliquid dispositiue ad effectum, qui per creationem producit: ergo neque instrumentaliter virtute Dei potest creare. Maiorem probat, tum exemplo securis, quæ scindendo lignum, quod habet ex sua propria forma, illud figurat forma scæmi, quæ est effectus proprius principalis agentis: tum etiam quia si instrumentum nihil efficeret secundum id, quod sibi est proprium, frustra adhiberetur ad agendum, neque oporteret esse determinata instrumenta ad certas & determinatas actiones: Minorem probat, quoniam id, quod producit per creationem, debet produci ex nihilo: quo fit, ut nihil detur, quo creatura, per id quod sibi est proprium, possit disponere ad effectum creationis.

Instrumentum non necessè est ut per aliquid sibi proprium operetur dispositiue ad effectum principalis agentis.
Ratio hæc multis impugnatur ab Scoto in 4. dist. 1. q. 1. quibus profectò scèctatores D. Thomæ agrè satisfaciunt. Et quidem maior illa propositio, mihi etiam non videtur vniuersim vera: primò quia in securi, aut ferra, aliisque instrumentis artiù, nulla videtur esse vis efficiens, qua scindant, cooperenturque vnà cum arte, nisi fortè grauitas, quæ quando ferra sursum mota scindit, nihil cooperatur, sed potius impedit, solum verò cooperatur, quado scindit mota deorsum, reliqua autem vis ad agendum

A imprimatur ei ab artifice, aut ab alio eam mouente, id quod in hunc modum ostendo. In primis durities, quæ est in ferra, eò quod ferrea sit, nõ est qualitas efficiens, sed resistens, quia namque durities ferri plus resistit, quam durities ligni, imperitque ac vis impressa ferræ superat resistantiam, qua durities ligni resistit, inde est, quod ferra scindit lignum, duritie ferræ nihil omnino agente, sed superante dumtaxat resistantiam, qua durities ligni resistebat (id quod necessarium erat, ne vis impressa ferræ depelleret potius partes à ferra, quam à ligno) & sola vi ab artifice impressa ferræ depellente, ac extrahente partes ligni. Deinde forma ferræ, quoad dentes illos, non est qualitas efficiens, sed solum inferuit scissioni, quatenus vnusquisque dens, modicum quid attingit, quod facillè superatur à vi impressa, & ob id facillè extrahitur, atque alio ac alio dente succedente facillius per partes extrahuntur ramenta illa ligni, quam si vis imprimeretur simul portio maxima. Denique acumen tam ferræ, quam gladij, aut cuiuscumque alterius instrumenti, non est qualitas efficiens, sed solum inferuit scissioni, quatenus quò acumen est maius, tantò instrumentum minorem partem rei scindendæ attingit, quæ proinde minus resistit scissioni, facilliusque superatur à vi impressa instrumento. Quando verò instrumentum est obtusum attingit maiorem partem rei scindendæ, quæ proinde plus resistit, difficiliusque superatur à vi, quam agens impressit instrumento, eaque de causa difficilius efficitur, scissio. Non ergo est necesse instrumento inesse vim propriam, quæ dispositiue cooperetur ad effectum principalis agentis, sed satis est vim solam à principali agente illi impressam operari, in instrumento quæ esse meliores, accommodatiorisque qualitates seu dispositiones, vt vis ab agente principali impressa melius operaretur, & suum effectum consequatur, vt de ferra, aliisque artium instrumentis explicatum est: durities namque, acumen, & forma ferræ quoad dentes, solum sunt dispositiones, sine quibus vis impressa ferræ ab agente principali, aut non scinderet, aut non æquè bene, non verò sunt qualitates efficienter concurrentes, vt explicatè est: neque ostendetur quippiam aliud, quod ferræ proprium sit, efficienterque ad scissionem concurrat.

B Secundo non videtur vera eadem maior, quoniam quando artifex per ferra scindit lignum, vt illud modo aliquo figuret, non solum forma, sed etiam scissio, quæ ad figurandum ordinatur, est effectus artificis, atque artis, quippe cum ars non solum modum formæ inducendæ, sed etiam modum scindendi, vt illa inducatur, præscribit, quò fit, vt non solum forma, quæ in lignum inducitur, sed etiã scissio ad illam inducendam sit effectus principalis agentis, & cum ferra nihil ad scissionem operetur dispositiue, quod sit scissione prius, efficitur etiam, vt ad hoc quòd instrumentum participet actionem principalis agentis, necesse nõ sit, vt instrumentum operetur aliquid prius dispositiue.

F Confirmatur hæc ratio, quoniam nihil omnino est in effectum, quod sit ab instrumento, & non ab artifice, quin potius scissio ipsa, forma, quæ inducitur, & totus vniuersum effectus, & est ab artifice & à ferra, totalitate effectus, vt vocant, ab artifice quidem, vt ab agente principali mouente ferra, & per impulsum eam ad opus applicante, & à ferra tamquam ab instrumento. Ex quibus concluditur instrumentum nihil prius operari dispositiue. Quòd si dicas, operationem præuiam instrumenti, quam D. Thomas hoc loco exigit, elici quidem simul tempo

pore ab agente principali, nihilominus, quatenus proficiscitur ab instrumento, esse priorem seipsa, quatenus est ab agente principali, ut hoc loco dicitur Caietanus. Contra hoc ita argumentor. Instrumentum non movet, nisi motum, & applicatum a causa principali: ergo prior est motio a causa principali, quam ab instrumento; aut certe non est posterius a causa principali. Accedit, commune esse Philosophorum proloquium, quando causa principalis, ac superior concurret simul cum inferiori, non prius attingi effectum ab inferiori, quam a superiori, imò Scotus & Caietanus dicere videntur, attingi prius a superiori, ut ex iis quae quaest. 14. artic. 3. diximus constat.

Tertio non videtur vera eadem maior, quoniam in exemplo a D. Thoma in hoc articulo adducto, quando aer per virtutem receptam ab igne producit ignem, aut aqua per calorem receptum ab igne calefacit, vel aer per lumen receptum ab igne instrumentaliter producit lumen in pariete, nihil praeiudicantur, maxime aqua, quando instrumentaliter calefacit, & aer quando per lumen receptum instrumentaliter illuminat, ergo ut instrumentum aliquid producat, necesse non est, per aliquid sibi proprium, prius aliquid dispositivum operari, sed satis est, si per solum influxum, ac virtutem ab agente principali receptam immediate producat effectum, eoque pacto dicere quis posset, creaturam a Deo per suum influxum elevari, ac instrumentum aliquid creare, non secus ac Caietanus affirmat, humanitatem Christi similiter a Deo elevari instrumentaliter, non solum ad modum causarum moralium, attingisse efficienter miracula. Similique modo sacramenta novae legis, ministrosque a quibus illa efficiuntur & applicantur attingere efficienter productionem gratiae. Hoc loco revoca in memoriam duo illa genera instrumentorum, de quibus quaest. 8. artic. 1. disputatione ultima locuti sumus, discrimenque, quod inter illa constituimus: inferuiet namque id non parum ad haec melius intelligenda.

Pars illa ergo ratio, qua probari potest conclusio proposita, est: quoniam ut aliquid immediate creetur, ac producat ex nihilo, necessaria est in eo virtus infinita, ut disputatione praecedente ostensum est in instrumento autem, neque per potentiam divinam esse potest virtus infinita, quod sit, ut nec instrumentaliter creatura vlla creare possit. Confirmari potest haec ratio, quod si iam omne id per quod creatura elevari potest a Deo ad operandum instrumentaliter, est quid creatum formaliter existens in creatura, sed nulla creatura potest creare suapte natura atque virtute propria: ergo etiam nulla creatura elevari potest a Deo ad creandum immediate tamquam instrumentum ipsius.

Ad primum ergo argumentum in contrarium, concessa maiori, neganda est minor. Ut enim, quamvis agens naturale producere possit accidens, efficere tamen non potest, si quidem tamquam instrumentum Dei, ut sit sine subiecto, quia potius quod accidens, ab agente naturali productum, extra subiectum existat, a solo influxu particulari Dei provenit supra ipsius naturam, quo illi efficienter confertur idem esse independenter a subiecto, facitque proinde illud in seipso existere: ita etiam, quod natura humana Christi (quae sibi ipsi relicta existere debebat in proprio supposito) dependeat ad alienum Verbi divini, illique quasi inexistat, provenit a solo influxu totius gloriosissime Trinitatis, quo illi altissimo quodam, admirandoque modo, efficienter

Ad primum argumentum partu adversa. Accidens ut sine subiecto existat, solum Deus potest efficere.

A confert illud idem totum ipsius esse, sed dependenter, supra id quod natura ipsius habet, ad Verbum divinum. Influere autem illi intime, hoc altissimo ac stupendo modo, illud idem esse, supra id quod natura ipsius habet, solius est Dei virtuteque est conferre illud nullo praesupposito subiecto (ut tertia parte quaest. 3. artic. 1. dicebamus) eo quod totum intime nouo modo illi conferat, longe excellentiori & altiori modo, quam si illud ipsum ex nihilo procrearet. Quo loco observa, adorandissimam Trinitatem per influxum creationis, saltem sine novitate essendi perpetuo conferre materiae & animae Christi esse naturale, quod habet, & simul etiam longe excellentiori, mirabiliorique influxu, perpetuo intime illi influere illud, idem esse dependens ad Verbum divinum, supra id, quod esse illius materiae & animae sacratissime suapte natura habent. Beata ergo Virgo concurret quidem ad generationem humanitatis Christi, atque adeo ad generationem Christi, quae ex unione materiae cum forma in vtero ipsius sacratissimo resultavit, non vero ad actionem & assumptionis humanitatis, partiumque illius, ex qua actione & assumptione pendens fuit, ut ex unione illa animae cum corpore generationis Christi qui simul Deus esset & homo, resultaret, atque adeo ut beata Virgo esset mater Dei, ut tertia parte late explicavimus.

B Ad secundum dicendum est, sacerdotem, formae consecrationis, & sacramenta novae legis, esse quidem instrumentales causas illorum effectuum instar causarum moralium, non vero instar causarum naturalium; quidquid Caietanus & alij dixerint, quod suo loco explicabitur, ac ostendetur, similique modo rem creatam divina virtute esse posse causam creationis modo morali, ut si Deus constituisset propter preces Christi, aut alicuius alterius iusti creare hunc vel illum Angelum, aut hanc vel illam creaturam corpoream: tunc enim Christus, quoad humanitatem, aut pura creatura, esset moralis causa creationis. Quod autem negamus est, creaturam modo causarum naturalium vlla ratione attingere posse creationem.

C Ad tertium, concessa maiore, ad minorem ita respondendum est, licet uterque effectus sit supra naturam causarum secundarum: at tamen cum ignis verè torqueat, & cruciet hominem corpore & anima constantem, imprimendo corpori calorem, eoque distulendo complexionem, constitutionemque naturalem illius, atque ea via dolorem ac sensationem inferendo, concurrente simul sensu externo ad illius doloris perceptionem, cum deinde concurrente sensu interno, & appetitu sensitivo, nec non intellectu & voluntate, afflictionem, tristitiam, & angorem maximum in appetitu sensitivo & voluntate faciat, profecto cum Deus supplere possit influxum potentiarum, & effectuum intermediorum, poterit influendo simul cum igne immediate in intellectum & voluntatem animae separatae, eosdem effectus in illis efficere, quos ignis efficeret, si talis anima unita esset corpori, ignisque produceret prius calorem in corpore, eoque mediante ceteros effectus, quo usque effectum illum intellectus & voluntatis attingeret; atque ita poterit influendo per suum influxum particularem, non quidem in ignem, sed in intellectum & voluntatem damnati, elevari ignem corporeum, ut immediate in intellectum & voluntatem animae separatae sua propria virtute producat partialiter eundem illum effectum, quem afflictionem, tristitiam, & angorem vocavimus: quem per intermedios effectus, si anima unita

Incremto nem sicut nita est nisi secunda cooperari.

Ad primum Sacramentum nita est modo morali, non est naturalis causa generata.

Ad tertium.

Ignis in quo sicut dicitur in anima in natura non quae.

Ter.

Dile.

vnita esset corpori mediâe produxisset in intellectu & voluntate, qua ratione poterit per ignem inferni animam immediatè cruciare, quod idem est de demonibus asserendum. Quare ad argumentum in forma, neganda est minor. Cùm enim in creatione, nullum subiectum decur, in quod creatura agat, & de cuius potentia educat effectum, contradictionem implicat creaturam creare, eod quod ad id virtus infinita sit necessaria. Cùm verò, dum ignis inferni rem spiritualem torquet, detur subiectum, in quod agat, Deusque suo influxu supplere possit influxum potentiarum omnium intermediarum, quibus interuenientibus ignis naturaliter animum afflixisset, nullam sanè contradictionem implicat, si ignis corporeus inferni ea ratione immediatè cruciet, & torqueat res spirituales.

Primum D. Thomae hoc loco est huiusmodi. Ex Aristotele 2. de anima, perfectum est, quod potest facere sibi simile: sed creatura immaterialis sunt perfectiores creaturis materialibus: cum ergo creatura materiales possint alias efficere sibi similes, creatura etiam immateriales producere sibi similes etiam poterunt: ac non aliter, quam ex nihilo: ergo possunt creare.

Ad hoc argumentum, prætermisâ D. Thomae responsione, dicendum est, propositionè illam Aristotelis, perfectum est, quod potest sibi simile producere, intelligendam esse de viuientibus corruptioni obnoxiiis, non enim statim possunt generare viuientia sibi similia, sed solum cum ad statum perfectum perueniunt, vt experientia ipsa docet. Quòd autem generare possint sibi similia, supponit imperfectiorem in ipsorum natura, nempe constare materiae, ex qua præsupposita, vt possunt generare, sic generari, atque corrupti possunt. At verò quòd viuientia immaterialia, vt sunt Angeli, generare non possint sibi similia, ex eorum perfectione prouenit, quia scilicet sunt simplicia, materiaeque expertia, eaque de causa non habent partem, aut aliquid sui, ex quo sibi similia producant, eaque de causa attingi nequeunt à causa secunda, qua nõ agit nisi in subiecto præexistente, de cuius potentia educat effectum, sed solum attingi possunt à causa prima, quod ad eorù maximam nobilitatem spectat. Ex eodemque capite prouenit, quòd corrupti suapte natura nequeant quod etiam ad eorum nobilitatem pertinet.

Secundum argumentum D. Thomae est. Quantò maior est resistentia ex parte facti, tantò maior virtus requiritur in faciente, sed plus resistit contrarium, quam nihil: ergo maioris virtutis est facere aliquid ex contrario, quam ex nihilo, atque adeò creatura, quaè producit ex contrario, poterit producere ex nihilo, ac proinde creare.

Ad hoc argumentum neganda est consequentia: quoniam maior virtus in agente non solum requiritur propter maiorem resistentiam passivi, sed etiam propter modum faciendi de nihilo, aut de aliquo.

Tertium argumentum est, virtus facientis consideratur secundum mensuram eius, quod fit: sed ens omne creatum est finitum: ergo ad producendum aliquid per creationem non requiritur in causa efficiente virtus infinita, ac proinde creatura poterit creare.

Hoc tertium argumentum soluetur similiter, negando virtutem facientis considerari solum secundum mensuram eius quod fit: consideratur namque ex parte etiam modi faciendi, de nihilo, aut de aliquo: quippe cum multò plus requiratur ad producendum aliquid de nihilo, quam de aliquo subiecto.

ARTICVLVS VI.

Verum creare sit proprium alicuius persone.



CONCLUSIO est. Creare est commune toti omnipotentissimi Trinitati, & non proprium alicui persone. Probatur primò ex Concilio Lateranensi cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, vbi de tribus personis diuinis dicitur: *Consubstantiales & coequales, coimpotententes, vnum vnuerforum principium, creator omnium, inuisibilem & visibilem, &c.* & cap. Damianus, subiungitur: *Nos autem, sacro approbante Concilio, credimus & confitemur, quòd vna quædam res est incomprehensibilis quidem, & inestimabilis quaè veraciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Tres simul persone, ac sigillatim qualibet earumdem, & ideo in Deo Trinitas est solum modo, non quateritas: quia qualibet personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura, quaè sola est vnuerforum principium, præter quaè alium inueniri non potest.* Hactenus Concilium illud. Idem habetur in Concilio Toletano VI. cap. i. & in Concilio Toletano XI. in confessione fidei, de tribus personis diuinis dicitur: *Nullam sine alia, vel exiitisse, vel quippiam operatum esse aliquando creditur. Inseparabiles enim inueniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt.* Hæc Concilium illud. Et in epistola Agathonis Papæ, quaè habetur in sexta Synodo actione quarta: *Confitemur, inquit Papa, sanctam & inseparabilem Trinitatem, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnus esse Deitas, vnus natura & substantia, siue essentia, vnus eam prædicamus & naturalis voluntatis, & virtutis, operationis, dominationis, maiestatis, potestatis, & gloria.* In synodica suggestione 125. Episcoporum, quaè in eadem actione continetur, & tanquam Catholica fides, à toto Concilio actione 17. suscipitur, de Patre, Filio, & Spiritu sancto sequens habetur sententia. *Quorum vna essentia, vna natura, vna eternitas, vna potestas, vnum imperium, vna gloria, vna adoratio, vna essentialis eiusdem sanctæ, & inseparabilis Trinitatis voluntas, & operatio, quaè omnia condidit, dispensat, & continet.* Dionysius præterea 2. cap. de diuinis nominibus: *Nisi totam, inquit, diuinitatem, vitam esse dixerint, quomodo verum est, sacrum Verbum quod dixit, sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificauit, ita & Filius, quos vult viuificat. Et præterea Spiritus est qui viuificat: Et infra: Pulchrum quoque, & sapiens in tota diuinitate (hoc est, in tribus personis) laudatur, vtiq; lux, & quod Deum facit, & causa. Et paucis interiectis: Summatim quidem, vt cum dicunt (Scriptura nempe) omnia ex Deo, latius autem & fufius, vt cum ait quidam, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & illud, omnia in ipso constant: & emitte Spiritum tuum & creabuntur. Atque vt aliquis summatim dicat: Cum diuinum Verbum ipsum dixit: Ego & Pater vnus sumus: & omnia quæcumque habet Pater mea sunt: & omnia mea tua sunt, & tua mea. Et rursum: Omnia, qua sunt Patris, eius etiam sunt omnia, diuino Spiritui communiter & coniunctè tribuit diuina opera, venerationem, primam, perpetuamque causam optimorum donorum, ac munerum tributionem. Nequaquamque eorum, qui in diuinitate Scripturis, non deprauata, corruptaque intelligentia, edocati sunt, contradiendum esse arbitror, quin omnia, qua Deo digna sunt, in tota diuinitate insint. Et infra enumerans, quaè coniuncta sunt & communia totius diuinitatis, addit: Quibus adduntur ea, quaè causa rationem habent omnia. Et Augustinus, cum aliàs sepe, tum 1. de Trinitate, cap. 4. & 5. docet, res personarum diuinarum*

Creare commune est toti Trinitati.

Primum D. Thomae hoc loco est argumentum.

Solutio.

Secundum D. Thomae.

Solutio.

Tertium.

Dilatio.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum creatio admisceatur in operibus nature, & artis.

Erres circa formarum productionem.



Ecce quæstio, vt hoc loco D. Thomas ait, excitatur propter errores varios, qui fuerunt circa productionem formarum. Quidam enim dixerunt, formas præexistere in materia actu ante generationem eorum, quæ ex eis & materia constant, sed in materia latere, per generationem verò, nec produci, nec comproduci ab agentibus, sed solum ea ratione educi de materia quia agentia naturalia efficiunt, vt foras prodeant & appareant.

Alij verò dixerunt, formas produci quidem de nouo dum res generantur, sed non ab agentibus naturalibus, sed à quodam agente separato, à quo de nihilo, independentèrque à materia, producuntur, atque adeò creantur. Iuxta horum ergo errorem dicendum esset, in omni opere nature, quo aliquid generatur admisceri creationem.

Creatio in sola hominis generatione admisceatur ratione animæ rationalis.

Veritas autem est, nullam formam, præter animam rationalem, produci ab agente separato, independentèrque à materia, sed omnem profus comproduci ab agente naturali ad productionem rei substantialis, quæ generatur vt quod. Atque adeò in sola generatione hominis admisceri creationem animæ rationalis, non verò in aliarum rerum, tam naturalium, quàm artificialium productione.

QVÆSTIO XLVI.

De principio durationis rerum creatarum.



De hac re copiosè diximus octauo Physicorum.

QVÆSTIO XLVII.

De rerum distinctione in communi.

Dens est prima causa, multitudine ordinis, ac distinctionis rerum in hoc universo. Vnde dicitur mundus.



In tribus articulis huius quæstionis ostendit Diuus Thomas, multitudinis, ordinis, ac distinctionis rerum, ex quibus vniuersum hoc constat Deum esse autorem, & causam primam. Quod est de fide, vt ex principio Geneseos, & ex plerisque alijs Scripturæ locis constat. Itèmq; esse tantum vnum mundum. De qua re diximus primo de cælo. Afferere autem plures esse mundos, temerarium, imò & periculosum esset: quippe cum Scripturæ sanctæ non solum de mundo loquantur, vt de vno tantum, sed etiam multa in illis reperiantur, quæ supponere videntur vnum tantum esse mundum, vt cum in eis asseritur Christus omnium hominum redemptor, &c.

QVÆSTIO XLVIII.

De rerum distinctione in particulari.

De distinctione mali à bono.

DISPUTATIO VNICA.



REVI hac disputatione quæstionem hanc totam absoluiam, eò quòd, quæ circa eam dici poterant, magna ex parte dicta sint quæst. s. quædam verò alia com-

Molina in D. Thom.

A modius 1. 2. dicenda sint. Supponenda verò est triplex illa acceptio boni, quam q. s. explicauimus, nempe transcendentis, moralis, & boni, quod obiectum est voluntatis, significatque idem quod conueniens. Item triplex illa acceptio mali, triplici acceptioni boni respondens, ibidemque explicata.

Triplex boni acceptio.

Malum transcendentis, vt ibi ostendimus, est priuatio entitatis debitæ in esse. Et quia priuatio est carentia in subiecto apto ad habendam rem, qua dicitur carere, malum omne transcendentis semper est in bono aliquo tamquam in subiecto: vt cæcitas in oculo, tenebræ in aëre, &c.

Malum transcendentis quid.

B Hinc primò sequitur. Sicut datur bonum transcendentis, quod nihil mali habeat adiunctum, nempe Deus, non ita dari malum transcendentis, quod non sit coniunctum cum bono aliquo transcendente: quippe cum malum omne transcendentis semper sit in subiecto carente entitate debita sibi in esse, quod quidem subiectum bonum est vt dicti solet, transcendentaliter. Dixi, malum transcendentis, quoniam malum, quod obiectum est voluntatis quoad nollitionem, nempe disconueniens, esse potest mera negatio, vt non esse omnino hominis, aut Angeli, malum est homini, aut Angelo, hoc est, disconueniens, si in se spectetur, dignumque quod voluntate respiciatur.

Non dari malum transcendentis quod non sit cum bono aliquo coniunctum.

C Sequitur secundò. Quamuis malo transcendentis priuarive opponatur bonum illud, cuius est priuatio, non tamen opponi bonum subiecti in quo est. Vt licet cæcitati opponatur priuatiuè bonitas transcendentis facultatis videndi, cuius est priuatio, non tamen opponitur bonitas oculi, cui cæcitas inest.

Malo transcendentis quod bonum opponatur.

Sequitur tertio. Non quemadmodum cuiusque malo transcendentis opponitur bonum aliquod transcendentis, ita cuiusque bono transcendentis opponi posse malum aliquod transcendentis. Quæ namque bona corrumpi nequeunt, expellive ab aliquo subiecto, ea habere nequeunt malum transcendentis sibi oppositum. Cuiusmodi sunt, Deus, materia prima, Angelus, forma substantialis cæli, &c. Licet enim horum aliqua esse possint subiectum mali transcendentis, vt materia priuationis multarum formarum, partes cæli priuationis lucis debitæ in esse, vt patet quando luna eclipsatur, ipsis tamen, quoad suas proprias substantias, nullum malum transcendentis potest opponi. Et cum Deus neque subiectum esse possit cuiuscumque mali, tam transcendentis, quàm moralis, sit, vt sit bonum cui nullum malum potest esse permixtum. Ex iis vltèrius constat, non tam latè patere malum transcendentis, quàm bonum transcendentis, quippe cum nullum sit malum transcendentis, cui non respondeat bonum transcendentis ipsi oppositum, è contrario verò multa sint bona transcendentia, quæ non habeant malum oppositum.

D

Illud etiam notandum est cum Diuo Thoma articulo 4. Cum malum transcendentis formaliter dicat priuationem, non dici verè, quòd bonum sibi oppositum corrumpat efficienter, sed formaliter eo modo quo dicimus candorem efficere papyrum candidam. Id verò, quod idcirco malum dicitur, quod causa sit mali transcendentis, dicitur efficienter corrumpere bonum, vt calor efficienter corrumpit frigiditatem aquæ, atque ita efficit priuationem illius, quæ est malum aquæ.

F Circa diuisionem illam articuli quinti, mali in malum culpæ, & malum pænæ, aduerte: Malum culpæ & malum moraliter conuertitur: malum verò pænæ esse quodcumque malum, quod vel infligitur, vel permittitur in vltionem & punitionem alicuius culpæ.

Malum triplex culpa, pænæ, ac defectus natura.

Xy

A Causa autem formalis est ipsa malitia, quae est quoddam ens rationis. Dicitur autem causa eo pacto quo ens rationis effectum formalem habere potest.

Cum autem malum non soleat esse intentum ab agente, sed per accidens causarum, ut statim videbimus, non est necesse malum habere causam finalem. Quia tamen malum poenae ad puniendum delicta, atque ad bonum iustitiae potest esse intentum, ut mors furis intenta est a iudice in bonum iustitiae, & ad pacem conseruandam, & mala poenae à Deo sunt intenta in poenam delictorum, & in bonum iustitiae, fit, ut bonum saepe sit causa finalis mali.

B Quod denique ad causam efficientem attinet, dicendum est. Bonum esse causam mali, non per se, sed per accidens: quo pacto agentia naturalia, dum intendunt generationem quorundam entium, efficiunt per accidens corruptionem priuationemque quorundam aliorum, quae corruptiones, & priuationes mala quaedam sunt comparatione eorum, quae priuantur bonis suis, id est, entitatibus sibi debitis, quibus perficiebantur. Quoniam autem Deus indidit naturam propensam ad generandum, & talem, ut ex directione ipsius primae causae generationem intendat, cum qua corruptio, quae malum est alterius rei, coniungitur, inde est, quod malum, & corruptio rerum naturalium, reducatur etiam in primam causam dirigentem naturam, efficientemque per accidens ea ratione malum, dum per se intendit bonum eorum, quae generantur, totiusque vniuersi, quod ut perfectum sit, consistere etiam debet entibus corruptioni, & defectui obnoxii. Defectus naturales, quos in poenam peccati originalis patimur, non solum in causas secundas, quae dum alia bona intendunt, per accidens in nobis haec mala efficiunt, sed etiam in primam causam reducuntur, tamquam in id, quod in poenam peccati originalis iustitiam originalem, quae mala ea prohibebat, remouit. Reducuntur etiam in causam primam, quatenus eam rebus naturam indidit, ex qua per accidens sequuntur eiusmodi defectus & mala. Causae praeterea naturales sunt etiam interdum causa per accidens mali, propter superueniens impedimentum, idque totidem modis. quot 1. Physicorum explicauimus monstra ex causis naturalibus per accidens euenire.

C Malum culpae non reducitur in causam primam, sed in causam secundam, quam Deus suarum actionum dominam per liberum suum arbitrium constituit, indeterminatam ac indifferentem ut bonum, ac malum eligeret. Dum autem liberum arbitrium actum efficit contra legem Dei, per accidens priuat se conformitate ad legem Dei, efficitque per accidens malum culpae. Dum item actum omittit, quo legi Dei tenebatur se conformare, est etiam causa per accidens priuationis conformitatis ad legem Dei, quam per eum actum habere debebat, & per consequens causa est per accidens culpa.

D Ex his omnibus constat, vanum esse illorum errorem qui dicebant, duo esse prima principia, alterum bonorum, & alterum malorum: malum namque non habet causam per se, sed bonum causa est per accidens illius. Vide quae diximus in Concordia quaestione 14. articulo 13. à disputatione 29. tum etiam quaestione 19. articulo 6. & 9. & quaestione 22. articulo 2.

E Circa difficultatem illam, quae in art. 6. disputatur, sitne malum poenae maius malum, quam malum culpae, dicendum est: Malum culpae esse maius malum quouis alio, quod culpa non sit. Ratio est, quia cum sit transgressio legis, & voluntatis Dei, est subinde offensiuum diuinae maiestatis ei displicens: inde verò tantum malum contrahit & tam superioris ordinis in genere mali, etiam si veniale sit, ut nullum aliud malum ei aequari compararique valeat, cum nihil ex suo genere plus vitari debeat, quam Deo displicere, eumque offendere. Itaque malitia peccati, non ex bono ordinis ad rectam rationem, & legem Dei, quod in nobis priuat pensanda metiendaque est, sed ex eo, quod adiunctum habet, nempe displicere Deo, ipsumque offendere, quod supremum est malorum, prout malum obiectum est voluntatis quoad nolitionem: quippe cum id effugi debeat supra omnia alia. Quia ergo peccatum ex hoc capite contrahit rationem essentialiorem supremi ordinis malorum, inde est, ut sicut, quamuis homines in infinitum multiplicentur, numquam aequari possunt Angelo in perfectione essentiali, eò quod Angelus semper sit altioris ordinis: sic etiam nulla alia mala, quantumuis multiplicentur, aequari possunt in malitia minimo malo culpae & offensa Dei, quae altioris est ordinis quoad malitiam. Difficultas, quam tangit Diuus Thomas in 4. art. & quaedam alia quae hoc loco dici poterant, prima secunda copiose disputantur.

QUESTIO XLIX.

De causa mali.

DISPUTATIO VNICA.

VM omne malum in bono sit tamquam in subiecto, ut quaestione precedente ostensum est, consequens est, ut causa materialis mali sit bonum: eo modo, quo priuatio subiectum, & causam materialem habere potest.

Malum culpa quodcumque minus est caseris malis omnibus quae mala culpa non sint.

Mali causa materialis est boni subiecti in quo cernitur.



Q V A E S T I O I.

De substantia Angelorum absolute.

Ordo praedemum ad consequentia.

Angeli vocabuli quid significet.

VEVS QVE ad quaest. 44. disputavit D. Thomas de generali rerum omnium à Deo emanatione, deque earumdem generali distinctione. Disserit deinceps de particulari creaturarum productione & distinctione. Exorditur verò ab angelica natura omnium praestantissima, cuius tractatio vsque ad quaestionem 64. extenditur.

Nos ergo incipiamus ab explicatione vocabuli, etc. quod nomen est Græcum, idemque significat, quod Latine nuncius. Vnde Ambrosius in cap. 1. Epistola ad Hebræos, in illa verba quæ Paulus ex Psalmo 103. citat: Omnes sunt administratorij spiritus, sciendum est, inquit, quod Angelus nomen est officij non naturæ, qui etiam semper sunt spiritus, non semper Angeli vocari possunt. Queris huius naturæ nomen: spiritus est. Queris officij? Angelus ex eo, quod est, est spiritus: ex eo quod agit, Angelus, quia alij, etc. Græce, nuncius Latine dicitur. Sicut homo nomen est naturæ, miles verò nomen est officij: sic qui erant iam spiritus conditi à conditore Deo, faciunt eos Angelos, mittendo eos nunciare, quod iusserit. Hæc Ambrosius. Idem docent Hilarius 5. de Trinitate, Augustinus in eadem verba Psalms 103. & 15. de Civitate Dei cap. 23. Gregorius homilia 34. in Evangelia, & habetur in Breuiario Romano, Lectione 5. in festo sancti Michaëlis. Isidorus libro 1. Sententiarum de summo bono capite 12. & plerique alij. Id quod satis colligitur ex verbis Psalms 103. citatis. Sensus enim eorum est: Qui facit spiritus, id est, substantias spirituales, corporive expertes, Angelos suos, id est, nuncios suos, iuxta illud Pauli ad Hebræos capite 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Quod fit, vt in Scripturis sanctis conuocatores, & sacerdotes, Angeli in hac significatione dicantur, iuxta illud Malachia 2. Labia sacerdotum custodient scientiam: quia Angelus Domini exercituum est, id est, nuncius ad docendum populum & denuncianda Domini præcepta. Ex illud Malachia cap. 3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam: quod Christus Dominus Matthæi capite 11. ad literam dictum fuisse dicit de Ioanne Baptista. Christus etiam Dominus Isaia cap. 9. iuxta versionem Septuaginta interpretum, magni consilij Angelus, in eadem significatione appellatur. Licet autem nomen Angelus vi suæ significationis substantias incorporeas & spirituales non significet, eaque de causa nunquam ab antiquis Philosophis tali nomine inueniantur nuncupate, sed vel substantia separate, & intelligentiæ à Peripateticis vocentur, à Platonice verò, ea quidem, quæ bonæ sunt, demones, id est, sapientes: ea verò, quæ sunt malæ, cacodæmones dicantur: attamen ex consuetudine Scripturarum sanctarum, vsuque factorum doctorum, iam nomen Angelus accommodatum est ad significandas eas substantias creatas & completas, quæ intellectuales sunt, viderique nequeunt, & ob id spirituales dicuntur.

A partem habet extra partem. Quia verò formæ brutorum perfectorum, licet ex Diui Thomæ sententia, indiuisibiles sint, nec partem habeant extra partem, sunt tamen formæ corporis, & quoad omnes suas potentias atque operationes sunt corporeæ, eò quod omnes in organo corporeo resident, suntque in eo extensæ: quia etiam licet humanus animus indiuisibilis sit, & quoad aliquas suas potentias & operationes à corpore tamquam à subiecto non pendeat, est tamen forma corporis, & quoad multas alias functiones residet in organo corporeo, in quo illas habet extensas, eaque causa fit, cur, non solum B formæ brutorum perfectorum, sed etiam humanus animus dicatur quadam ex parte, ratione aliqua corporeus: vt hunc etiam modum corporei excluderet Diuus Thomas ab Angelis, quarit hoc loco, vtum Angeli sint omnino incorporei. Quod si quaestione sequenti articulo primo perit: vtum Angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita, quæ quaestio superflua videri posset post disputationem huius articuli in sensu, in quo à nobis explicata est: dicendum est, id eo consilio fuisse, vt intelligeretur exactius, qualisnam esset vnio Angelorum cum corporibus assumptis, in quibus sæpe apparent, quod tota illa quaestione disputat, neque hic erat proprius locus id exactè examinandi. Porro Diuus Thomas in corpore huius articuli simul probare nititur, dari substantias creatas incorporeas omnino, quas Angelos appellamus: Atque ita simul in initio huius tractationis satisfacere intendit quaestioni an est, in re non satis lumine naturali perspicua.

Error fuit Saducæorum non esse Angelos, vt ex illo Actuum capite 21. constat: Saducæi dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum. Pharisæi autem vtraque consentiunt. Fuit etiam quondam inter Philosophos dubitatum, an essent demones, prauitæ Angeli, & quidam ex Peripateticis eos esse negarunt. In quo errore videtur fuisse Aristoteles, idque illum existimasse affirmat Aueroës in Epistola de resurrectione. Etenim vt ex illius operibus colligere licet, nullas alias substantias credidit esse separatas à materia, quàm eas, quæ orbem mouent: has autem, neque Aristoteles, neque quisquam alius esse malas est arbitratus. Praterè Aristoteles in problematibus part. 30. de arreptitijs, non à demonibus, sed melancholico humore eos vexari docuit.

Est verò dogma fidei, saltem in eo sensu Angelos esse, quod in rerum natura sunt substantiæ quædam intellectuales create nobilitate excedentes humanam naturam, atque adeo corpora omnia, quæ sensibus percipiuntur. Imò esse non solum Angelos bonos & beatos, sed etiam malos, quos demones appellamus.

Primum colligitur aperte ex Psalms 8. quo in loco de homine ait regius Propheta: Minuisti enim paulo minus ab Angelis. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Eum locum ad Hebræos 2. exponit etiam Paulus de Christo, quem ait paulò minus, quàm Angeli, fuisse minoratum quoad naturam assumptam. Cum ergo humana natura, & præsertim ea quæ fuit in Christo, nobilitate excedat corpora omnia, quæ sub sensum cadunt: Angeli verò quoad naturam, non verò quoad dona gratiæ, Christum nobilitate excedant: efficitur, vt in rerum natura sint substantiæ create intellectuales nobilitate excedentes res omnes corporeas, quæ sub sensum cadunt. Confirmatur ex illo Concilij Lateranens. 2. capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica: Creator omnium inuisibilium & visibilium.

Error Saducæorum Angelos negantium.

Aristoteles videtur negasse malos Angelos esse.

Angeli non solum bonos, sed etiam malos esse dogma fidei.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angelus sit omnino incorporeus.

Sensus quaestio.

N quaestione proposita sumitur incorporeum, vt distinguitur contra extensum tam per se, quàm per accidens, quale est id omne quod Molina in D. Thom.

spiritualium & corporalium, quae sua omnipotente virtute simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit naturam, spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Consonat etiam illud Symboli: Factorem caeli & terra, visibilium omnium & invisibilium.

Secundum verò, quoad Angelos quidem bonos & beatos, constat ex illo Tobiae cap. 12. Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum. Matthaei 18. Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est. 1. ad Timotheum cap. 5. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis eius, & ex plerisque aliis tam veteris, quam novi Testamenti locis. Quoad malos verò id ipsum manifestum est. Nam Levit. 18. habetur: Nequaquam ultra immolabunt hostias suas demoniis. Deu. 31. Immolauerunt demoniis, & non Deo. Tobiae 3. & sequentibus capitibus celebris illa historia narratur de demone illo, qui vocabatur Asmodaeus, & viros Sarae Raguelis filiae interficiebat, quem Raphael Angelus compescuit. Christus Dominus, cuiusque discipuli, multos spiritus immundos de corporibus hominum eiecerunt, & aliquando legionem integram daemoniorum. 2. Petri cap. 2. Si Deus Angelis peccantibus non peperit, sed rudentibus inferni detrahit in tartarum, ut addit cruciandos. Iudas Apostolus in sua Canonica, Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, in iudicium magni Dei vinculis aeternis sub caligine seruauit.

Damones esse probatur ex sacris literis.

Item ex variis eorum effectibus.

Angelos esse corporeos qui nam asseuerant secuti Platonicos.

Ut pleraque alia vtriusque Testamenti omittam testimonia, ex innumeris effectibus, qui quotidie cõperiuntur, & à locupletissimis autoribus referuntur, compertissimum est, demones esse: effectus autem sunt, veneficiorum, lamiarum, apparitionum demonum, pactorum cum illis, magicæ artis, arripitionum, qui adeo mirabilia loquuntur, ut ea nunquam, vel discere, vel audire poterint, missis aliis effectibus plerisque tam deprauatis, ut nõ nisi ab spiritibus nequam euenire possint. Accedunt oracula, & pleraque alia, quæ inter gentes, & olim in demoniorum templis fuerunt, & in hodiernum vsque diem in nouo orbe, in India Orientali, atque in variis Ethiopiarum partibus, aliisque locis perseverant: quæ sanè non aliunde, quam ab spiritibus immundis euenire possunt. Lege Victoriam in relectione de arte Magica numer. 10. & 11. quo in loco copiosè demones esse ostendit, variisque ea de re Philosophorum sententias refert.

An verò Angeli sint corporei, dubium olim fuit. Nam multi ex antiquis Patribus & Doctoribus sensisse videntur eos habere corpora: id quod ex Schola Platonica, cuius erant multi ex eis studiosi, asserente eos esse corporeos, hausisse videntur. Quibusdam ex eis asserunt etiam præbuit, quod referre Augustino q. 3. in Genesim, & 15. de Ciuit. Dei cap. 22. & 23. Cassian. collation. 8. c. 21. & plerisque aliis, vbi Gen. 6. in editione vulgata iuxta veritatem Hebraicam habetur: *Videntes Filij Dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt, &c.* si nõ in omnibus certè in plerisque codicibus tam Græcis quam Latinis versionis septuaginta interpretum habebatur: *Videntes Angeli Dei filias hominum, &c.* Rursus vbi inferius in editione vulgata habetur: *Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt Filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, &c.* In eisdem codicibus habebatur: *Postquam enim ingressi sunt Angeli Dei ad filias hominum, &c.* Antè versionem autem Hierony. versio Septuaginta interpretum, tã Græca quam Latina, erat in vsu in Ecclesiis & apud Patres.

Tertullian.

Antiquissimus itaque Tertullianus in libro de

carne Christi, paulò post medium, credens tres illos Angelos, qui Abraham apparuerunt, carnem assumpsisse humanam sibi substantialiter, ac hypostaticè vnitam, ait: *Constat Angelos carnem non propriam gestasse, ut patet à natura substantiæ spiritualis, & si corporis alicuius sui tamen generis, in carnem tamen humanam transfigurabiles ad tempus, ut videri, & congregari cum hominibus possent.* Et in libro de velandis virginibus paulò ante medium illud Gene. 6. citatum, de Angelis intelligit, affirmatque de cælo fuisse lapsos ob concupiscentiam fornicatam, cum eisque nubia contraxissent, atque ex eis filios genuissent. Idem innuit in libro de habitu mulieribus, paulò post principium. Quæ sanè minimè asseuerasset, nisi corporeos eos esse credidisset.

Lactantius quoque libro 2. de diuinorum institutio. cap. 15. affirmat, post casum diabolus de cælo missos fuisse Angelos bonos in custodia hominum, illosque pulchritudine mulierum allectos, suarumque diaboli decipros mulierum congressibus fuisse inquinatos, atque ita, de Angelis Dei satellites diaboli esse factos, detrusosque in infernum. Genuisse verò ex mulieribus neque Angelos neque homines, sed quosdam mediã quãdam naturam habentes: hosque esse demones, qui manent in terra, & qui vexant, ac decipiunt homines, in omnemque nequitiam eos perducere conantur. Quare Lactantius quoque Angelos corporeos esse credidit, habere tamen corpora alterius rationis ab iis corporibus, quæ sub sensum cadunt.

Attali secundo loco hunc Lactantij errorem, ut admonerem, nec Tertullianum, nec quemquam alium, ex iis, qui affirmant Angelos corrupti de cælo ob concupiscentiam mulierum, intellexisse de Luciferi & focis, qui ante casum primorum parentum lapsi sunt, sed de quibusdam aliis Angelis, quos arbitrati sunt postea cecidisse, iuxta testimonium illud Genes. 6. præuè intellectum. Ut enim Lactantius luce clariùs hoc affirmat, ita Tertullianus, & alij, qui circa testimonium Genes. 6. errauerunt, casum Luciferi per superbiam, longèque diuersum esse affirmat. Vnde Hieronymus in illud Marth. 6. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra.* aduersus hos omnes ait: *Erubescant ex hac sententia, qui quotidie in cælo ruinas fieri mentiuntur.*

Iustinus martyr in Apolo. 1. pro Christianis ad Senatum: *Angelis, inquit, quos ea de causa parauit, prouidentiam curationemque tradidit. Angeli autem, qui hunc ordinem deseruissent, cum mulieribus concubuerunt, liberisque procreauerunt, sique sunt qui vulgo demones nominantur.* Quod si, quæ in Iustino sequuntur, attentè legas, inuenies idem ferè sensisse, quod Lactantium existimasse retulimus.

Methodius in sermone de resurrectione sic loquitur: *Diabolus prauus factus est circa concreditorum ipsi administrationem, & inuidiam contra nos concepit: quemadmodum & qui postea carnes amauerunt, cum filiabus hominum ob concubitus amorem conuersi sunt.*

Eusebius in libro Evangelicæ preparationis capite 4. cum quædam ex Plutarcho, his antea dictis consona, attulisset, addidit: *Vnde mihi suspicio nonnunquam incidit, ne ista illa sint, quæ, ante diluuium à gigantibus facta diuina scriptura tenet. De quibus dicitur: Cum autem vidissent Angeli Dei filias hominum, quod essent speciosæ, elegerunt sibi ex illis uxores, ex quibus procreati sunt famosissimi gigantes à seculo. Suspicabitur enim qui suam villos, & illorum spiritus esse, qui ab hominibus postea diu nuncupati sunt, pugnaeque illorum, rumulus & bella esse, quæ fabulosè de Diis scribuntur.* Hæc Euseb.

Consentit ex parte Philo Iudæus in lib. de Gigantibus, codicibus illis translationis Græcæ Septuaginta.

non expositio
uiri
Abraham
pauca
nem
manam
stanti
nisse.

Lactantius

D. Iustinus martyr

Methodius

Eusebius

Philo Iudæus

pruaginta interpretum deceptus.

Vindicatur ab errore D. Ambrosius lib. de Noe & arca.

A quibusdam citatur Ambrosius quasi eiusdem fuerit sententia, eod quod in libro de Noe & arca cap. 4. enarrans illa verba: Gigantes erant in terra: dicit, ex Angelis & mulieribus generatos asserit, quos hoc appellat vocabulo, volens eorum exprimere corporis magnitudinem. Certè tamen non fuisse Ambrosium in hoc loco illius sententia, verius est: solum enim arbitratis (iuxta codices quibus utebatur) vbi scriptura habet, Filij Dei, habere, Angelis Dei, dixit, Gigantes illos ex Angelis & mulieribus fuisse generatos, nomine Angelorum iustos, qui ex Seth descendentibus intelligens: paucis namque interiectis subiungit: Plerumque Angelos filios Dei vocat Scriptura, quia ex nullo homine generantur animo. Itaque viros fideles filios suos duci non est aspernatus Deus. Hac Ambrosius ibi. Quibus verbis satis expressit, homines iustos appellatos esse ibi Angelos Dei, hoc est, Dei filios per gratiam. Eodemque modo exponunt locum illum (si iuxta codices illos legendum sit, Angelis Dei) Augustinus q. 3. in Genes. 15. de Ciuitate Dei cap. 23. & plerique alij. Ait namque Augustinus, Ioannem etiam Baptistam, aliosque iustos Angelos Dei in Scriptura fuisse appellatos.

D. Ambrosius alibi in eodem volumine iuste eruit.

Plus redolent eundem errorem verba illa Ambrosij lib. 1. de virginibus, non longè à fine. Castius Angelos fecit, qui eam seruauit, Angelus est, qui eam perdidit, diabolus est. Quam præclarum est autem Angelos propter intemperantiam suam in saculum cecidisse de caelo, virgines propter castitatem in caelum transisse de saculo. Hac Ambrosius.

D. Cyprianus.

Idem innuit Cyprianus de singularitate clericorum versus finem, dum ait, Angelos cum feminis cecidisse.

Burgensis & alij error excelsi.

Burgensis additione 1. in 6. cap. Genes. secutus Iosephum lib. 1. antiquitatum cap. 5. & quosdam alios Hebræos, arbitratur, daemones post lapsum in corporibus assumptis congressos cum mulieribus: quæ fuerunt ante diluuium, genuistque ex illis, idque narrare Scripturam in principio illius capituli. Ducitur debili satis argumento. Ait namque, gigantes in Hebræo dici à cadendo, quasi cadentes, vt glossa interlinearis in verbo gigantes adnotauit, nominèque gigantum significari ibi daemones, qui corruerunt, illisq; esse, qui in corporibus assumptis genuerunt ex filiabus hominū. Quis autem nõ videat sententiam hanc, cum per se absurdam esse, tum vim maximam inferre Scripturæ in eo loco. Quanam quæso ratione daemones possit peccatum Filij Dei eo loco non semel vocabuntur? Præterea gigantes, de quibus ibi est sermo, non intelliguntur illi, qui genuerunt ex filiabus hominum, vt ex ipso contextu Scripturæ est manifestum, sed qui geniti sunt ex Filiis Dei & filiabus hominum: hi autem proculdubio homines erant. Præterea aliàs saepe in Scriptura sermo est de Gigantibus, eodem prorsus vocabulo significatis: cum tamen de hominibus, & non de daemonibus sit sermo. Rationes autem impositionis illius nominis in idiome Hebræo tradunt multas Lycopmanus in eum locum, & plerique alij.

Giganti.

Subiungit Burgensis hanc suam sententiam consonam esse beato Augustino 15. de Ciuitate Dei cap. 23. ait namque: Creberrima fama est, multiq; se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse affirmant, Syluanos, Panes, & Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos saepe exiisse mulieribus, & earum appetisse, ac peregrisse concubium, & quosdam daemones, quos Drusius Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam, & tentare, & efficere plures talesque asseuerant, vt hoc negare impudenti vi. Molina in D. Thom.

A deatur. Hac Augustinus.

Verum licet negandum non sit daemones in corporibus assumptis, atportatogue femine calido alicuius hominis, qui se polluat, aut alterius animalis, posse, imò re ipsa nostris etiam temporibus concubuisse, generasseque ex femina, vel hominem, vel monstrum pro qualitate feminis, quæ tamen res genita non erit filius daemones, sed eius animalis, à quo decisum fuit semen, nihilominus notissimum est, Burgensis sententiam Augustino aduersari illo eodem capite, & aliàs saepe.

Sunt multi alij Patres & Doctores, qui, nequam fundati testimonio illo Genes. 6. arbitrantur nihilominus Angelos corporeos esse, corpore tamen alterius rationis à nostro: aut certè plus in eam partem, quam in contrariam, propendunt. Ita censent Origenes 1. lib. Periarchon. cap. 6. & lib. 2. cap. 2. Philo in opificio sex dierum. Basilus in libro de Spiritu sancto cap. 16. vbi ait: In celestibus viriutibus, substantia quidem earum, purè spiritus, est aereus aut ignis immaterialis iuxta id quod scriptum est: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Ea propter, & in loco sunt, & sunt visibiles, dum iis, qui digni sunt, apparent in specie propriorum corporū. Gregorius Nazianzenus, oratione 34. 38. & 42. Damascenus lib. 2. fidei Orthodoxæ cap. 3. licet Angelos incorporeos, & immateriales esse dicant arbitrantur tamen eos esse aereæ, aut igneæ cuiusdam immaterialis substantiæ, iuxta illud: Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos flammam ignis. Adiungit Gregorius Nazianzenus: Vel alterius similis substantiæ. Damascenus item hæc addit: Angelus incorporeus & immaterialis dicitur, quantum ad nos. Nam omne ad Deum collatum (qui solus incorporealis est) crassum & materiale comperitur: sola enim verè immaterialis & incorporea diuinitas. D. Thomas hoc loco in responsione ad primum exponere conatur hunc locum Damasceni, & certè Damascenus eodem capite subiungit, Angelum non habere trinam dimensionem, atque adeo esse expetrem quantitatatis. Cui subscribit Cassianus collatione 7. cap. 13.

Origenes, Philo, D. Basilus.

D. Gregorius Nazianz.

D. Damasc.

D. August.

Augustinus præterea 2. super Genesim ad litteram capite 17. de daemonebus ait: Quædam vera nosse partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus vigent, & c. Et libro 3. capite 1. Et si daemones, inquit, aereæ sunt animalia, quoniam corporum aereorum natura vigent. Epist. 115. ad Nebridium affirmat, Angelos esse animalia aereæ, seu æthereæ acerrimi sensus. 3. libro de Trinitate c. 1. ait: eos habere corpus spirituale, non cui subdantur, sed quod subduntur gerunt. 11. de Ciuitate Dei cap. 23. affirmat daemones pessimum habere corpus aereum. & lib. 15. cap. 23. ait, se non audere definire, an Angeli, corpore aereois a corporali, possint etiam hanc pati libidinem, vt quomodo possint, sentientibus feminis miscantur. Et in enarratione Psalmi 85. & 145. asserit, corpora beatorum futura post resurrectionem, qualia sunt corpora Angelorum. Posteriorique loco ait, corpus angelicum inferius esse anima.

Multi (vt Magister in 2. dist. 8. refert, annuerque viderit) voluerunt Augustinum, non ex propria, sed ex Platoniorum sententia fuisse locutum, in eumque modum eum exponunt D. Thomas, quaestione sequenti artic. 1. D. Bonauentura in 2. dist. 8. quaest. 1. & plures alij. Potestque id confirmari, quoniam 21. de Ciuitate Dei cap. 10. sic scribit: Sunt quædam sua etiam daemonebus corpora, sicut doctis hominibus visum est ex isto aere crasso & humido. Patetque interiectis subiungit: Si autem quisquam nullo habere corpora daemones asseuerat, non est de hæc re.



aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Et in Enchiridio cap. 59. difficilem reputat quaestionem, vtrum Angeli corpora habeant cōtrectabilia, an non, adductūque rationibus in vtramque partem, concludit: Cum ista quaeruntur, & ea sicut potest quisque coniectat, non inuoluntate exercentur ingenia, si adhibeatur disputatio moderata, & absit error opinantium se scire, quod nesciūt. Quid enim opus est ut hac, atque huiusmodi, affirmentur, vel negentur, vel desinantur cum discrimine, quando sine crimine nesciuntur. Hæc Augustinus ibi. Verūm licet hæc testimonia satis probent, Augustinum nō mordicus adhæsisse illi sententiæ, neque eam ut certam habuisse, negandum tamen non est, illum in ea fuisse sententia, ut satis ex testimoniis paulō ante relatis est manifestum. Primo tamen libro retract. c. 11.

Angelorum, inquit, sanctorum nomine omnem sanctam creaturam spiritualem, in Dei secreto, atque occulto ministerio constitutam nunc appellauerim: sed spiritus Angelicos sancta Scriptura nomine animarum significare non solet. Verum tamen neque hoc testimonium conuincit Augustinum retractasse priorem sententiam: tam enim ipse, quam plerique alij sancti citati, & citandi, nomine spiritus intelligūt quamcumq; substantiam inuisibilem, ac tenuē, siue corpus sit, siue nō.

Gennadius.

Gennadius item in libro qui sub nomine Augustini de Ecclesiasticis dogmatibus inscribitur c. 11. Nihil, inquit, incorporeum, & inuisibile naturā credendum, nisi solum Deum. Et cap. 12. Creatura omnis corporea est, Angeli, & omnes cœlestes virtutes corporee, licet non carne subsistant. Cassianus collatione septima capite 13. negat Angelos esse incorporeos, licet tenuiora dicat esse eorum corpora, quam nostra.

D. Gregor.

Gregorius etiam, dum in homilia de Epiphania Angelos animalia rationalia appellat, videtur etiam esse in eadem sententia. Athanasius etiam in libro de communi essentia, Angelum appellat animal rationale. Bernardus sermone 5. in Cantica affirmat Angelos habere corpora, eisque indigere, ut de loco ad locum transeant, nobisque subueniant. Vtrum verō eiusmodi corpora sint eis innata, ita ut Angeli animalia sint, at immortalia, corruptionique minimè obnoxia, an verō ea assumant, ac deponant, quando oportet, ait varios varia sentire, seque in ea re nihil habere certum. Et sermone 6. sequenti propendere videtur in eam partem, quæ dicit, eos esse corporeos. Id quod ex quinto de consideratione ad Eugenium clariùs constat. De Angelis namque sanctis ait, eos esse corpore aethereos, immortalitate perpetuos, impassibiles, sed factos, id est, gratia, non natura. Subiungit tamen: Quamquam de corporibus horum, non modo vnde sum, sed an aliquatenus sint, hæret sententia aliquorum. Vnde si quis inter opinabilia magis id ponendum censuerit, non contendo. Hæc Bernardus.

D. Athanas.

D. Bernard.

Rupertus quoque Abbas 1. de Trinitate cap. 11. & lib. 1. in Genes. c. 11. & lib. 1. de victoria verbi Dei c. 26. & 28. Angelos corporeos esse affirmat. Quamuis cap. 28. citato addat, non esse id adeo certum, quin oppositum possit probabiliter asseruari. Augustinus Eugubinus in illud Psalmi 103. Qui facis Angelos tuos spiritus: Platonici, inquit, & Christiani summa concordia fatentur demones aereos esse corpore, & habitatione. An autem id de Angelis dici possit, non facile nunc asseruerim. Videtur tamen tam in antecedentibus, quam in sequentibus affirmare, omnes Angelos esse corporeos.

Rupertus.

Eugubinus.

Caicetanus in illud ad Ephes. 2. Secundum principem potestatis aëris huius, ait: Crediderim ego demones esse spiritus aereos, & id consonare vera philosophia rationi. P. quemadmodum inuenitur vegetatiuum sine

corporeo, & sensitiuum sine secundum locum motiuo, & intellectuuum sine secundum locum motiuo: ita inueniatur secundum locum motiuum sine sensitiuum: quod est potestatis huiusmodi aereos spiritus constantes ex intellectuino & secundum locum motiuo: & est sermo de motu progressiuo absque sensitiuum. Sed hæc diffusioem exigētū tractatum, quam locum iste compatiatur. Verum appellatione aëris non intelligo elementum aëris, sed subtile corpus nostris sensibus ignotum, corpus simplex, ac incorruptibile, naturam moueri localiter ab anima ad omnes differentias positionis, absque repugnantia aliqua ex natura corporis: sicut corpus caeleste naturam est moueri circulariter in ea velocitate, qua sua anima mouetur. Hæc Caicet.

Quod plus ponderis habere videtur in confirmationem sententiæ tot Patrum ac Doctorum est, quod in Concilio Nicæno 2. à Patribus videtur approbata sententiæ, quæ dicit Angelos esse corporeos. Cū enim in eo Concilio de cultu & adoratione imaginum ageretur, actione 1. lectus est liber Iohannis Thessalonicensis Episcopi, in quo cum gentili quodam Philosopho disputans, inter alia dixit, quæ sequuntur. De Angelis, & Archangelis, & eorum potestatibus, quibus, & nostras animas adiungo, ipsa Catholica Ecclesia sic sentit: esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes & inuisibiles, ut vos gentiles dicitis: verum tenui corpore præditos, & aereos siue igneos, ut scriptum est. Qui facit Angelos suos spiritus & ministros eius ignem vrentem. Sic autem multos sanctorum Patrum sensisse cognouimus, quorū est Basilis cognomento Magnus, & beatus Athanasius, & Methodius, & qui stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus, & informabilis: intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ, & imitabiles picture existunt: quare etiam in loco existunt, & circumferentiam habent. Quamquam autem non sunt, ut nos, corporei, ut pote ex quatuor elementis, & crassa illa materia, nemo tamen vel Angelos, vel demones, vel animas dixerit incorporeas: multoties enim in proprio corpore visi sunt, sed ab illis, quibus Dominus oculos aperuit. Nos igitur eos, non ut Deum, sed ut creaturas intelligibiles & ministros Dei: non tamen verè incorporeos, pingimus, & colimus. Quod autem forma hominis pingantur, in causa est, quod in ea visi sunt, si quando ministerium Dei apud homines obierunt. Hæc ex libro illo. Cū autem his perlectis Tarasius Patriarcha dixisset: ostendit Pater, quod Angelos pingere oporteat, quando circumscripti possunt, & ut homines apparuerunt: Synodus respondit, Etiam Domine.

His non obstantibus, affirmandum est cum communi Scholasticorum sententia, Angelos incorporeos esse. Et quamuis contraria sententia, etiam post definitionem Concilij Lateranensis 2. quam subiciemus, non sit erroris condemnanda, certè non est fati tuta: sed temeritatis culpandos esse censo Caicetanum, & quotquot post eam definitionem illi sententiæ adhererunt, quicquid Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothecæ annotatione 8. dicat.

Nostra ergo, & communis Scholasticorum sententia, probatur primò. Quoniam in Concilio Lateranensi capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica in hunc modum definitum est. Vnum est vniuersorum principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis, vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus verò & demones alij à Deo quidem naturæ creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Hæc Concil. illud. Cū verò diuidat spiritualem creaturam in

Ioh. 7. loq. dicitur Cap. cil. Nicæno 2. latim.

Angeli et spiritum a se da fide.

corporeo

corporali, dicatque Angelicam esse spirituale, perspicue affirmat, Angelum non esse corporeum, sed esse spiritum, ut spiritus distinguitur contra corpus, & non ut spiritus dicitur etiam aer & ventus. Item cum nomine corporalis creaturæ exponat Concilium intelligi creaturam mundanam, manifestum est Patres Concilij intellexisse, Angelos neque aëreo, nec igneo, nec cœlesti corpore constare, ex quibus mundana corporeave creatura etiam coalescit. Præterea cum Concilium subiungat, *naturam humanam esse quasi communem, quia constituitur ex corpore & spiritu*: constat autem rationalem animum indiuisibilem ac incorporeum esse secundum suam substantiam, hoc est, expertem quantitatis ac dimensionis: alioquin nec esse posset penetratiue cum corpore humano in eodem loco, nec Concilium ipsum distinguere eum à corpore, dicens *naturam humanam esse constitutam ex spiritu & corpore*: euidenter colligitur, Concilium paulò ante locutum fuisse de spiritu, ut distinguitur à corpore, & à re corporea. Denique cum Concilium dicat, diabolum, & alios demones creatos fuisse à Deo natura bonos, & tam ipsum quam Scriptura sacra aperte innuunt pares eiusdemque rationis in naturalibus fuisse ante peccatum cum Angelis bonis: natura autè post peccatū fuerit eadem, quæ erat ante peccatum, ut Dionysius cæterique Theologi affirmant, luménque ipsum naturæ docet: ridicula sanè est illorū sententia qui affirmant, demones habere corpora aërea, & de Angelis bonis dubitāt an corpora habeant de eadē substantia.

Iouerius, & Miranda in summis Conciliorū, post verba Concilij Nicæni, quæ retulimus, subiungunt, *neque illam Concilij Nicæni, neque hanc Concilij Lateranensis fuisse definitionem Ecclesie, quod Angeli corporei, aut incorporei sint*: sed Patres Concilij Nicæni, supponentes tamquam veram sententiā Platoniorū, quæ tunc cōmuniō erat in Ecclesia, fuisse eo modo locutos: nec id intēdisse definire, sed solum imagines, etiam Angelorum, habendas venerandasque esse, atque ad eum finē depingendas: quod in eo Concilio controuertebatur. Patres verò Concilij Lateranensis, supponentes tamquam veram sententiā, quæ iam eo tempore communis erat & recepta, fuisse eo modo locutos, non intendentes tamen id definire, sed solum, *Deum esse principium vniuersorum tam visibilibus, quam inuisibilibus*. At certè Patres Concilij Lateranensis instar definiētū loquuntur, in fideique definitione illa inseruerunt tamquam illius partem: neque video, si id definire intēdisset, quibus aliis verbis, aut qua alia forma vti debuissent. Et saltem ingens est temeritas, ne amplius dicam, post eam approbationē illius opinionis, dum in eum modum definitio illa fidei lata est, à communi Scholasticorum sententiā discedere: tametsi ante expressiorem aliam Ecclesie definitionem non sit id tamquam error condemnandum. Quod ad Concilium Nicænum attinet, manifestum est, id non esse definitionē Ecclesie: tam enim tota ea actiōne quinta quam præcedentibus, & sexta sequenti, expenduntur sententiæ Patrum, vsus, & traditio perpetua Ecclesie, circa vsus & venerationē imaginum, & denique ea quæ inducere poterant ad definitionem conficiendam, & tandem actiōne septima confecta, editaque est definitio. Quare quæ ex eo libro Ioannis Thessalonicensis lecta expensaque in quadam parte illius quintæ actiōnis fuerunt, solum fuerunt discussio & consultatio quædam circa vnum ex iis, quæ eos inducere poterant ad definitionem conficiendam: Spiritus sanctus autem licet in Conciliis assistat, ut Ecclesia in suis defini-

tionibus non erret, non tamen, ut non erret in singulis, ex quibus ad definiendum ducitur.

Secundò probatur nostra sententia, quia in Scripturis sanctis nomine, *spiritus*, res incorporea ut plurimum intelligitur, iuxta illud Ioan. 4. *Spiritus est Deus*. Eccl. 12. *Reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum*. Ioann. 19. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Et inclinato capite tradidit spiritum*: in Scripturis autem sanctis Angeli spiritus nuncupantur, ut patet ex illo Psalmi 103. *Qui facit Angelos suos spiritus*. Et in Euangelio demon *spiritus immundus vocatur*. Et Lucas Act. cap. 23. pro eodem reputat Angelum, & spiritum, dum ait: *Sadducei dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum*. Pharisæi autem utraque confitentur, resurrectionem scilicet, & Angelum atque spiritum, quæ pro eodē accipiuntur: error quippe Sadducæorum inde ortum habuit, quòd non credebant esse res nisi corporeas, ideòque negabant Angelos esse, supponentes nomine Angelorum res incorporeas significari.

Tertiò probatur, quoniam cum Christus Luc. 8. spiritum immundum interrogaret: *Quod tibi nomen est, respondit, Legio*, additque Euangelista: *Quia intrauerant demonia multa in eum, & rogabant illum ne imperaret illi, ut in abyssum irent*. Legio autè demoniorum sex mille sexcentos sexaginta sex cōplectitur. Cum ergo si demonia corporea sint, sit prorsus incredibile vnum hominem tot posse capere: consequens profectò est, demonia corporea non esse.

Quartò, cum intellectus non sit actus corporis, neque in organo resideat corporeo, sanè si Angeli, qui intellectu præditi sunt, corporei essent, constarent corpore & animo spirituali, in quo solo resideret intellectus: non secus atque homo constat corpore & animo intellectuali, in quo residet intellectus: sed substantia intellectualis non vnitur corpori, nisi propter actum intelligendi, ut videlicet mediantibus viribus sentientibus ministrantur phantasmata, ac species ad intelligendum proportionate & accommodatæ: ergo si in Angelo datur intellectualis animus corpori vnitus, utique in Angelo erunt sensus, & per consequens complexio ad sensum necessaria, atque adeò Angelus poterit suapte natura corrumpi, indigebitque nutritione ac cibo, non secus ac cætera animalia: cum ergo hæc absurda sint, dicendum profectò erit, Angelos esse incorporeos. Confirmari potest hæc ratio, quoniam Angelus, neque ad intelligendum & volendum, neque ad motum ab vno loco in alium indiget corpore, neque designabitur aliqua alia operatio, ad quam corpore indigeat: ergo non est ei corpus collatum ab autore nature.

Quintò, si Angeli essent corporei, demones non possent moueri tanta celeritate, quanta compertum est eos moueri, & quantam innuit testimonium illud Iob 1. *Circuui terram & perambulauit eam*: neque possent mouere tanta celeritate, quanta compertum est eos mouere homines. Item Angeli mouetes cælum non possent esse penetratiue cum cælo: quare indigerent cavitatibus in cælo, in quibus residerent, & vnde mouerent orbis: cumque incredibile sit vnum Angelum ambire totam circumferentiam cæli, præsertim si Angeli sint corporei, sanè vel dicendum esset eos deferri cum orbibus in ipsis cavitatibus, vel dari intra cælos aliud corpus, ne cum cælo pertransit, Angelusque reliquit aliquid cavitatis, detur in ea spatium vacuum. Præterea cum communis sententiā sit Angelos in cælo fuisse creatos, indeque demones corruisse per peccatum, imò

id innuat apertè Scriptura sacræ trāsire nequiuissent per cælum, nisi vel cælum distrūperetur, vel interueniret miraculū: quæ omnia absurda sunt. Itē quoniam dæmones ante peccatum, & Angeli boni ante beatitudinem, nequiuissent esse in cælo, nisi essent in eo vacuitates repletæ corpore aliquo fluido, quod cederet Angelis cum de vno loco tranfire vellent in aliū. Postremò, si Angeli essent corporei, nō possent mouere orbis tanta celeritate, quanta eos mouent, & defatigarētur: quæ omnia cum absurda sint, dicendum est Angelos esse incorporeos: quod etiam affirmat Arist. 12. Metaph. tex. 49. aliisque in locis.

D. Dionysii
Areopagita
in hac esse
sententia.

Accedit, quòd hæc est aperta sententia Dionysij Areopagita, cuius autoritas, tum in aliis omnibus, tum præcipuè circa ea, quæ ad Angelos spectant, est maxima. Quarto namque capite de diuinis nominibus: *Deus*, inquit, *per se, ipsaq̄, essentia sua, iis que sunt omnibus pro eorum captu totius bonitatis radios emittit. His radiis scilicet ac influxu) consistunt omnes: & que ratione cernuntur (quasi dicat non sensu) & qua mente prædita sunt essentia, atque virtutes & actiones. Horum vi sunt, vitæque habent sempiternam, & qua immitti non potest, ab omni interitu, morte, materia, ortuque soluta ac libera, neque in eas cadit instabilis, fluxa, & que aliàs aliter fertur mutatio: ea denique, & ut corporea ac materia vacantes intelliguntur: & ut mentes præstanti modo intelligunt, &c. Et infra: Angeli ad Dei similitudinem, quoad eius fieri potest, expressi sunt, bonitatisque speciem præ se ferunt. Et rursus: Imago, inquit, Dei est Angelus, latentis lucis declaratio, speculum nitidum, perlucidissimum, integrum, incorporeum, non inquinatum (loquitur de bonis) quod recipit vniuersam, si fas est dictis figura diuina bonitatis pulchritudinē. Sanè si corporei essent, non quoad fieri posset, essent ad Dei similitudinem expressi, neque vniuersam figuræ diuinæ bonitatis pulchritudinē reciperent, quandoquidē magis Deo essent similes, si corpore carerent: nullūque negare potest per Dei omnipotentiam esse posse creaturas incorporeas præditas intellectu, quippe cum id nullam contradictionem inuoluat. Atque hoc est, quòd D. Thomas intendit ratione naturali, quā in corpore articuli cōfiscit, nēpe quòd cum creaturæ intellectuali nō repugnet, ut sit prorsus incorporea: eò quòd intellectus ex natura sua, actūque intelligendi minime à corpore pendeat, tamquā à subiecto: pulchritudo verò vniuersi postulet, ut ea natura, si esse possit, sit, ut in hoc vniuerso dentur omnes gradus, saltem in genere, qui esse possunt, concedendum est eam naturam esse in hoc vniuerso. Est verò solum ratio congruentiæ, quòd Deus id ita disposuerit. Capite præterea 7. de Angelis ait Dionysius: *Ab omni materia, multitudinēque (id est, partium cōpositione) & admixtione soluta ac libera mentes sine materia equaliter, &c. Item de cœlesti Hierarchia, cap. 1. & 2. ac aliàs sæpe docet Angelos esse materiæ expertes, corporèque & figura, solaque mente concipi ac videri posse.**

D. Gregor.
Nyssenus.

In eadem sententia sunt qui sequuntur. Gregorius Nyssenus in libro de oratione, in expositione illorum verborum, hæc voluntas tua: *Omnis, inquit, creatura rationalis partim in incorpoream, partim in corpoream naturam diuisa est. Est autem Angelica quidam incorporea, altera vero species nos sumus. Atque illa quidem incorporea cum sit, sola mente comprehenditur.*

D. Chrysof.

Chryostomus, cum aliàs sæpe, tum homil. 22. in Genesim, Angelum incorpoream spiritualēque esse naturam affirmat, ideòque concumbere, generatēque ex mulieribus nequiuisse.

D. Cyrillus.

Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 10. *Furoris, inquit, penis plenum est, Angelos qui natura incorporei sunt,*

A rudiori vii alimento putare: patet enim quia spiritus sunt, naturæque intellectus.

Gregorius 4. lib. Dialogorum, cap. 29. quo in loco D. Greg.

ex eo probat animas pati posse ab igne corporeo inferni, quia Angeli etiam, cum sint incorporei, ab eo discruciatū. Atque in persona Petri, quem respondentem introducit, subiungit: *Nemo sanè sapiēs Angelos esse incorporeos negabit.* Vnde ad locum ex homilia de Epiphania, supra pro contraria sententia relatum, responder D. Thomas quæstione sequenti artic. 1. ad secundum, Gregorium in eo loco metaphoricè appellare Angelum animal rationale, propter similitudinē rationis, quā cum homine habet.

B Ad illum ergo locum Genes. 6. à quo multi ducti sunt in eam sententiam, ut dicerent Angelos esse corporeos, dicendum est, duobus modis exponi.

Altero ita, ut nomine filiorū Dei intelligantur posteri Seth, qui erant iusti & sancti, atque ad eò Dei filij per adoptionem, nomine verò filiarum hominum, intelligantur filia de stirpe Cain, quæ erant pessima. Eaque de causa Seth cauerat, ne posteri sui contraherent matrimonia cum posteris Cain. Hoc modo exponunt eum locum Augustinus 15. de ciuitate Dei, cap. 23. q. 3. in Genesim. Chylostomus homil. 22. in Genesim. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum, Theodoretus, Gennadius, Albinus, Eucherius, Rupertus dum interpretatur eum locum, Cassianus collat. 8. cap. 23. & plerique alij.

C Altero modo exponitur, ita nimirum, ut nomine filiorum Dei, intelligantur filij iudicum, principum, ac potentum: nomine verò filiarum hominū intelligantur communes, plebeiaque mulieres, quasi per potentiam & tyrannidem filij potentum acceperint pro arbitratu mulieres, quacumque volebant, eisque abusi fuerint: affuevit autem sacra Scriptura retores ac potentes Deos appellare. Cum enim Deus à prouidendo & præuidēdo, ut in superioribus cum Dionysio, Clemente Alexandrino, Damasceno & aliis explicauimus, dictus sit, retores aut potentes, quorum est prouidere & præuidere ea, quæ ad reliquos spectant, dicuntur etiam Dij iuxta eius vocabuli significationem. Vnde Exodi 7. ait Dominus ad Moysen: *Eccc constitui te Deum Pharaonis*, id est, principatum ac imperiū super illum habentem, ratione eorum, quæ contra illum exerceat. Et cap. 22. *Dominus domus applicabitur ad Deos*, id est, ad iudices. Et rursus: *Dis non detrahes*, id est, maioribus ac rectoribus, quibus parere debes. Plal. 81. *Deus stetit in synagoga Deorum*, id est, rectorum ac potentum. Plal. 49. *Deus Deorum locus est*, id est, Deus qui creator est principum ac rectorum omnium. In ea denique significatione 2. ad Corinth. 4. Diabolus appellatur à Paulo, *Deus huius sæculi*, id est, princeps & rector malorum, iuxta illud ad Ephes. 6. *Ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi retores tenebrarū harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus.* Cum hac expositione cōsentiant Paraphrases Chaldaicæ, translatio Sanctis Pagnini, ac Symmachi. Vbi enim in editione vulgata habetur, *filij Dei*, Paraphrases transfert, *filij potentum*, Sanctes Pagninus, *filij iudicum*, & Symmachus, *filij potentum*, ut Hieronymus in quæstionibus Hebraicis paulò post initium refert.

Addere possumus tertiam expositionem eiusdem loci, ut nomine *filiorum Dei*, intelligantur iusti omnes, qui ea tempestate erāt in orbe, quasi sensus sit: *Iusti, filijque Dei per adoptionem, qui ea erāt tempestate, capri pulchritudine mulierum à iustitia deciderunt, adeoque adulteria, & alia flagitia, carnis præter*

praesertim, inundare ceperunt, vt de diluuij tempore Scriptura dicit: *omnis caro corruperat viam suam, dictumque sit ad Noë: Te vidi iustum coram me in generatione hac.* Cum autem natura tunc in suo robore perflueret, luxuriamque intemperantia circa cibum & potum committeretur, id in causa fuit, vt tunc proceriores, ac robustiores homines procrearentur, quam vsquam antea, aut post diluuium: tamen est negandum non sit, & ante illud saeculum, & post diluuium fuisse gigantes aliquos, vt Augustinus 15. de ciuitate Dei, cap. 3. & alij animaduertendum censuerunt.

In responsione ad tertium obserua quod D. Thomas ait, nempe: circumscribi terminis localibus esse proprium corporum: circumscribi vero terminis essentialibus esse commune omnibus creaturis, eod quod vnaquaque finita sit quoad latitudinem perfectionis essentialis. Solius vero Dei esse nullis terminis essentialibus circumscribi: eod quod infinita & illimitata sit perfectionis essentialis.

ARTICVLVS II.

Virum Angelus sit compositus ex materia & forma.



VONIAM inter eos, qui Angelos censent omnino esse incorporeos, non defuerunt, qui nihilominus arbitrarentur eos materia & forma constare, necesse fuit post decisionem quaestionis articuli praecedentis, hanc quoque excitare.

Sententia Auicbron.

Auicbron in libro fontis vitae asseruit, Angelos materia & forma constare, eorumque materiam esse eiusdem rationis ac speciei cum materia corporearum substantiarum. Ducebatur in eam opinionem, quoniam Angeli conueniunt in aliquo cum substantiis corporeis, & in aliquo ab eisdem differunt, arbitraturque differentiam non esse aliud, quam formam, id vero in quo conueniunt esse materiam eiusdem rationis in Angelis & substantiis corporeis: addebat tamen, a natura formae substantiarum corporearum resultare quantitatem in eam materiam, eaque de causa substantias illas esse corporeas, formam vero Angelorum non esse eius naturae, vt ab ea quantitas emanaret, & ideo Angelos esse incorporeos, esto materiam habeant eiusdem rationis cum materia corporum.

Angelus non constare materia.

Præter rationes D. Thomae hoc loco impugnari posset commentum hoc rationibus omnibus, quibus ostendi solet materiam caelorum non esse eiusdem rationis & speciei cum materia rerum inferiorum: omnes enim simili modo probant, in Angelis, suprae natura corruptionis expertibus, esse non posse materiam eiusdem speciei cum materia rerum sublanarium. Quia tamen, vt in tractatu de opere sex dierum dicemus, arbitramur materiam caelorum eiusdem rationis esse cum materia horum inferiorum, rationesque illas nihil valere, eas praetermittimus. Solum ergo addemus eas, quae sequuntur. Prima sit, in quo Angeli & substantiae corporeae conueniunt, est substantia genus supremum in praedamento substantiae: sed id non est materia, quia materia est ens incompletum, genus autem illud est completum: ergo ex conuenientia in aliquo vniuoco, Angelis cum corporibus communi, perperam colligitur materia eiusdem rationis quae Angelis & corporibus sit communis. Secunda, species omnes colorum habent genus ipsis commune, nempe colorem in commune, differuntque inter se: & tamen

A non constant materia & forma: ergo ex eo quod Angeli conueniant cum corporibus in aliquo vniuoco, differantque ab illis, non recte colligitur eos constare materia & forma: genus namque non est materia, sed habet se instar materiae, & differentia non est forma physica, sed habet se instar formae physicae, vt Aristoteles 8. Metaph. textu 9. est autor, quatenus videlicet genus contrahitur ac determinatur ad speciem per differentiam, non secus ac materia physica determinatur ad speciem per formam physicam: quare necesse non est, ea, quae genere & differentia constant, materia quoque & forma physicis constare: neque in his, quae materia & forma constant, genus est sola materia, aut desumitur a sola materia, sed a materia & forma simul, vt prima de generatione, cap. 4. copiose ostendimus.

B hoc loco cauetenda est etiam opinio Durandi in 2. dist. 3. q. 1. asserentis, nec Angelos, nec accidentia constare genere & differentia, sed sola composita ex materia & forma substantiali, quasi in iis solum genus & differentia intrinsece includantur, quae materia & forma substantiali constant. Ad genus namque & differentiam, quae partes sunt essentialis, non physicae, sed metaphysicae, satis est distinctio formalis diuersorum graduum in eadem re, partes physicas non habente, repletorum. Quae sane distinctio optimè esse potest in accidentibus, & in Angelis, reque ipsa est, quod Durandus loco citato non aduertit, & ideo inducere conatur opinionem, quae artem praedicatorum omnino destruit.

Opinio Durandi negat Angelos, & accidentia constare genere & differentia. Reuocatur.

C Diuus Bonauentura in 2. dist. 3. art. 1. q. 1. & 2. si attentè legatur, neque transuerso vngue distat ab opinione Auicbronis quam explicauimus: tamen non innitatur fundamento Auicbronis, sed mutabilitatis quae est in Angelo, ac aliis, quae poteris legere apud eum. Ait namque, non solum Angelos constare

D. Bonauenturae sententia asserentis Angelos materia constare improbat.

D materia & forma, sed etiam materiam Angelorum & corporum, si metaphysice simpliciterque consideretur, esse eiusdem prorsus rationis: a diuersitate vero formarum, quibus in Angelis & corporibus informatur, provenire quod in corporibus quantitatem habeat, diuidique possit, in Angelis vero minime. Quoniam vero opinio satis in se dura est & absurda, neque vlla erat necessitas (si in Angelis animae concedantur) quare illae materiae vniuerentur, cum ex se non minus concedenda sint subsistentes, quam nostrae, neque fuerit ea necessitas, eas vniendi corporibus quae erat in nostris, id quod sufficienter ostendit Angelos non constare anima & materia, & denique quoniam fundamenta D. Bonauenturae nullam continent difficultatem, superuacaneum duxi longiorem circa eam texere disputationem.

E Richardus in 2. dist. 3. art. 1. q. 2. & art. 2. q. 1. & 2. & Aureolus apud Capreolum in 2. dist. 3. q. 1. in argumentis contra primam conclusionem similiter asserunt Angelos, & esse incorporeos, & constare forma & materia, alterius tamen rationis a materia rerum corporearum. Fundamentum Richardi est, quoniam Angelus mouet seipsum quoad cognitionem & alias operationes, quare, inquit, admittenda est in eo pars quae moueatur, & sit potentia passiva, atque adeo admittenda est in eo materia, & rursus admittenda est in eo pars realiter distincta quae moueat & sit actus ac forma: eod quod ex Aristotele 7. & 8. Physicorum, idem non possit mouere seipsum. Hoc tamen argumentum, cui Richardus innititur, dissolutum fuit 8. Physicorum: intellectus enim Angelicus vna cum specie intelligibili concurrat efficienter ad intellectum, solus vero intellectus eam suscipit: vt autem, iuxta sensum Aristotelis eo loco, id non sit, idem

Richardus & Aureoli similes sententia reuocatur.

idem mouere seipsum, factis est quoddam aggregatum ex intellectu & specie distinguatur à solo intellectu tamquam includens ab incluso. Fundamenta Aureoli vide, si placet, apud Capreolum.

Circa responsionem ad secundum & tertium D. Thomae animaduerte, proprium esse materiae recipere formam substantialem: at verò commune esse omnibus substantiis creatis recipere accidentia: quò fit, vt nulla substantia creata sit actus purus eò quòd omnis suapte natura comparatur non solum ad esse existentiae, sed etiam ad alia accidentia, tamquam potentia ad actum. Adde, vt aliquid sit actus purus, necessarium esse, vt numquam sit in potentia, vt in actu exercito existat, sed semper suapte natura existat actu, quod nulli rei create potest conuenire. Eaque est causa, cur neque ipsummet esse existentiae creatum sit actus purus.

ARTICVLVS III.

Virum Angeli sint in aliquo magno numero.

DISPVATIO I.

Aristotele de numero Angelorum sententia resoluatur.

SENTENTIA Aristot. 12. Metaphys. textu 48. fuit numerum substantiarum separatarum, intelligentiarumve, quas Angelos appellamus, esse iuxta numerum caelestium motuum, nec plures, nec pauciores. Eo autem loco idem Aristoteles affirmat, motus caelestium corporum esse 47. ac proinde totidem solum esse intelligentias. Alij verò affirmant esse 55. motus, & alij pauciores.

Cum autem intelligentia, neque ad corpora caelestia, neque ad eorum motus tamquam ad finem suapte natura ordinentur, eò quòd sint longè excellentioris naturae, idque quod excellentioris est naturae nequaquam ad id quod minus perfectum est ordinatur, perspicuum est, ex numero corporum, aut motuum caelestium non sufficienter colligi numerum Angelorum. Danda tamen est venia hac in re Aristotelitum quòd finem illum excellentiorem, ad quem Angeli à Deo sunt conditi, ignorauerit, nempe visionem, amorem, ac fruitionem Dei clarè visi, & vt bonitas, sapientia, & potentia ipsius in eis splenderet: tum etià quòd ad inuestigandas lumine naturali substantias separatas, earumque numerum, non alia sit via, quam motuum caelestium. His accedit, cum Aristoteles Deum agere ex necessitate naturae fuerit arbitratus, sanè nisi iuxta numerum corporum caelestium, motuumque eorù illas constitueret, congeretur confiteri substantias separatas infinitas.

Angeli in magno quodam numero sunt.

Prætermissa ergo hac sententia, affirmandum est cum fide Catholica, Angelos in multo maiori quodam numero esse. Probatur ex illo Daniel. 7. *Milia milium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Apocal. 5. *Audiui vocem Angelorum multorum, & erat numerus eorù millia millium.* Matth. 26. *Exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum.* Iob 25. *Numquid est numerus militum eius?* In quem locum, conferens eum cum illo alio Danielis 7. citato, ait Gregorius 17. *Moralium, cap. 9. (alias 7.) Numerus supernorum ciuium infinitus est (id est, in longè quodam maiori numero) & definitus exprimitur (Danielis videlicet 7.) vt qui Deo est numerabilis esse hominibus innumerabilis demonstratur (iuxta testimonium videlicet Iob 25.) ibidemque dicit Anselmus in illud Apocal. 5. citatum. Dionysius 14. cap. caelestis Hierarchiae: Hoc etià, inquit, dignum est, mea quidem sententia, spiritali coadornatione, scripta diuina, cum singulorum numeris tradunt,*

A mille millia eorum esse dicere, & decies centena millia, quibus numeris maximos numeros, quos adhibemus, in se reflectunt & augent: atque his planè declarare caelestium naturarum, qui à nobis numerari non possunt, ordines. Multi enim sunt beati caelestium mentium exercitus, qui infirmum, & contractum numerorum corporum quibus vtimur, modum superant, & transeunt, atque scienter definiuntur à sola earum summa, caelestique intelligentia ac scientia, quae eis feliciter conceditur à diuina sapientium effectrice, quae vniuersarum rerum singulari modo, & principium est, & causa efficiens essentiae, & vis continens, & complectens determinatio. Quibus verbis docet planè idem, quod Gregorius & Anselmus ex ipso Dionysio affirmarunt, nempe, reflexione seu multiplicatione millenarij per millenarium, longè maiorem numerum, indefinitumque nobis significari: & præterea numerum Angelorum excedere longo interuallo numerum rerum omnium corporearum, tantumque esse, vt Deo quidem, & Angelis ipsis beatis sit cognitus, multum tamen superet estimationem nostram.

Conclusio D. Thomae hoc loco est, substantias immateriales excedere secundum multitudinè substantias materiales, ferè sine vlla cõparatione. Conueniunt verò Caietanus hoc loco, & Ferrariensis 2. contra gentes, cap. 92. non esse intelligendam, de substantiis materialibus quoad indiuidua, quasi Angeli secundum numerum excedant grana arenae, milij, tritici, ceteraque indiuidua aliarum rerum, quae actu sunt, fuerunt, & erunt: id enim incredibile esset: sed de substantiis materialibus quoad naturas specificas, vt innuere videtur D. Thomas artic. sequenti in responsione ad quartum, & inferius qu. 112. artic. 4. ad secundum, dum dicit: *Angelos excedere quoad multitudinè naturas rerum materialium: nomine namque naturarum, species, non verò indiuidua intelligi consueverunt.* Apertius autem se ipsum explicat 2. cõtra gentes, cap. 92. ratione quarta, & de potentia Dei quaest. 6. artic. 6. quibus in locis multitudinè Angelorù cum multitudinè specierum rerum materialium comparat.

Conclusionem probat D. Thomas: primò, autoritate Dionysij citata. Deinde verò hac ratione. Quia quantò aliqua sunt perfectiora in hoc vniuerso, tantò in maiori excessu sunt creata à Deo intendente perfectionem & pulchritudinè illius: sed sicut in corporibus attenditur excessus secundum multitudinè, ita in rebus incorporeis attendi debet secundum multitudinè: ergo sicut in corporibus, ex quibus constat hoc vniuersum, corpora incorruptibilia, quae sunt perfectiora, quasi sine vlla cõparatione excedunt quoad multitudinè corpora corruptibilia, quandoquidem tota sphaera corruptibilium est modicum quid cõparatione corporum caelestium: ita consonum est rationi, vt substantiae immateriales, omnium creaturarum nobilissimae, ferè sine cõparatione excedant secundum multitudinè substantias materiales.

Circa hanc rationem aduerte, vniuersum hoc, quod quasi domus, receptaculumque est ceterarum specierum, ex solis corporibus simplicibus tamquàm ex partibus integrantibus constare, vt initio librorum de caelo notauimus: reliquas verò species, vel esse tales, vt earum gratia mundus præcipuè conditus sit, vt sunt creaturae libero arbitrio praeditae, vel ad ornatum vniuersi, ministeriumque eiusmodi creaturarum pertinere. Vis ergo rationis D. Thomae est, quòd quemadmodum in partibus integrantibus hoc vniuersum, corpora incorruptibilia, quae sunt nobiliora & perfectiora, quasi sine cõparatione excedunt,

Angeli in magno numero sunt.

MOL
IN
D.

excedunt, quoad magnitudinem, corpora corruptibilia, quatuor videlicet elementa: sic etiam consonum sit rationi, ut inter reliquas species, illa, quae immateriales sunt, quaeque ceteras omnes nobilitate excedunt, quasi sine comparatione superent quoad multitudinem species materiales & corporeas. Et verò ratio solum probabilis, congruentiam ostendens, ut Deus sua libertate ac sapientia id ita constituerit ac fecerit. Ea autem ita explicata, cessant multae obiectiones, quae contra eam poterant cum Durando in 2. dist. 3. q. 4. adduci, ut de auro & gemmis, quae longè excellentiores sunt ferro & lapidibus, & tamè in minori quantitate sunt condita, &c.

Obiectio 3. Adhuc tamen contra eam eo modo explicatam obicit aliquis. Aquam esse nobiliorem terra, & tamen videri minorem terrâ, cum mare in cavitatibus quibusdam terrâ contineatur, vnaque cum terra efficiat vnam sphaerâ, ut in tractatu de opere sex dierum ostendemus. Item sol nobilior videtur quàm orbis Martis, & quàm ceteri superiores orbis: ergo ratio illa est nulla, etiâ si de solis corporibus simplicibus, ex quibus hoc vniuersum constat, intelligatur.

Solutio 1. Ad hæc argumenta licet possit dici D. Thomam non comparasse singula corpora simplicia inter se, sed totam sphaeram corporum incorruptibilem cum tota sphaera corporum corruptibilem, esto tamen propositio D. Thomæ intelligenda sit vniuersim de partibus omnibus, & singulis, ex quibus integratur hoc vniuersum, dicendum est, intelligendâ esse per se: per accidens verò, quando aliud postulat finis ad quem conditum est vniuersum, posse deficere, quantum finis ipse vniuersi postulat. Quare quia necesse fuit terram esse discooperatam aquis ad procreationem viuientium, quæ gignuntur super terram, ac proinde aquam contineri in cavitatibus terræ, inde per accidens est effectum, ut aqua esset minor, quàm terra: cum tamen longè maior esset futura, si, ut postulat ipsius natura, operiret totam terram, elementatam in eo situ & quantitate essent constituta, quæ natura cuiusque postulat. Quia etiam sol (qui præcipuam habet influentiam in hæc inferiora) non longè distare debebat ab his inferioribus, ut sua influentia potentius ea attingeret: inde etiam per accidens effectum est, ut contineretur intra alios orbis ipso ignobiliore, ac proinde esset minor illis.

Alia solutio. Aliter responderi possit ad eadem argumenta. Ad primum quidem, aquam, etiam in ea quantitate & situ, in quo ad finem vniuersi constituta est, esse maiorem terrâ, si attendatur, non solum ad aquas maris, lacuum, paludum, & fluuiorum, sed etiam ad ingentem illam aquam copiam, quæ in terra tamquam in spongia infusa per eiusdem meatus, & cauernas fluit, amplissimisque visceribus continetur.

Secunda. Ad secundum verò orbis, sole superiores, esse ipso nobiliores, ut D. Thomas, iuxta Aristotelem eo loco, affirmat 12. Metaph. textu 44. Consonat etiam Aristoteles 2. de celo textu 62. vbi primum mobile (quod credidit esse cælum stellarum) asseuerat esse omnium nobilissimum, & ob id vnicam tantum habere rationem.

DISPUTATIO II.

Vtrum Angeli sint in maiori numero, quàm homines qui sunt, fuerunt, & erunt.

Pars affirm. quæst. Pars, quæ affirmat, suaderi potest, quoniam Angeli custodes sunt ex infimo ordine, ut communiter dici consuevit: vnusquisque autem homo habet suum Angelum custodem, nec dicendum videtur, vnum & eundem Angelum successu temporis

A habere custodiam plurium hominum, quasi post vnus mortem suscipiat custodiam alterius: tum ne dicamus singulos Angelos perpetuè à principio vsque ad finem mundi esse in continua custodia: tum vel maximè, quoniam in die iudicij vnusquisque Angelus solum habebit curam congregandi ad resurrectionem cineres vnus dumtaxat hominis sibi in custodia traditi, illumque comitandi in iudicium. Adde, quòd esto admitteremus vnum Angelum custodire plures homines, adhuc super sunt octo alij chori beatorum angelorum, & demones omnes, qui videntur esse tertia pars angelorum, quos Deus creauit, iuxta illud Apocalyp. 12. de dracone, qui traxit secum tertiam partem stellarum: ergo Angeli in maiori numero sunt, quàm homines, qui sunt, fuerunt, & erunt.

B Pars verò, quæ negat, suaderi etiam potest, quoniam probabile est ex hominibus tot, ut minimum saluari, quot angeli ceciderunt, iuxta illud Psalms 109. *Impleuit ruinas.* Dixi, ut minimum, quoniam licet Bernardus sermone 68. in Cantica: Augustinus vel quibus alius, de diligendo Deo, qui aliis liber meditationum inscribitur, c. 3. & multi alij dicant, ex hominibus reparandas esse ruinas angelorum qui ceciderunt: Anselmus tamen 1. lib. Cur Deus homo c. 18. Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 1. & in Enchiridium, c. 28. & 29. Gregorius homilia 43. in Euangelia, & multi alij affirmant, multò plures ex hominibus saluari, quàm fuerint angeli qui corruerunt, ut q. 23. a. 7. dictum est: sed plures, quàm duæ partes, imò & quàm quadraginta, hominû damnantur, si cum malis Christianis, infideles omnes computes: cum ergo sola tertia pars angelorum ceciderit, fit ut pauciores angeli, quàm homines qui sunt, fuerunt, & erunt.

C Profectò argumenta hæc rem dubiam in vtramque partem efficiunt, in reque mihi incerta nihil definire audeo. Ad argumentum ergo partis quæ affirmat, responderi potest, nullum esse absurdum si vnus angelus multos homines successiue custodiât. Ad id verò, quod de die iudicij obicitur, dicendum est, angelos bonos solum esse collecturos cineres iustorum, damnatorum verò cineres colligēt demones. In tempore autem, quod antecedit sonitum tubæ, momentumque resurrectionis, vnus angelus, aut demon, minimo negotio colligere potest cineres multorum hominum, quantumuis sint valde dispersi. Præterea dicendum est non satis constare, an tertia pars angelorum ceciderit: locus enim ille Apocalyp. variis modis exponitur, ut q. 23. a. 7. dictum est.

D Ad argumentum verò partis quæ negat, dicendum est, locum illum Psalms 109. exponi posse de reparandis ruinis, non quidem Angelorum qui ceciderunt, sed hominum deficientium à fide, præsertimque Iudæorum in aduentu Christi ex gentibus, quæ ceciderunt. Aliæ etiam expositiones sunt eiusdem loci. Præterea non constare, quòd tertia pars angelorum corruerit, ut ex variis aliis expositionibus eiusdem loci quas q. 23. ex parte retulimus est manifestum.

Pars opposita.

Explicatio questionis difficultis & incerta. Solutio argum. partis affirm.

Solutio argum. partis negantis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli differant specie.

SENTENTIA D. Thomæ hoc loco, & alibi est Angelos ita inter se distingui specie, ut esse nequeant multi eiusdem speciei. Eius fundamentum est, quia existimatur

D. Thomæ sententia, cuiusque fundamentum.

sumat esse non posse in substantiis pluralitatem numericam, nisi per materiam signatam quantitate: quare cum in Angelis nec sit materia, ex qua constent, nec in quam recipiantur, eo quod sint substantiae subsistentes ac completae, colligit nullos duos Angelos esse posse eiusdem speciei infimae. Imò addit, quod esto haberent materiam quantitate non affectam, ut Auicebron, & D. Bonaventura asseruerunt, duo Angeli non possent esse eiusdem speciei, eo quod tunc principium distinctionis eorum non esset materia secundum diuisionem quantitatis (quae sola in substantiis efficit pluralitatem numericam sub eadem specie) sed secundum diuersitatem potentiariam materiae, quae efficit distinctionem specificam, ut constat in caelis qui ex parte materiae speciei distinguuntur inter se: à substantiis uero sublunariis genere subalterno distinguuntur propter diuersitatem materiae. Arbitratur D. Thomas non solum materiam horum inferiorum esse specie distinctam à materia caelorum, sed etiam materias diuersorum caelorum specie inter se distingui per habitudinem ad formas inseparabiles à materia speciei inter se distinctas, ut primo de caelo explicauimus. Certè si principia D. Thomae tum hoc loco, tum alibi, expendantur, quibus probat Angelos esse non posse eiusdem speciei, existimasse uideatur nulla ratione, etiam diuina potentia, posse esse eiusdem speciei, & in eo sensu eum intelligunt & interpretantur Caietanus, Scotus, & plerique alij. Alij ex sectatoribus D. Thomae uolunt, eum noluisse negare diuina potentia esse posse multos Angelos eiusdem speciei, sed solum iuxta principia Aristotelis, & iuxta id quod ordo uniuersi postulat, experimurque in alijs speciebus rerum, quae corruptioni obnoxiae non sunt.

Angeli plures esse possunt diuina uirtute sub eadem specie infima.

Quicquid autem sit de mente D. Thomae, sit prima conclusio in hoc articulo. Diuina potentia esse possunt Angeli multi eiusdem speciei infimae. Est communis ferè omnium, quam affirmant Alexander Alensis 2. p. q. 20. memb. 6. art. 1. D. Bonaventura in 2. d. 3. p. 2. distinctionis quaest. 1. Scotus q. 3. & 7. Durandus qu. 3. Ferrariensis 2. contra gentes, cap. 93. Capreolus in 2. dist. 3. q. 1. ad secundum Durandi contra quintam conclusionem, & plerique alij, tam ex sectatoribus D. Thomae, quam ex alijs. Probaturque potest primò, quia quod non implicat contradictionem, fieri potest diuina potentia: esse autem multos Angelos eiusdem speciei nullam inuoluit contradictionem. Quod namque ait D. Thomas, materiam signatam quantitate esse principium indiuiduationis, eamque solam esse in causa, quod substantiae multiplicentur numero, & idcirco dari pugnantia, si Angeli sint eiusdem speciei, impugnatum à nobis est 5. Metaph. ubi ostendimus, per differentias quasdam positivas, & reales, ultimòque incommunicabiles, quas Scotus haecceitates appellat, constitui ultimo indiuidua substantiarum, per easque contrahi naturas communes, reddique indiuiduas: porro eiusmodi differentias multiplicari in Angelis eiusdem speciei, nullam omnino inuoluit contradictionem.

Secundò ita conficio argumentationem: Ex eo Socrates non potest concipi uniuersaliter, nec esse quid uniuersale, quia constituitur per gradum quemdam de se incommunicabilem multis: sed si diuina potentia esse non possint multi Angeli eiusdem speciei, id quod iuxta hanc sententiam appellabitur in Angelis speciei infima, constituetur ultimò per gradum de se, diuina etiam potentia, incommunicabilem multis: ergo sicut Socrates ita est indiuiduum, ut nec sit uniuersale, nec possit concipi uniuersali-

ter, sic etiam illa species, ita erit indiuiduum, ut nec sit uniuersale, nec concipi possit uniuersaliter. Quod ergo autores huius sententiae appellant genus proximum multarum specierum Angelorum, erit speciei infimae, ac proinde dabuntur multi Angeli sub eadem specie infima, quod negant.

Tertiò, autores huius sententiae affirmant, species infimas Angelorum non reddi indiuiduas aliquo alio, sed seipsis, absque alio principio indiuiduationis, esse indiuiduas, fieri uero uniuersales per intellectum. Contra hoc in hunc modum conficio argumentationem. Quod seipso, & non propter aliquod principium indiuiduationis adiunctum, est indiuiduum, per se, & non per accidens, est singulare: quod autem per se est singulare, non potest fieri uniuersale, eo quod denudari nequeat à principio indiuiduationis: ergo quod autores huius sententiae appellant speciem infimam in Angelis, non est species, sed indiuiduum: cum ergo multa huiusmodi contineantur immediatè sub aliqua natura eis communi, ea uero non possit esse genus, sed species infima, eo quod, quae sub illa continentur, non differant specie, sed solo numero, efficitur sanè ut sub eadem specie infima Angelorum contineri possint multi Angeli solo numero inter se distincti.

Aduersus eandem sententiam pugnant tres Parisienses articuli. Nimirum octauus, cuius haec sunt uerba: *Dicere quod quia intelligentia non habent materiam, Deus non potest plures eiusdem speciei facere, error.* 96. qui sic habet: *Dicere quod Deus non potest multiplicare indiuidua sub una specie sine materia, error.* & 191. Quod forma non recipiant diuisionem nisi secundum materiam, error.

Verum aduersus nostram conclusionem obicit aliquis. Primò, quod Aristoteles 12. Metaph. textu 49. probat non esse plures numero primos motores, quoniam quae sunt numero, habent materiam, quia tamen caret primus motor: quare arbitratur omnes intelligentias inter se distingui specie, nec posse esse plures eiusdem speciei: unde sententia nostra pugnat cum Aristotele.

Secundò, indiuidua multiplicentur sub eadem specie propter conseruationem speciei, ex Aristotele 2. de anima cap. 4. text. 34. & 35. ergo quando ad conseruationem speciei satis est unum indiuiduum, ut sufficit in speciebus angelorum, non multiplicabuntur indiuidua.

Confirmatur haec ratio, quia in alijs speciebus rerum corruptionis expertium, ut in Sole, Luna, aliisque orbibus caelestibus, unum tantum est indiuiduum uniuscuiusque speciei, constans tota materia, quae forma talis speciei potest informari: ergo etiam in singulis speciebus angelorum erit unum tantum indiuiduum.

Ad primum tamen argumentum, quod contra nos positum est, dices: Mirum non esse, si ut Aristoteles circa numerum intelligentiarum errauit, ita quoque errauerit circa fundamentum illud, cui innititur, ut dicat non posse esse plures intelligentias eiusdem speciei. Nam cum existimauerit Deum agere ex necessitate naturae, si asseruisset, posse multiplicari intelligentias sub eadem specie, sanè, vel inuitus concessisset, Deum infinitas actu intelligentias produxisse, quia produxisset omnes, quae possent multiplicari, haec autem essent infinitae: id quod ne concederet, quaesiuisset uideatur effugium illud asseuerandi indiuidua non posse multiplicari, nisi per materiam, cui quadam ex parte suffragabatur experientia rerum, quae sub sensum cadunt. Autoritas uero Aristotelis, studiumque cum ipso confen-

consentiendi, videtur in eam rem adduxisse Diuum Thomam, vt eandem complecteretur sententiam, quam alioquin numquam asseruisset.

Ad 2. Ad secundum dicendum est, non illam solam esse rationem & causam finalem, cur multiplicentur indiuidua eiusdem speciei, sed, praeter eam, esse multas alias. Deus enim creare potuit multos angelos eiusdem speciei, vt illis communicaret suam beatitudinem, atque vt in eis omnibus notam faceret misericordiam & bonitatem suam: quemadmodum condidit multos homines, non tam propter conseruationem speciei, quam vt in multis sua misericordia & bonitas splenderet, splendente simul ipsius iustitia in aliis, quos propter ipsorum delicta punit.

Ad confirmationem dicendum est, propterea in illis speciebus esse vnum tantum indiuiduum, quia ad conseruationem speciei, & ad optimam constitutionem, finemque vniuersi, vnicum sufficiebat, non vero quod diuina potentia esse non possent plurima cuiusque illarum specierum. Vt enim condidit hunc mundum, & condere potuit multos alios huic perfimiles, qui constarent corporibus simplicibus eiusdem speciei infimae cum corporibus huius vniuersi.

An vero de facto sint plures angeli eiusdem speciei? Augustinus in Enchirid. cap. 58. Quid inter se distent, inquit, quatuor illa vocabula, quibus vniuersam ipsam caelestem societatem videtur Apostolus esse complexus, dicendo, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, dicant, qui possunt probare quod dicunt. Ego me ista ignorare confiteor. Et de Genesi ad literam lib. 12. cap. 29. Potest, inquit, fieri, vt etiam in spiritalibus (id est, non solum in caelis, de quibus proximè fuerat locutus) vel intellectualibus multos quosdam gradus quisque esse concedat, aut ipsos, si possit, ostendat, eosque distinctos iuxta aliquem prouentum magis vel minus illustrium reuelationum. Et paucis interiectis: Sed quot, & quanta singulorum generum sint differentia, vt in vnoquoque aliud alio gradatim superetur, ignorare me fateor. Et libro contra Priscillianistas ad Horosium cap. 11. Esse itaque sedes, dominationes, principatus, potestates in caelestibus apparatibus firmissime credo, & differre inter se aliquid, indubitata fide teneo. Sed, quod me contemnas, quem magnum putas esse Doctorem, quantum ista sint, & quid inter se differant, nescio. Nec ea (ane ignorancia periclitari me puto, sicuti inobedientia, si Domini praeccepta neglexero. Damascenus quoque 2. lib. fidei Orthodoxae ca. 3. Sine angeli, inquit, aequales secundum substantiam sint, siue abinuiam discrimen sortiti, nescimus: solus autem, qui fecit ipsos, Deus scit, huius omnia nouit.

Licet autem hac de re nihil sit certum, vt Augustinus & Damascenus dicunt, quia ex Scripturis sanctis nihil certi colligitur & rationibus naturalibus id sufficienter inuestigare non possumus, nihilominus multi Patres innuere videntur, omnes angelos esse eiusdem speciei. Et in primis idem Augustinus in Enchirid. cap. 29. sic scribit. Quia tota natura humana perierat, eo quod tota in protoplasto obnoxia fuerit peccato originali, oportuit hominem reparari: non vero fuisse eandem rationem necessitatis in angelis, eo quod non tota natura angelorum corruerit. Quo in loco sentire videtur, omnes angelos esse eiusdem speciei, indecensque reputat totam aliquam speciem intellectualem frustrari vltimo fine, ad quem condita est: quod tamen sequitur ex opinione asserendum nullos duos angelos esse eiusdem speciei. Deinde Gregorius Nyssenus in libr. de creatione hominis c. 18. affirmat, infinita angelorum millia consistere in eadem essentia: quibus verbis satis aperte docet, omnes angelos esse eiusdem speciei.

Molina in D. Thom.

A Gregorius item Nazianzenus in oratione in laudem virginittatis, Omnes, inquit, inter se miro iuncti concordia nexu, idem quisque sibi, natura est omnibus vna, vnaque mens, similique Dei rapiuntur amore. Athanasius in quaestionibus ad Antiochum, aut quicumque alius eorum autor: Sicut, inquit, angeli vnius speciei sunt, ita credimus de nostra natura. Et quaest. 8. sic loquitur: Substantia certe, vt hominum, sic & angelorum est vna. Vbi etiam addit Gregorium Nyssenum esse in eadem sententia. Basilius 3. lib. contra Eunomium: Angeli, inquit, omnes, vt appellationis vnius, sic eiusdem etiam sunt natura inter se. Et paulo post: Sicut inter angelos quidam officio, auctoritate, dignitate excedunt alios, & tamen omnes sunt eiusdem natura & essentia: ita Spiritus sanctus licet ordine originis sit tertius in gloriosissima Trinitate, est tamen eiusdem naturae cum Patre & Filio. Vnde post multa eo loco de inaequalitate angelorum, quoad officia, dignitatem, & auctoritatem subiungit. Quorsum haec oratio? Quod non omnino si quid ordine ac dignitate secundum, aut tertium est, id & naturam alteram habet. Nam Angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes Angeli natura sunt, & in dignitate quaedam diuersitates, in natura vero communitas est. Et stella stella praestat in gloria, & natura stellarum omnium vna est. Et mansiones multae apud Patrem, id est, dignitatum diuersitates, glorificationum vero vna natura est. Damascenus etiam in elementario (si tamen eius est opus) lib. 1. c. 7. scribit: Ea, quae sola indiuidua continent, species infimas vocari. Eiusmodi, inquit, sunt Angelus, equus, &c. Et Anselmus lib. 2. Cur Deus homo, c. 21. Omnes, inquit, Angeli sunt vnius naturae. Potest confirmari haec sententia, quoniam ex natura rei facilius soluetur amicitia inter eos, qui sunt eiusdem, quam diuersae naturae & speciei. Vnde Ecclesiast. 13. dicitur, Omne animal diligit sibi simile: cum ergo inter angelos beatos sit summa perfectissimisque amicitia & consensus, sit vt omnes angeli sint eiusdem speciei.

Sit nihilominus 2. conclusio in hoc articulo. Probabile est multos angelos de facto esse eiusdem speciei. Haec consonat testimoniis Patrum citatis, estque communior inter Doctores Scholasticos. Eam affirmant Alexander Alensis, D. Bonau. Scotus, Durandus, Marfilus, Gabriel, locis citatis, & plerique alij. Potestque confirmari, quia fieri potest vt sint multi angeli eiusdem speciei, vt ostensum est: cum ergo illos, sicut & homines, praecipue condiderit, vt eos sempiterna beatitudinis participes efficeret, incredibile sane est in tam ingenti angelorum multitudine nullos duos angelos effecisse eiusdem speciei, cum tamen ad eundem finem tam multos homines eiusdem speciei procrearet. Nec vllum reputo absurdum, quod angeli eiusdem speciei, non solum ad diuersos choros, sed etiam ad diuersas hierarchias pro diuersitate meritum pertineant, quibusdem pro libertate sui arbitrij melius, quam alijs, cooperantibus cum gratia Dei: quippe cum, sicut mereri, & demereri, ita intensius, & remissius poterint operari, in variisque operibus se exercere, quorum quaedam ex suo obiecto essent meliora, magisque meritoria, quam alia. Confirmari vero id potest, quoniam ex hominibus, qui eiusdem sunt speciei, quidam pro libertate sui arbitrij operantur magis strenue, quam alij: eaque de causa assumuntur ad altiore gradum gloriae, quam alij: ergo idem esse potuit in Angelis eiusdem speciei: D. Thomas tamen arbitrat, Angelos, quod perfectiores in naturalibus, & ad maiori conatu operatos fuisse, plusque meruisse, assumptisque esse ad altiore gradum gloriae: sed de hac re inferius.

Sacra cō- clusio. Multos an- gelos de facto esse eiusdem speciei val- de est proba- bile. Angeli eius- dem speciei ad diuersos choros, imò & hierar- chias perti- nere poterūt.

Z z Tertia

Angeli om- nes eiusdem esse speciei multi patres innuunt.

*Tertia conclusio.
Non omnes
Angeli eiusdem
speciei quam sit
probabile.*

Tertia conclusio. Probabile est, non omnes Angelos esse eiusdem infimae speciei. Probatur primo, quia inter demones quidam videntur superiores, & potentiores aliis: id autem non videtur aliunde provenire, quam ex eo, quod sunt impares in naturalibus, pertinentque proinde ad diuersas species: imparitas namque in naturalibus in iis, in quibus non prouenit ex varia complexione, qua forma vnitri potest materiae, vt accidit in rebus materialibus corruptioni obnoxii, non videtur posse esse sine distinctione specifica in essentialibus: praesertim in substantiis indiuisibilibus, quae omni Physica compositione carent, quales sunt Angeli. Secundo, auctore Dionysio, Angeli quod superiores & perfectiores sunt, eodem pauciores & vniuersaliores species ipsis congenitas intelligunt, vt inferius videbimus, esse autem innatum & commensuratum intelligere per pauciores, aut plures species, & per vniuersaliores aut minus vniuersales, non aliunde potest euenire, quam ex diuersitate essentiali ac specifica in natura: ergo Angeli creati non omnes sunt vnius speciei infimae. Tertio, supra omnes species substantiales creatas potest Deus in infinitum creare alias substantiales perfectiores, vt fert communis sententia Doctorum: potestque probari, quia id non inuoluit contradictionem: durum autem videtur admittere posse dari substantiam, quae non sit intellectualis, ac liberi arbitrij, ac proinde, quae non sit ad imaginem & similitudinem Dei, & tamen sit perfectior substantia intellectuali libero arbitrio praedita, & ad imaginem & similitudinem Dei condita: & cum substantia spiritualis ac intellectualis perfectior sit corporali, vtique species illae substantiales superiores omnibus creatis, spirituales ac intellectuales erunt, atque adeo erunt Angeli: quo fit, vt sub natura angelica plures species contineri possint, quam vna: cum ergo verisimile non sit, in tanta multitudine Angelorum ad diuersas Hierarchias & choros pertinentium, Deum non creasse multas species, praesertim cum sub natura angelica in comune possint in infinitum species multiplicari: concluditur, vt sub natura angelica sint multae species de facto creatae. His accedit, ad pulchritudinem, ornatum, & perfectionem patriae ac curiae caelestis expedire, vt sint multae species Angelorum, cum sub vna natura angelica esse possint.

*Ad patrum
testimonia
qua innuunt
Angelos omnes
esse eiusdem
speciei.*

Ad testimonia Sanctorum, quae pro parte contraria sunt citata, dicendum est. Vel nomine, *natura, substantia, ac speciei Angelicae*, intellexisse eos naturam & speciem subalternam, non vero infimam: vel certe, eos Patres fuisse illius sententiae, praesertim cum multi ex illis crederent Angelos esse corporeos: cum qua sententia plus cohaeret assertio dicens omnes Angelos esse vnius speciei infimae. Ex testimonio vero Augustini solum colligitur, ex nulla specie infima Angelorum tot corruisse, vt non remanserint aliqui, in quibus species illa non frustraretur beatitudine, ad quam fuit condita. Ex aliis autem Augustini testimoniis constat Augustinum & Damascenum dubitasse, plusque propendisse Augustinum in eam sententiam, vt diceret, sub natura angelica esse aliquas species infimas.

Circa responsionem ad primum obserua: differentiam esse aliam naturam a genere posse intelligi duobus modis. Vno ita, vt sit distinctus gradus essentialis superadditus generi, ab eoque formaliter distinctus. Altero ita, vt sit alia natura, a qua emanet alia potentia, & aliud opus vitae. Primo modo semper differentia est alia natura a genere: non vero secundo modo. Quando ergo ait Diuus Thomas hoc loco, differentiam non semper esse aliam naturam a

genere, intelligit secundo modo, & non primo. Quare vis solutionis D. Thomae haec est. Non quaecumque conueniunt in eadem natura secundo modo, hoc est, in ea re, a qua emanat eadem potentia & operatio vitae secundum speciem infimam, esse eiusdem speciei infimae: alioquin bruta omnia, vel saltem ea quae perfecta sunt, essent eiusdem speciei infimae, aut certe oporteret esse in eis aliam perfectionem formam, quam sensitiuam, a qua scilicet emanaret alia potentia, aliudque opus vitae perfectius, quam sit sensitiuum: vtrumque autem est aperte falsum.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli sint incorruptibiles.



ONCVLVSIO est: Angeli suapte natura sunt incorruptibiles. Probatur primo, quia res subsistens non aliter corrumpitur, quam per expulsionem, seu separationem formae a materia, aut per separationem partis integrantis a parte integrantis (si sit sermo de corruptione impropria, qua totum aliquid desinit esse per separationem partis integrantis, vt lignum per diuisionem sui in duas medietates) sed angeli neque materiam habent, neque partes integrantes, eodem quod sint formae simplices ac subsistentes: ergo corrumpi nequeunt suapte natura. Hanc rationem inuinit Genadius in libro de Ecclesiasticis dogmatibus ca. 13, in tertio tomo operum Augustini, dum inquit: *Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent, nec habent quo cadant, vt resurrectione egeant post ruinationem necessaria.* Secundo, id, quod habet rationem primi subiecti & primae potentiae, non potest corrumpi, etiam in ipsismet rebus corruptioni obnoxii, vt de materia prima constat: quod enim est primum subiectum, nequit produci de aliquo, ac proinde solum produci potest de nihilo & per creationem, & parique ratione potest desinere esse per annihilationem: cum nihil illius remanere possit: sed substantia Angeli est primum subiectum, & prima potentia in facto: ergo corrumpi nequit, neque aliter potest incipere esse, quam per creationem, aut desinere esse, quam per annihilationem Deo subtrahente influxum, quo ei esse de nihilo confert, eamque conseruat. Tertio, quod corrumpitur, corrumpitur in suum contrarium, aliquidque corrupti remanet: alioquin desinit illius esset annihilatio, & non corruptio: sed Angelo nihil est contrarium, neque est aliquid in eo, quod remanere possit ipso desinente: ergo Angelus suapte natura corrumpi nequit. Accedit in confirmationem huius conclusionis illud Dionysij 4. cap. de diuinis nominibus: *Intellectuales substantiae vitam habent sempiternam, & qua immutari non possunt, ab omni interitu, morte, materia, ortuque soluta ac libera.* Quaedam ex rationibus D. Thomae in hoc articulo breuitatis causa omitto: quoniam plus difficultatis in eis defendendis, quam vtilitatis & probabilitatis cerno. Caietanus tamen hoc loco, Ferrariensis 2. contra gentes, & alij eas conantur defendere.

F Nihilominus tamen impugnabit aliquis conclusionem haecenus probatam. In primis, opponendo illud 1. ad Timotheum 6. *Qui solus habet immortalitatem:* loquitur autem Paulus de Deo: ergo Angeli mortales sunt, atque adeo corrumpi possunt.

Deinde illud 6. Synodi in Epist. Sophronij, quae habetur actione 11. atque a Concilio. tamquam orthodoxa recepta est actio 13. *Intellectualia & immutabilia nullatenus quidem moriuntur, neque corrumpuntur.*

intra quod sensibilia desunt, atque pertranscunt: non tamen sunt immortalia per naturam, neque in essentiam incorruptibilem transcunt, sed gratiam eis largitus est, a corruptione ea, & a morte coercerem. Sic hominum anima permanent incorrupta, sic Angeli immortales perseverant, non naturam re. vera, sicut asserunt incorruptam, propriæ immortalitatem habentes essentiam, sed gratiam a Deo sortiti sunt, que immortalitatem largitur, & incorruptionem eis prouidet, sed non idcirco, quod hominum anima gratia Dei incorruptionem receperunt, qua omnibus creaturis naturaliter insidet, ideo & ante corpora eas fuisse suspicabimur. Hæc Sophronius ibi.

Tertia. Accedit illud Damasceni 2. lib. fidei orthodoxa ca. 3. Angelus est substantia per gratiam, non per naturam, immortalitatem consecuta. Atque illud Bernardi 5. de consideratione ad Eugenium ca. 4. ubi de Angelis beatis ait: Corpore aethereo, immortalitate perpetuo, impassibile, non creatos, sed factos, id est, gratia, non natura.

His tamen non obstantibus dicendum est, adeo certam esse conclusionem D. Thomæ, vt contrarium sit periculosum in fide. Ac in primis, quod Angeli, sicut & animæ rationales, & homines post diem iudicii, numquam sunt interituri, adeo certum est, vt contrarium sit error in fide: id quod affirmant Sophronius, Damascenus, & Bernardus in testimoniis relatis. Præterea præmium & supplicium, tam bonorum & malorum hominum, quam Angelorum, æternum erit: ergo Angeli, tam boni quam mali, durabunt in perpetuas æternitates. Consequencia est manifesta, & antecedens patet ex illo Matt. capit. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Et subiungitur: Ibi erit in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Iudas etiam in sua canonica: Angelos, inquit, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine referuauerunt. Luca cap. 20. Illi, qui digni habebuntur saculo illo, & resurrectione ex mortuis neque nubunt, neque ducunt uxores, neque ultra mori poterunt: æquales enim Angelis sunt. His plura alia Scripturæ testimonia addi possent, quæ tacitus prætereo.

Præterea, quod sit periculosum in fide asserere Angelos suapte natura esse corruptibiles, probatur. Quoniam in Concilio Lateranenſi 3. sub Leone 10. Scilicet sic est de anima rationali definitum: Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus: & aliqui temerè philosophantes (secundum saltem Philosophiam) verum esse asserant, sacro approbante Concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectualem mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hac in dubium vertentes. Cum illa non solum verè, & per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone Clementis Papa 1. in generali Viennenſi Concilio edito continetur: verum & immortalis, & pro corporum quibus insunditur multitudine singulariter multiplicabilis & multiplicata, & multiplicanda sit. Quod manifestè constat ex Euangelio, dum Dominus ait: Animam autem occidere non possunt. Et alibi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et etiam cum æterna poena, & æterna supplicia pro merito vite iudicandis reprobantur. Alias incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minime profuissent: nec resurrectio expectanda foret, &c. Caueat deinde Concilium, vt omnes Philosophiæ profectores teneantur hac de re veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro viribus docere, ac omni studio Philosophorum aduersantium argumenta (cum

Molina in D. Thom.

A omnia dissolui possint, gludere, atque enodare. Cum ergo Angelus excellentioris, perfectiorisque naturæ sit, quam homo, vt constat, tum ex illo Psal. 8. Minus est cum paulo minus ab Angelis, &c. (qui locus, cum Paulus ad Hebr. 2. eum intelligat, exponatque etiam de Christo, quem patet in donis gratuitis omnibus Angelis esse prælatum, intelligitur sanè quo ad naturam) tum etiam ex ea sententia 2. Petri 2. Angeli fortitudine & virtute cum sint maiores (quam homines scilicet) efficitur planè, vt periculosum in fide sit asserere, Angelos suapte natura esse corruptibiles. His accedit, quod Sophronius eodè modo asseruit Angelos, & animas rationales esse immortales.

B Ad testimonium ergo Pauli, quo pars contraria probari videtur, dicendum est: duplicem esse immortalitatem. Vnam perfectissimam, ac per essentiam, vt potè à nullo alio dependentem, nullique omnino variationi, etiam quoad accidentia, cuiusvis potentie comparatione, obnoxiam. Alteram, per quam aliquid dicitur immortale, quia per causas secundas suapte natura vitam amittere non potest: potest tamen eam amittere per subtractionem influxus Dei, à quo illam accipit. Est deinde hæc vita alicui corruptioni, si nō quoad substantiam, certè quoad accidentia subiecta, nō solum comparatione aliarum causarum secundarum, sed etiam comparatione proprii liberi arbitrii. Priori modo solus Deus est immortalis, atque de ea immortalitate locutus est Paulus eo testimonio. Posteriori verò modo Angeli, aut animæ rationales, sunt immortales. Vnde Ambrosius, lib. de fide ad Gratianum c. 2. testimonium illud Pauli enarrans, explicansque longè diuersam immortalitatem esse eam, quam Paulus eo loco soli Deo tribuit, ab ea, qua Angeli, animæque rationales dicuntur immortales, egregiè ait: Non sunt fragilia comparanda diuinis. Vna sola substantia diuinitatis est, que mori nescit. Vnde & Apostolus, cum sciret, & animas, & Angelos immortales, quod solus Deus immortalitatem habeat prædicauit. Na & anima moritur. Anima enim que peccat, ipsa morietur. Nec Angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in voluntate est creatoris. Et infra: Alia ergo immortalitas quod datur, alia qua sine capacitate mutabilitatis est semper. Hæc Ambrosius.

Ad primam obiectionem. Duplex immortalitatis genus.

Solus Deus immortalis quo sensu accipiendum.

C Ad autoritates Sophronij & Damasceni dicendum est. Locutos eos fuisse de immortalitate, de qua locutus est Paulus, dum animas & Angelos immortales esse negant per naturam. Vnde Damascenus in eodem capite subiungit, Immortalis Angelus est, non natura, sed gratia: nam omne quod cepit, & desinere suapte natura potest: solus enim Deus semper ens, magis autem & super semper: nam in tempore nequaquam est, sed super tempus, qui temporum est factor. Et infra de Angelis sic loquitur: Non indigent nuptiis, quando quidem non sunt mortales. Cum verò Sophronius & Damascenus affirmant, animas rationales, & Angelos per gratiam esse immortales, nomine gratia, neque donum aliquod supernaturalæ, neque qualitatem aliquam, qua à morte coercerentur, intelligunt, sed liberum, eaque ratione gratuitum Dei influxum, quo vt illis esse de nihilo contulit, ita eos perpetuo per illud in eodem esse conseruat.

D Demum ad testimonium Bernardi dicendum est, verba illa, non creatos, sed factos, id est, gratia non natura limitationem, ac explicationem esse verbi, impassibiles, quod proximè antecesserat: non verò etiam illorum verborum, immortalitate perpetuos. Quare solum voluit, Angelos beatos habere impassibilitatem per gratiam & dona supernaturalia illis collata, non verò immortalitatem.

Secunda, & tertia.

E Quarta. Verba illa, non creatos, sed factos, id est, gratia non natura limitationem, ac explicationem esse verbi, impassibiles, quod proximè antecesserat: non verò etiam illorum verborum, immortalitate perpetuos. Quare solum voluit, Angelos beatos habere impassibilitatem per gratiam & dona supernaturalia illis collata, non verò immortalitatem.

Angeli & anima quo sensu dicantur per gratiam immortales.

Quarta.

QVÆSTIO LI

De comparatione Angelorum
ad corpora.

ARTICVLVS I

Vtrum Angeli habeant corpora natura-
liter sibi vnita.

RIBVS quæstionibus sequentibus disputa-
tat D. Thomas de Angelis comparatione re-
rum corporearum. In hac quidem compa-
ratione corporum, & in duabus sequentibus com-
paratione loci, & motus localis. Quæ hoc articulo
notari potuissent, dicta sunt articulo i. quæstionis
precedentis.

ARTICVLVS II

Vtrum Angeli assumant corpora.

DISPVATIO I.

REICIT in primis D. Thomas senten-
tiam eorum, qui dicebant, Angelos non as-
sumere corpora: sed eas corporales An-
gelorum apparitiones, quæ in Scriptura narrantur,
fuisse solum per immutationem imaginationis, aut
etiam sensuum externorum factam in eis, quibus
sefe ostendebant, absque existentia alicuius corporis
à parte rei: non secus atque visiones Prophetarum
siebant solum per immutationem potentie cogno-
scentis Prophetæ, sine vlla existentia earum rerum,
quas prophæticè spiritu videbant. Hanc itaque sen-
tentiam merito reicit D. Thom. reiciuntque com-
muniter alij Doctores ac Patres: quoniam quæ per
immutationem solius potentie apparent, non con-
spiciuntur ab omnibus indifferenter qui præsentem
sunt: Angeli autem, qui Abrahamo sedenti in ostio
tabernaculi Genes. 18. se ostendisse narrantur, à tota
familia Abraham videbantur: à Lotque, & à toto
populo Sodomitarum conspecti sunt, vt capite se-
quenti narratur. Adde, quod sacre literæ inuunt
apertè habuisse corpora. Ait namque, lauisse pedes,
surrexisse, & de Abrahamo dicit, gradiebarur simul
cum eis deducens eos, & c. quibus familia in libro To-
bia de Raphaële Angelo narrantur.

Deinde responder D. Tho. ad quæstionem pro-
positam. Cùm Scriptura narret Angelos sæpè appa-
ruisse in figura corporali ac humana: Angeli autem
nec corpora sint, nec corporibus sint vniti: sicut for-
ma vnitur materiæ, & esto haberent corpora, non
tamen humana & qualia illa erant, in quibus appa-
ruerunt: consequens est, vt in corporibus, quorum
non erant formæ informantæ, apparuerint, atque
adeo vt assumant, ac deponant corpora.

D. Basilius in lib. de Spiritu sancto c. 16. & Ioan-
nes Thessalonicensis in Concilio Nicæno 2. actione
5. relatus, affirmare videntur, Angelos, dum apparèt
hominibus, non assumere corpora, sed in suis pro-
priis corporibus illis apparere, vt ex eorum testimo-
niis quæ præcedente quæst. art. i. retulimus est ma-
nifestum. Ait namque Basilius: *Ex propter & in loco
sunt, & sunt visibiles dum eis, qui digni sunt, apparent
in specie propriorum corporum.* Et Ioannes Thessaloni-
censis: *Multos, inquit, in proprio corpore visi sunt,
sed ab illis, quibus Dominus oculos aperuit.* Hanc eam-
dem sententiam non iudicauit Augustinus impro-

A babilem: 15. namque de Ciuitate Dei, c. 23. post illa,
quæ de incubis & succubis ex illo capite desumpta
quæstione præcedente art. 1. retulimus, subiungit:
*Non hic aliquid audeo temerè definire. vtrum aliqui spi-
ritus elemento aëreo corporati (nam hoc elementum, etiam
cum agitur stibello, sensu corporis, atque sentitur)
possint etiam hanc pati libidinem, vt quomodo possunt,
sentientibus feminis miscantur.* Et loquitur de cor-
pore aëreo proprio ipsis Angelis, non verò de nouo
assumpto, dubitatque, vtrum à feminis corporis
sensu possint sentiri: & 3. de Trinitate cap. 1. *Fateor,
inquit, excedere vires intentionis meæ, vtrum Angeli
mente spiritali sui corporis qualitate per hanc oculis
operantes, assumant ex inferioribus elementis corpulen-
tioribus, quod sibi coadaptatum, quasi aliquam vestem
mutent, vertant in qualibet species corporales, etiã ipsæ
veras, sicut aqua vera in vinum verum conuersa est à
Domino: an ipsa propria corpora sua transformet, vt
quod voluerint accommodata ad id quod agunt. Sed
quodlibet horum sit, ad præsentem quæstionem non per-
tinet.* Hæc Augustinus. Hæc tamen sententia tam-
quam omnino falsa est hodie reicienda. Tum quòd
Angeli corporei non sint: Tum etiam quoniã com-
munior Patrum eorum sententia, qui, vt iam art. 1.
quæstionis præcedentis demonstrauimus, Angelos
corporeos esse asseruerunt, affirmat corpora illa spi-
ritualia esse, nec vlla ratione sub sensum cadere: sed
Angelos in corporibus aliis de nouo assumpto ap-
parere.

Tertullianus in libr. de carne Christi paulò post
principium asseuerat, Angelos, qui Abrahamo &
Loth apparuerunt, eumque qui cum Iacob lucians
est, assumpsisse de nihilo corpora humana, in qui-
bus sefe videndos exhibuerunt, eaque vniuersè sibi
hypostaticè, non secus ac caro Christi Verbo diuino
hypostaticè fuit vnita: peracto autem illo ministe-
rio, corpora dimissa in nihilum euauisse. Idem re-
petit paulò inferius, addens Angelos nos nascendo,
vt Christum, assumpsisse carnem humanam, assump-
sisse tamen illam de nihilo: aut si de aliquo, potius
de terrestri corpore quàm de cœlesti. Hæc eadem
asserit libr. 3. aduersus Marcionem ante medium.
Quidam alij, quos Hieronymus in comment. in ca.
1. Aggæi colum. penult. & in præfat. in Malachiam,
suppresso nomine, refert, dixerunt: *Ioannem Bapti-
stam, Malachiam, & Aggæum fuisse Angelos in car-
ne assumpta.* Idem præfatione citata refert Hierony-
mus sensisse Origenem de Ioanne Baptista, & Ma-
lachia.

Hæc etiam sententia prorsus debet explodi, vt
potest tamquam contraria veritati, & communi Pa-
trum sententia. In primis namque Angelus non so-
lùm de nihilo, sed neque de præexistente materia
potest assumere corpus, & vnire illud sibi hyposta-
ticè, vt 3. parte, dum de incarnatione esset sermo,
ostendimus. Multi etiam arbitrantur, nec diuina
potentia fieri posse, vt aliena natura vnatur hypo-
statiè supposito creato, licet nos in contrariam sen-
tentiam loco citato propenderimus. Deinde opus
non erat, vt Angeli vnirent sibi hypostaticè corpus
in quo ad breue tempus hominibus apparerent: er-
go vnio illa non fuit hypostatica, sed qualem statim
exponemus, & qualem fuisse communis doctorum
sententia affirmat. Id verò, quod de Ioanne Bapti-
sta, Malachia, & Aggæo dicitur, videtur aper-
tè pugnare cum eis quæ Scripturæ sa-
cræ sonant: quare erroneum
id absque dubio cen-
seri debet.

Angeli assu-
munt corpo-
ra.

Opinio D.
Basiliij & a-
liorum iam
hodie nõ pro-
batur.

DISPUTATIO II.

Quid sit Angelus assumere corpora, cuiusque nature ea corpora sint, & num. Deus aliquando corpus similiter assumpserit.

Quid sit ab Angelo corpus assumi.

Reiectis erroribus disputatione precedente impugnatis, explicanda sunt tria illa, quae in titulo continentur. Quod ad primum attinet, dicitur cum D. Thoma hoc loco in responsione ad secundum, & cum communi Scholasticorum sententia in 2. dist. 8. Angelum assumere corpus, ut modo loquimur, nihil esse aliud, quam uniri illi, tanquam motorum mobili, in quo apparet, & representatur. Quod sit, ut intelligitur mouens certum non dicitur. Hic dicitur, ut Angelus, qui fauces & linguam asinae Balaam mouebat ad loquendum, non dicitur assumpsisse corpus, fauces, aut linguam illius: sed quod non intendit in illis praedicto modo apparere. Fit tertiò, ut neque demon, dum per serpente locutus est, & Euam deceptus, serpente assumpserit: neque ut Energumeni, qui a demone vexantur, & lamiae, aut alij, qui ab eodem deferuntur interdum de loco ad locum, dicantur assumi à demone: quia licet demon in illis corporibus aliquid operetur, non tamen in eis apparet, ita ut referant, sustineantque personam demonis: id quod tam ad eam assumptionem corporis, de quo modo loquimur, est necessarium. Dixi de qua modo loquimur: quoniam ut assumere est idem, quod arripere: aut etiam transferre, certè, & lingua asinae Balaam potest dici assumpta, hoc est, mota ad loquendum ab Angelo, & Energumeni, lamiae, & ceteris, qui interdum à demone de loco ad locum transferuntur, dici consecuerunt arripiti, aut assumpti à demone.

Quando ergo Angeli boni, aut mali se ostendunt in corpore aliquo, siue illud substantialiter sit diuersum ab eo, cuius similitudinem refert, ut quando de substantia aeris, aut alterius similis rei sumitur corpus, quod similitudinem habeat hominis, siue sit substantialiter illud idem corpus, quod apparet, ut si diabolus assumat verum cadaver, quod hominis mortui effigiem retineat, & nihilominus illud moueat, aut in eo loquatur, vel etià assumat corpus viuum, in quo sermonem faciat, seque ipsum manifestet, quasi corpus illud personam demonis sustineat: verè dicuntur assumere tale corpus, ut modo loquimur. Neque enim placet sententia Durandi in 2. dist. 8. quaest. 1. ex eo asserentis, corpus viuum non posse assumi ab Angelo, siue bono siue malo; quod tale corpus verè referat animal, cuius est corpus, & non Angelum. Ut namque Angelus appareat in corpore aliquo, non est necesse, ut corpus assumptum effigiem habeat Angeli: id enim nulla ratione fieri potest: sed sufficit, ut non propriam rationem corporis, quod exterius apparet, sustineat, sed Angeli, siue laecat eum, cuius personam sustinet, esse Angelum, ut euenire solet dum Angelus in corpore phantastico apparet: sic enim Raphael, qui apparuit Tobiae, non est cognitus quasi Angelus, quousque se ipsum manifestauit: siue id sit manifestum, vel Angelus ipse manifestet se esse, cuius personam corpus illud sustinet. Hac eadem ratione existimo; Angelum assumere posse corpus viuum hominis: neque enim ad id necesse est, ut intret substantiam animae rationalis, sed satis est, si moueat ad loquendum cor-

Molina in D. Thom.

pus, & manifestet seipsum esse, qui loquitur, & eius personam homo ille tunc gerat. Scorus & Gabriel in 2. dist. 8. addunt tanquam conditionem requisitam, ut Angelus corpus aliquod assumat, ut sit definitiue in eo corpore, hoc est, ut ita applicet suam substantiam ad corpus illud, & ad spacium quod corpus ipsum occupat, ut substantia Angeli extra illud spacium non existat. Eaque ratione volunt, Spiritum sanctum non assumpsisse corpus columbae, quae apparuit super Christum: sed quod, cum Spiritus sanctus sit vbique, non esset in illa definitiue. Puto tamen reuerentiam esse hanc sententiam. Primò, quoniam Christus verè assumpsit naturam humanam: cum tamen non fuerit in ea definitiue: ergo ut corpus dicatur assumptum, vel à Deo, vel ab Angelo, non est necesse, ut sit in ea definitiue. Secundò, quoniam ridiculum esset affirmare, quod si, dum Raphael in corpore assumpto erat praesens Tobiae, aliquid operaretur simul in loco distanti, infra sphaeram tamen in qua tota poterat collocare simul suam substantiam, desineret habere assumptum corpus, in quo adhuc apparebat & erat praesens Tobiae. Adde, quod Angeli, qui apparuerunt Loth, simul erant in corpore assumpto, & extra corpus assumptum percutiebant civitate Sodomitas, ac proinde non stant definitiue in corpore assumpto. Hac quod attinet ad primum eorum quae proposita sunt.

Quod verò attinet ad secundum, D. Thomas hoc loco, Durandus in 2. dist. 8. quaest. 1. & quidam alij affirmant, corpora assumpta, tam ab Angelis bonis, quam à malis, ferè esse de natura aëris, ad iunctis tamen partibus aliquibus terrestribus, aut etià aqueis, alicuius exhalationis, vaporis, aut nubis, ut Richardus eadem dist. art. 1. q. 3. & D. Bonaventura art. 2. qu. 2. Gabriel quaest. 1. & alij volunt: quod D. Thomas & Durandus non negant. Hac enim aëri permixta, ad faciliorem condensationem, figuram, & colorem, qui in eiusmodi corporibus assumptis apparet, conducunt: siue color ille verus sit, siue apparens dumtaxat, ex receptione lucis intra illud corpus, eo modo quo ex lucis receptione, certa quadam condensatione, aut permixtione terrestrium exhalationum, apparere solent varij colores in nubibus. Satis namque probabile existimo colores, qui in eiusmodi corporibus assumptis apparent, interdum esse veros, interdum verò solum apparentes ex luminis susceptione. Porro ex vario situ, condensatione, & permixtione aëris cum vaporibus, & exhalationibus, provenire potest effigies, & color capitis, oris, narium, dentium, palpebrarum, & ceterarum partium, ac membrorum, quae praè se ferat compositionem hominis, aut alterius animalis, vel cuiusvis alterius rei in corpore assumpto. Esse autem eiusmodi corpora assumpta de substantia aëris confirmat Durandus, quoniam experientia compertum est, eiusmodi corpora percussa ense, cessasse ensi, neque ullam passivam lationem: id autem eum natura aëris consentit, qui facile cedit, statimque per coniunctionem partium ad statum pristinum redigitur. A duertem tamen, licet eiusmodi corpora assumpta, neque caro sint, neque ossa habeant, interdum tamen non solum quoad colorem, carnis & ossium similitudinem habere, sed etiam quoad tactum, ut Caietanus 2. 2. quaestione 95. articulo tertio ait experientia esse compertum: id quod ex condensatione, permixtioneque maiori partium terrestrium provenire potest, demone, aut Angelo bono opponente simul suam vim ad motendum ac impediendum motum localem alterius corporis, ne penetret corpus assumptum.

Resoluitur.

Ut Angelus aut etià divina persona, dicatur corpus aliquod assumere, non est opus ut in eo sit definitiue.

Corpora ab Angelis assumpta, sunt naturae sint.

Color autem verus sit.

Corpora quae ab Angelis assumuntur non solum esse mixta perfecta.

Ex his omnibus constat, corpora ab Angelis assumpta non esse mixta habentia formam substantialem eorum corporum mixtorum, quorum similitudinem referunt. Nec enim tam facile possunt generari (imò, si sit sermo de corpore humano, aut de alterius animalis perfecti, non possent virtute daemonis, aut etiam Angeli boni, applicando actiua passivis fabricari: eò quòd necessarius sit concursus alterius animalis eiusdem speciei tamquam causae particularis) neque tam facile resoluerentur ac disparerent, quam facile constat evanescere, ex historia Raphaelis, Tobiae 12. Sunt verò, vt plurimum eiusmodi corpora mixta imperfecta, non solum quia consistat aëre condensato, sed etiam quia habere solent permixtos vapores & exhalationes: quae omnia facile dissoluntur & evanescent, redeuntque ad suam pristinam dispositionem. Haec de secundo.

D. Cyr. & quorundam aliorum sententia.

Deum nunquam assumptis corpus eo modo quo Angeli.

Quod attinet ad tertium, D. Cyprianus lib. 2. aduerlus Iudaeos cap. 5. in lib. aduerlus Praxeam. Gregorius Nazianzenus in tractatu de fide, & D. Hilarius 4. de Trinitate, putant, Deum in assumpto corpore visibilem apparuisse aliquando Patriarchis, Moyse, & Prophetis. Dicendum tamen est, Deum neque in veteri, neque in nouo testamento assumptis corpus eo modo, quo illud assumant Angeli. Etenim in veteri testamento, Angeli erant, qui in corporibus assumptis personam Dei gerebant; vt docent, ac probant egregie Dionysius 4. cap. caelestis hierarchiae, D. Hieronymus ad Galatas 3. Augustinus 3. de Trinitate capite vltimo, quod idem reperit lib. 4. capite vltimo. Et Gregorius in praefatione Moralium capite 1. constatque ex sacris literis, Quamuis enim Exodi capite 3. dicatur, Dominum apparuisse Moyse in flamma ignis de medio rubi, dixisque illi: *Ego sum Deus Abraham, &c.* Stephanus tamen Actorum capite 7. docet, fuisse Angelum qui personam Dei agens, cum Moysse loquebatur. Licet etiam Exodi capite 19. & 20. narretur, Dominum tradidisse legem Moyse: Paulus tamen ad Galatas capite 3. ait, *legem ordinatam fuisse per Angelos in manu mediatoris*, hoc est, Moyse, qui mediator erat inter Deum & populum. Et ad Hebraeos 2. de eadem lege ait: *Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, &c.* Idem ex ipsomet contextu Scripturae Genes. 22. ostendit egregie Augustinus 3. de Trinitate cap. vltimo, de apparitione illa, quando Deus Abrahamo praecipit immolationem proprii filij Isaac.

Corpora in quibus Spiritus sanctus visibiliter apparuit, nec in Spiritu sancto, nec ab Angelis fuerunt assumpta.

Quod ad apparitiones Dei in nouo testamento attinet, vt quando Spiritus sanctus apparuit super Christum in specie columbae, & in die Pentecostes super Apostolos in specie linguarum, dicendum est cum Augustino 2. de Trinitate capite 6. & libro 4. cap. vltimo, & epistola 102. corpora illa ministerio Angelorum formata fuisse, vt praesentiam Spiritus sancti representarent. Quia ergo non ab Spiritu sancto tamquam à causa particulari formata sunt ac mota, non dicuntur assumpta ab Spiritu sancto: tamen Spiritum sanctum praesentem representarent: neque item ab Angelis, quorum ministerio sunt formata, fuerunt assumpta: eò quòd non eorum personas, sed Spiritus sancti praesentem se ferebant.

Tandem quòd eiusmodi corpora vnita non fuerint Spiritui sancto hypostaticè ostendimus copiosè quaest. 43. artic. 7.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli in corporibus assumptis opera vitae exercent.



CONCLUSIO est. Angeli in corporibus assumptis non possunt exercere opera vitae: possunt tamen exercere in eis quaedam operibus vitae similia. Primum probatur, quia opus vitae est efficienter à principio vitae intrinseco rei, quae mutatur tali operatione vitali: sed Angelus non est intrinseco corpori inanimato, quod assumit, & in quo exercet operationes, nec efficit cum illo vnium per se: ergo operationes, quas Angelus exercet in corpore assumpto, non sunt vitales. Sicut enim motus baculi, licet fiat à viuente, non tamen est opus vitae, vt est opus manus: eò quòd hic fiat à principio intrinseco supposito, cuius pars quaedam est manus; ille verò alius fiat à supposito extrinseco baculo: ita motus, quo Angelus mouet corpus assumptum, licet sit à principio vitae, nempe ab Angelo, quia tamen non est à principio intrinseco supposito illius corporis, sed extrinseco, non est opus vitae.

Secundum probatur, quia Angeli possunt mouere membra corporis assumpti ad modum progressiui motus: ille tamen motus, neque erit opus vitae, cum sit ab extrinseco, & non à principio vitae intrinseco: neque erit propriè motus progressiuus, sed translaticè, & analogicè per similitudinem ad verum motum progressiuum, qui est opus vitae: quare metaphoricè sumitur gressus & ambulatio Angelorum, dum Genes. 18. dicitur: *Cum ergo surrexisset inde, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos.*

Præterea possunt Angeli formare sonos similes vocibus, & de facto formauerunt in corporibus assumptis: edere tamen illos sonos, nec est opus vitae, cum non fiat à principio vitae intrinseco corporibus assumptis, neque est propriè loqui, sed similitudinariè, ac metaphoricè. Atque in hoc sensu intelligendum est, Angelos fuisse locutos ad Abraham, Tobiam, beatam Virginem, &c. Vtrum autem Angeli indigent instrumento habente figuram linguae, labiorum, &c. ad formandos illos sonos similes veris vocibus, si quæras; Respondendum est negatiuè: ore namque & lingua aëre Balaam edidit Angelus huiusmodi sonum: cum tamen os aëri accommodatum non sit ad tales voces edendas. Præterea vox illa de caelo: *hic est filius meus dilectus*: ministerio Angelorum formata est sine ore & lingua: nouerunt namque optimè Angeli eo modo percutere aërem, vt absque ore & lingua sonus ille resulset.

Item possunt Angeli terere cibum in corporibus assumptis, & transmittere illum in partem interiori: quod faciebat Raphael dum comitabatur Tobiam, feceruntque Angeli quos Abraham Genes. 18. hospitio excepit: attamen illud neque erat opus vitae, propter rationem sapè redditam, neque erat verè comedere, vt constat ex illo Angeli Tobiae 12. *Cum essem vobiscum videbar quidem manducare & bibere, sed ego ipse inuisibilis & cibo vitor.* Comedere namque est motu animali maxillarum; linguae, & faucium terere, & transmittere cibum in eam partem, in qua natus sit conuerti in substantiam viuentis, quod pascitur, siue conuertatur, siue non. Quod dico, quia Christus verè comedit post resurrectionem, vt Augustinus 13. de Ciuitate Dei cap. 22. affirmat.

mat : non tamen conuertit cibum in suam substantiam, sed sine vlla concoctione, vllôque sui corporis motu, labi per intestina fecit, nulla parte illius in suam substantiam conuerfa, aut certe cibus ille resolutus in aëream, vel aliam similem substantiam, exhalauit, vt multis magis placeret. Angeli verò nec motu animali corporis assumpti terebant, & deglutiebant cibum, nec illum transmittabant in partem, in qua natus esset conuerti in substantiam eius viuentis, quod illum fumeret: quare solum similitudine quadam translaticid dicebantur comedere. Augustinus tamen epistola 49. qu. 1. & in lib. 13. de Ciuitate Dei cap. 22. innuere videtur, eos verè comedisse, esto non propter indigentiam: quamuis hoc posteriori loco addat, posse id in dubium vocari. Idem habetur lib. 3. de mirabilibus sacrae Scripturae ca. 14. tomo 3. operum Augustini: liber tamen ille non est Augustini: nec multum mirandum est, quod id senserit Augustinus, cum Angelos crederet esse corporeos, atque adeò animalia: Scorus in 2. dist. 8. qu. 1. aliunde motus est, vt affirmaret, Angelos in corporibus assumptis verè comedisse: nempe quia credit comestionem non esse operationem vitalem. At reuera autoritas illa Tobiae cap. 12. satis aperte innuit illum non esse veram comestionem. Idemque persuadet explicatio verè comestionis quam adiecit. Quare dicendum est cum Diuo Thoma hoc loco ad quintum illam non fuisse veram comestionem.

Sciti sententia reuocatur.

Angeli assumunt corpora non propter se, sed propter nos.

A loco sine definitione & mensura, quod ita propter immensitatem suae essentiae & substantiae, est in spacio, vt nullis finibus illius contineatur, sed vbique sit in toto spacio infinito, quod à centro vniuersi in omnem partem supra omnes orbis caelestes, vltra quam allequi possumus cogitando, protenditur, quod totum potest syncategorematicè replere corpore, hoc est, non tantum illius, quin maius in infinito: quod Deo conuenit, vt quaest. 8. ostendimus.

Porro duobus modis potest dici aliquid esse in loco definitiue iuxta modum explicatum. Vno actu, quia videlicet ita de facto est in tanto loco, vt non sit in maiori, siue eodem genere existendi in loco possit esse in maiori, siue non. Altero etiam potentia, quia videlicet, eodem genere existendi in loco, non potest esse in maiori. Si ergo sphaera spaciij, in quo Angelus aliquis possit esse simul sit vnus leuca: Angelus verò ille contrahat suam substantiam ad existendum solum in dimidio illius (quod inferius ostendetur efficere posse pro sua libertate) erit quidem Angelus ille in illa dimidia leuca definitiue priori modo, non verò posteriori.

Duobus modis dicitur aliquid esse in loco definitiue.

B Obserua deinde, Deum duobus modis dici esse in spacio. Vno, simpliciter: quo pacto sine vlla propria definitione ac mensura dicitur esse vbique. Alio modo replentiue, hoc est replendo illud corporibus: quo pacto solum est in eo spacio, quod replent corpora. Quia ergo modus hic, quo Deus in spacio rebusque creatis existit, mensura certa, certisque terminis concluditur, non quidem quoad quantitatem spaciij, in quo eo modo esse potest, sed in quo de facto est, posset concedi eo genere existendi esse definitiue in loco, iuxta priorem modum ex duobus explicatis; non verò iuxta posteriorem. Quamuis numquam absolute concedendum sit, nec asserendum, Deum esse in loco definitiue: sed cum addito & distinctione, nempe replendo locum, & quoad spacium quod de facto replet: non verò quoad illud, quod sua omnipotentia replere potest.

Deus vsq; in loco.

C Licet modus, quo corpus Christi sub speciebus sacramentalibus existit, rationeque earum, in spacio, quod ipsa occupant, suum peculiare nomē habeat, appelleturque existentia sacramentalis. Ac licet corpus Christi existere eo modo possit, non in tot hostiis, quin in pluribus, & non in tanta quantitate specierum, quin in maiori: quia tamen in quocumque temporis puncto, est in hostiis certis ac definitis, & in vnaquaque earum est sub certa quadam quantitate, atque adeò modus ille existendi terminum ac mensuram eo modo recipit: concedi etiam posset, in quocumque temporis puncto esse Christi corpus definitiue in hostiis consecratis, quae tunc sunt, & quoad singularem existentiam, quam in vnaquaque designata hostia habet, esse definitiue in quantitate illius hostiae: iuxta priorem sensum ex duobus explicatis, quibus aliquid dicitur esse alicubi definitiue: non verò secundum posteriorem. Numquam tamen sine distinctione concedendum est, corpus Christi in sacramento altaris existere definitiue, sed, loquendo simpliciter, solum est asserendum; ibi esse sacramentaliter: qui existendi modus supernaturalis, ac peculiaris est corpori Christi.

Esse corporis Christi in Eucharistia sacramento an sit esse definitiue.

D Esse in loco definitiue (sumptum communissimè, vt de eo haecenus locuti sumus) subdiuiditur, in esse in loco per commensurationem cum eo, ita scilicet, vt quanta est vera aut imaginaria quantitas loci, tanta sit locati, & è contrario, & in esse in loco definitiue, sumpto vocabulo pressè, prout ea so-

Subdiuisio.

QVÆSTIO LIJ.

De comparatione Angelorum ad loca.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angelus sit in loco.

DISPVATIO VNICA.

V T disputatio hæc dilucidior sit in quinque membra sequentia erit diuidenda.

MEMBRVM I.

De variis modis existendi in locis.

Esse in loco diuiditur in duo membra. Quid sit definitiue in loco esse. Esse in loco per commensurationem quid.

V M P T O loco latè, vt dicitur, non solum de superficie corporis continentis, sed etiam de spacio, siue illud corpore sit repletum, siue non, quo pacto qu. 8. artic. 1. disput. 3. ostendimus extra cælum esse infinitum spatium. Esse in loco latissimè sumptum, diuiditur in esse in loco definitiue, & in esse in loco sine vlla definitione ac mensura. Illud dicitur esse in loco definitiue, quod ita est in tanto finito loco, vt non sit in maiori. Illud verò dicitur esse in

F

hūm dicuntur definitiū esse in loco, quæ cū ita sint in tanto, vel tanto finito loco, vt non in maiori, eum eo tamen non commensurantur, sed sunt tota in toto, & tota in qualibet parte. Cū enim nomen diuini, iuxta propriam illius significationem, etiam priori membro diuidenti conueniat: eō quod illa, quæ commensurantur cum loco, extra illum non existant, eoque desinantur: ob nominum tamen penuriam, ad eorum differentiam, accommodatur etiam peculiariter ad significandum posterius membrum diuidens. Acque hæc est frequentior vsurpatio, quæ sumitur vocabulum illud esse in loco definitiū. Priori modo sunt in loco sola corpora, nec tamen omnia, comparatione cuiusque loci, in quo sunt: quippe cū corpus Christi comparatione eius spacij, quod species sacramentales occupant, non sit per commensurationem, sed sit totum in toto eo spacio, & totum in quolibet illius puncto. Posteriori verò sunt in loco substantiæ spirituales, & ratione earum eā, quæ in eis sunt vt in subiecto, atque etiam corpus Christi comparatione spacij quod species sacramentales occupant.

Mundi vniuersitas, seu sphaera, cuiusma quomodo sit in loco.

Esse in loco per commensurationem subdiuidi potest; in esse in loco circumscriptiue, & sine circumscriptiōne. Hoc posteriori modo sunt in loco vniuersum integrum, seu vltima sphaera. Licet enim commensurentur cum spacio, quod occupant, non tamen circumscribuntur loco: eō quod à nullo corpore ambiuntur, eaque de causa non sint in loco pro superficie corporis continentis. Priori verò modo sunt in loco reliqua corpora. Notarim tamen, quod cū ea, quæ vndique terminis eius spacij, in quo toto & singulis illius partibus sunt tota, definiuntur, quodammodo eisdem terminis circumscribantur & includantur, interdum sancti de iis, quæ prescunt in loco definitiue, vt de Angelis consueverunt dicere, ea circumscribi loco. Vnde Damascenus lib. i. fidei orthodoxæ cap. 17. de Angelo ait: *Non dicitur esse nusquam, sed alicubi intelligibiliter* (hoc est, non in loco reali, sed qui intellectu percipitur) *circumscribi.* Et infra: *Sola diuinitas nulla comprehensione contenta: Angelus enim & seculo circumscribitur (incipit enim esse) & intelligibili loco, ut diximus.*

MEMBRVM II

Quod substantia ipsa Angeli sit in loco, nec tamen sit in omni loco.

VIT quorundam opinio, vt Durandus in 1. dist. 37. parte 2. quæst. 1. refert, asserentium Angeli substantiā non esse in loco, sed dumtaxat illius operationem transeuntem: neque ratione illius substantiam Angeli dici esse in loco, nisi eo modo, quo causa immediata dicitur esse quodammodo in suo effectu, & mouens in moto.

Opinio asserentium angelis substantiam non esse in loco, sed solam ipsius operationem transeuntem. Aliorū sententia, qui nec illo quidem modo, angelos in loco esse dixerunt.

Non defuerunt quidam alij, vt D. Thomas eadem d. q. 3. art. 1. refert, qui affirmauerint, substantias separatas nullo modo esse in loco: eō quod arbitrati fuerint, nullam operationem transeuntem ab eis emanare, sed solū esse in eis operationes immanentes. Ducti etiam videntur ad hoc asserendum ex illis verbis Aristotelis 1. de celo ca. 9. textu 100. *Quapropter neque quæ illic sunt (extra cælum videlicet) nata sunt in loco esse, neque tempus ipsa facit sentire, neque ulla transmutatio vilius eorum est, quæ super extrema sunt latrone, sed inalterabilia & impassibilia, optimam habentia vitam, & per se sufficientissi-*

mam perseuerant toto euo.
Prima sententia non satis concinit cum Scripturis sacris. Posterior verò est error cum fide Catholica pugnant. Ex illo enim Apocal. 12. *Draco pugnat. & Angeli eius, & non valuerunt, nec locum inuentus est eorum amplius in celo, & ex multis alijs, quæ statim aduersus Durandi sententiam allegabimus, constat apertè Angelos esse in loco.* Præterea ex eisdem Scripturis constat, angelos multis apparuisse, multaque exterius fuisse operatos, & demones multorum corpora intrasse, indè que à Christo Domino, & sanctis Apostolis fuisse expulsos: ergo error est asserere eos nihil exterius agere, eaque ratione non esse in loco. Item error est negare animas sanctorum Patrum fuisse in limbo, & esse modò, non eas tantum, sed alias etiam multas in celo: cum ergo eadem sit ratio de Angelis beatis, dicendum est, eos esse in loco. Vnde articulus quidam Parisiensis, *Quod substantia, inquit, separata nusquam sint secundum substantiam, error, si intelligatur quod substantia non sit in loco.* Hac in re consentiunt nobis cum Philosophis. Aristoteles namque 1. de celo cap. 3. textu 22. *Vniuersi, inquit, qui Deos esse putant, tam Græci quam barbari, ipsum supremum locum Dijs tribuunt.* Et 4. Physicorum ca. 1. textu 1. *Omnes, inquit, quæ sunt, alicubi esse existimant: quod verò non est, nusquam est.* Ex quibus constat, hæc duo, est, & alicubi est, reciprocari apud Aristotelem. Tullius præterea libr. 1. Tusulanarum quæstionum: *Si ergo, inquit, apud inferos miseri non sunt, nec sunt quidem apud inferos vlli, vbi sunt ergo ijs, quos miseros dicis? aut quem locum incolunt? si enim sunt, nusquam esse non possunt.* Quando ergo Aristoteles 1. de celo textu 100. dixit: *Substantias separatas non esse aptas esse in loco: intellexit, circumscriptiue, seu per commensurationem cum loco; non verò eas nullibi, hoc est, in nulla parte spacij veri, aut imaginarij existere.* Quin potius ex illo testimonio Aristotelis colligitur contrarium: cum dicat ita eas esse ibi, vt non alibi. Eodem modo intelligendum est Boëtius dum in libro, an omne quod est, bonum sit, ait: *Communem animi conceptionem esse apud sapientes, incorporalia in loco non esse: circumscriptiue videlicet, aut per commensurationem cum loco; secus autem definitiue, aut sine ulla mensura ac definitione, quo pacto solus Deus est in loco.* Eodem modo sumit Augustinus esse in loco, dum lib. 83. quæstionum q. 20. ait, *Deus non alicubi est: quod enim alicubi est, continetur loco; quod continetur loco corpus est: Deus autem non est corpus.* Neque enim negat, Deum, quoad suam substantiam, præsentem esse omni loco, cum inferius subiungat: *Locus tamen Dei abusus dicitur templum Dei: non quod eo continentur, sed quod ei presens sit.* Et 7. de Ciuit. Dei ca. 30. etiam dicat, *Deus vbiq; totus nullis inclusus locis.* Eodem modo sumit esse in loco 8. super Genesim ad litteram cap. 20. & sequentibus, ac alijs sæpe, dum affirmat corporales quidam creaturas moueri à Deo per tempora & loca, spirituales verò per tempora, non verò per loca. Vnde cap. 2. de anima rationali ait: *Cui non facile occurrat, quod per locum non moueatur, quæ per loci spatia non distendatur? quidquid autem per loci spatia distenditur, corpus est, ac per hoc consequens est, si anima per locum moueri non poterit (commensurando videlicet se locis quæ pertransit) si corpus non esse credatur.* Consonat his omnibus Damascenus 2. libr. fidei Orthodoxæ capite tertio, dum de angelis ait: *Cum mentes sint, in intellectualibus locis sunt (hoc est, qui mente percipiuntur) non corporali modo circumscripti: Non enim corporaliter secundum naturam figurantur, neque irra sunt in illis magnitudinis interuallæ* (id est,

(id est, trina dimensio) sed intellectiualiter adsunt, & operantur ubicumque iussu fuerint, & non possunt secundum idem, hinc, & illic esse, & operari.

Durandi opinio affirmat angelum non esse in loco per sua operationem transiens.

Durandus loco citato in primis affirmat, Angelum non esse in loco per suam operationem. Tum quia prius est Angelum praesentem esse loco, quam in eo quiddam efficere: eo quod praesentia, conjunctioneque cum loco, sit conditio praerequisita ad agendum in eo immediate inmediate supposito, ut Aristoteles 7. Physicorum, & 1. de generatione affirmat, luménque ipsum naturae docet. Tum etiam quia quemadmodum, si à substantia corporea diuina potentia separaretur quantitas, & collocetur in alio subiecto, quantitas illa non potest esse ratio existendi in loco substantiae illi, à qua separata est: ita cum operatio Angeli transiens non sit in Angelo tamquam in subiecto, sed in re corporea, in quam Angelus agit, non potest esse ratio, cur Angelus existat in loco.

Vult etiam angelum esse in loco per praesentiam ordinis, & esse ubique.

Deinde verò inclinatur, & cum formidine asserit, Angelum esse in loco per praesentiam ordinis suae substantiae ad locum absque vllò situ in eo. Appellatur autem praesentiam ordinis habitudinem, quam Angelus ex eo habet ad locum, quod possit agere in eo immediate inmediate supposito. Quare, inquit, cum Angelus possit indifferenter agere immediate ubique: sit, ut sit ubique, imò, inquit, si essent plures mundi, esset ubique in illis omnibus: eo quod indifferenter possit agere immediate in singulis illorum partibus. Subiungit verò, longè aliter esse Deum ubique, quam sit Angelus: quippe cum Deus sit ubique replendo, & conferuando omnia loca, eaque, quae in eis sunt: Angelus verò minimè, sed per praesentiam ordinis tantum, ita scilicet, ut licet possit agere immediate in quacumque partem vniuersi, eaque de causa sit in omnibus simul per praesentiam suae substantiae: comparatione cuiusque earum, non tamen possit agere in omnibus, nec in multis simul, sed successiue; nec in qualibet earum, quemcumque effectum producere, sed certos & determinatos. Haec dilucidiora reddentur dicendis membro sequenti.

Angeli non esse ubique ostenditur.

Sententia haec, quatenus affirmat Angelum esse ubique per praesentiam suae substantiae, singularis est, & parum tuta in fide: iuxta eamque dicendum esset, Angelum non esse simpliciter definitiue in loco. Potest verò impugnari sequentibus Scripturae sacrae testimoniis: Apocal. 12. Draco pugnat, & angeli eius, & non valuerunt, nec locus inuentus est eorum amplius in caelo. Et prociectus est draco ille magnus & serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satan. Et inferiùs, Va terra, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam. Lucæ 10. Videbam Satanam quasi fulgur de caelo cadentem. Tobiae 8. Raphael Angelus apprehendit demonium, & reliquit illud in deserto superioris Aegypti. Iob 1. Circumui, inquit Satan, terram, & perambulauit eam. Ioan. 5. Angelus Domini descendebat secundum tempus in piscinam. Quod si Angelus sit ubique, sanè nec deserere locum, nec alligari alicui certo, & peculiari loco, nec moueri ad locum potest: quae omnia cum testimoniis Scripturae citatis, & cum plerisque aliis pugnant.

Immensitas sibi Deo conuenit.

Adde, quod immensitas soli Deo tribui solet tamquam quiddam ei proprium, iuxta illud Symboli Athanasij: Immensus Pater, immensus Filius, &c. immensitas namque infinitatem essentiae consequitur: si autem Angelus ubique esset, etiam non in tot mundis, quin in pluribus, si Deus eos crearet, esset sanè immensus. Praeterea in Scripturis sanctis, Deo tamquam ipsi proprium, tribuitur esse ubique. Iere.

Et ubique tacet et ergo ubique.

23. Coelum, & terram ego impleo. Sapientiae 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: quae duo testimonia cum habere sensum ostendimus quaestione 8. artic. 1. disputatione 1. Accedunt sanctorum Patrum testimonia. Damascenus enim, ut relinquam testimonia paulò ante & praecedente membro ex illo relata, libro 2. fidei orthodoxae capite 3. de Angelis sic loquitur. Circumscripsi sunt: cum sunt in caelo, in terra non sunt, & in terram à Deo missi, non remanent in caelo. Chrysostomus in commentariis Epistolae ad Hebraeos in illa verba capituli primi: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, &c. Discrimen constituit inter missionem Filij Dei, & Angelorum: quod Filius Dei de loco ad locum non pertransiuit, quando in mundum missus est: Angeli autem loca permittunt. Ambrosius etiam lib. 1. de Spiritu sancto cap. 10. docet Angelos mutare locum. Ex dictis hoc membro constat, Angelum esse in loco definitiue. Cum enim in priori illius parte ostensum sit, eum in loco esse: in posteriori verò non esse ubique: constat sanè eum habere modum definitiuum existendi in loco.

MEMBRVM III.

Diui Thomae, eorumque, qui illum sequuntur, sententia circa modum quo Angelus in loco existit.

D I V S Thomas hoc loco, & aliàs saepe asseruerat, Angelum esse in loco corporeo per applicationem suae virtutis ad locum, quocumque modo ea fiat: id quod hac ratione explicat. Corpus est in loco, quia applicatur loco secundum contactum suae dimensionis, ita videlicet, quod quantitas molis, quam habet, est illi ratio, cur sit in loco, applicata tamen per contactum quantitatum corporis ad locum: cum ergo in Angelo non sit quantitas molis, sed virtutis, qua videlicet potest efficienter attingere corpus: sit, inquit D. Thomas, ut Angelus sit in loco corporeo per applicationem suae virtutis ad locum quocumque modo eam faciat, seu, quod idem est, per suae virtutis contactum, quo locum attingit.

D. Tho. sententia.

Conueniunt Caietanus hoc loco, Capreolus in 2. distinctione 2. quaestione 1. & Ferrariensis 3. contra gentes cap. 68. cum Angelus libere applicet suam virtutem actiuam ad locum, in potestateque ipsius sit eam ad nullum locum applicare, eo ipso, quod subtrahat applicationem suae virtutis, fieri ut Angelus in rerum natura existat, & tamen nullibi existat: id quod apertissime docet Diuus Thomas in 1. distinct. 37. quaest. 3. art. 1. ad quartum his verbis: Non reputo inconueniens, quod Angelus sine loco possit esse, quando nullam operationem circa locum habet, nec est inconueniens, ut nusquam, vel in nullo loco esse dicatur: sicut etiam non est inconueniens, quod nullo colore coloratus esse dicatur.

Quomodo à Caiet., Capr. & Ferrari. exponatur.

Addit Caiet. hoc loco, si Deus sua omnipotente virtute ab aqua existente in vase separaret quantitatem, eo ipso futurum, ut aqua illa existeret quidem in rerum natura & tamen nullibi existeret: eo quod contactus, inquit, quantitatis sit ratio substantiae corporeae, ut sit in loco: & idcirco, sublata ab ea quantitate, necessarium sit, ut, esto in rerum natura sit, nullibi tamen existat. In eo autem euentu substantia illa denudata à quantitate erit, inquit Caietanus, indistans negatiue (id est, non distans) ab omni loco, nimirum quoniam à nullo

nullo distabit, ad nullum tamen locum habebit relationem præsentia: idemque dicit de Angelo subtrahente omnem applicationem suæ virtutis ad locum: idemque videntur dicturi Capreolus & Ferrariensis.

Obserua tamen primò, iuxta hæc sententiam, non quemadmodum in agentibus corporeis ante actionem necessaria est coniunctio agentis cum loco, in quo immediatè agendum est, tamquam conditio sine qua non erit actio: sic etiam in agentibus spiritalibus, de quorum numero est Angelus, similem coniunctionem necessariam esse ante actionem. Ratio est, quia cum substantia corporea sit in loco per contactum suæ quantitatis, semperque ipsius quantitas contingat aliquem determinatum locum, utique semper distat à quocumque alio loco, ac proinde, ut possit agere immediatè in loco distanti, necesse est transferatur ad illum, eique coniungatur, quousque sit ab eo indistans. Angelus verò, cum non sit in loco nisi per contactum suæ virtutis, quem potest subtrahere, eo ipso quod eum subtrahat, non manet in loco, manetque negatiuè indistans à quocumque loco, ut de mente horum Doctorum dictum est: & cum inter eum, & quemcumque locum sit sufficiens ordo, ac habitudo motoris ad mobile: poterit immediatè agere in quemcumque locum sine aliqua alia præsentia, coniunctione, aut approximatione, eo ipso quod ad aliud locum non habeat applicatam suam virtutem, ac proinde non sit in alio loco: si namque in alio loco esset, ad eumque applicatam haberet suam virtutem, tunc, ratio illius applicationis distaret per accidens ab hoc loco, neque posset immediatè in eum agere, nisi deserendo illum alium per subtractionem contactus suæ virtutis.

Obserua deinde, sicut priùs est substantiam corpoream esse in se ipsa, quam eandem esse in loco, & quam sit quantitas illius, & nihilominus priùs est quantitatem eius substantiæ tangere locum, & esse in loco, quam substantia, quæ ea afficitur, in loco sit beneficio illius: ita priùs esse Angelum esse in se ipso, quam sit actio illius, & quam ipse sit in loco: attamen iuxta horum Doctorum sententiam, priorem esse actionem, tactumve virtutis Angeli, quo attingit locum, quam angelum esse in loco, eò quod beneficio illius in loco sit.

Tertiò obserua, hoc esse discrimen inter existentiam substantiæ corporeæ, & existentiam angeli in loco. Quod id, quod substantia corporeæ est ratio, ut existat in loco, est in ipsamet substantia corporeæ: quantitas enim, quæ per suum contactum, est ratio substantiæ corporeæ, ut sit in loco, atque contactus ipse, est in substantia corporeæ tamquam in subiecto. At verò actio, & contactus, quo angelus attingit locum corporeum, quique illi est ratio, ut existat in loco, non est in angelo, sed in loco tamquam in subiecto: eò quod sit actio transiens, & non immanens.

Est & hoc aliud discrimen inter existentiam substantiæ corporeæ, & Angeli in loco. Quod substantia corporeæ ita est in loco ratione quantitatis, quæ est illi ratio essendi in loco, ut situm habeat in loco: Angelus verò ita est in loco ratione actionis & contactus, ut licet non sola actio & contactus sit in loco, sed etiam substantia Angeli ratione illius: nihilominus substantia Angeli non habeat situm in loco, sed sit in eo tamquam mouens in moto, & operans in operato, ratione tamen actionis, ut Capreolus, & Ferrariensis locis citatis tradunt, cum quibus in hæcenus dictis consentit ferè Caieta-

anus, tamen aliquantulum, ut videbimus, ab eis distat.

Conueniunt præterea hi tres autores in eo quod dicunt, non esse in substantia Angeli (etiam quando modo explicato est in loco) relationem aliquam præsentia substantialis, hoc est, præsentia ipsiusmet substantiæ Angeli ad locum, sed solam indistantiam negatiuè cum contactu per actionem, ratione cuius Angelus dicitur esse in loco tamquam mouens in moto, & operans in operato: idque, sine relatione præsentia ad locum, sufficere dicunt, ut Angelus quoad suam substantiam dicatur esse in loco. Argumentaturque Caietanus contra Scotum constituentem eiusmodi relationem præsentia substantiæ Angeli ad locum. Quia omnis relatio consequitur aliquod fundamentum, rationemve fundandi: sed nullum est fundamentum, nullave ratio fundandi, quam consequatur eiusmodi relatio: ergo admittenda non est ea relatio præsentia. Minorem probat latè Caietanus: ne verò sum molestus, probationes non referam.

Conatur præterea probare Caietanus hoc loco admittendam non esse in Angelis relationem coniunctionis, seu approximati, quæ antecedit actionem, quæ Angelus attingit locum: neque esse illam relationem præsentia substantiæ Angeli ad locum, quæ sit relatio æqualis comparationis inter Angelum & locum, sed satis esse, quæ de mente illius sufficere referemus. At verò Scotus ante actionem Angeli admittendam esse censet relationem præsentia per approximationem, quæ sit tamquam prærequisita conditio, sine qua Angelus non ager in loco immediatè immediatione suppositi. Hanc autem, addit, non esse aliam à relatione præsentia substantialis Angeli ad locum, de qua paulò ante dictum est: appellari verò præsentiam approximationis, quatenus per approximationem & applicationem substantiæ Angeli ad locum efficitur. Vnde non duas relationes præsentia, & simultatis inter substantiam Angeli & locum, sed vnam dumtaxat constituit.

Consequenter subiungendum est in quibus Capreolus, Caietanus, & Ferrariensis circa rem, de qua disputamus, differant. Capreolus loco citato ad argumenta contra primam conclusionem, nihil aliud ad actionem Angeli in locum prærequisitum exigit, quam indistantiam negatiuè Angeli à loco, iuxta sensum supra explicatum, cum ordine & habitudine motoris ad mobile inter Angelum & locum, remve in loco constitutam. Si enim, inquit, ante mundi, & loci creationem, Deus crearet duos Angelos, ut ipso, quod unus esset indistans ab alio negatiuè, & inter eos esset ordo & habitudo motoris & mobilis, unus posset agere in alium immediatè immediatione suppositi. Quare, inquit, ut unus, vel in alium, vel in locum agat immediatè, nulla ante actionem necessaria est, aut cernitur præsentia Angeli ad locum: nisi forte (inquit ad vltimam confirmationem Gregorij) ordo ille motoris ad mobile indistantis ab eo negatiuè præsentia ordinis nuncupetur: ille namque sola est quæ est ante actionem, & quæ ad actionem requiritur. In agentibus verò corporeis, subiungit ibidem, longè aliter rem se habere. Etenim in illis ante actionem necessitaria est approximatio, & præsentia substantiæ corporeæ ad locum per contactum quantitatis, & situm substantiæ corporeæ in loco beneficio eiusdem quantitatis, idque tamquam conditio ad actionem prærequisita. Addit Capreolus loco citato, præsertim ad argumenta Aureoli, Angelum esse in loco non solum per veram actionem transeuntem, sed etiam per omne id quod se habet instar actionis transeun-

transfentis in locum, aut in corpus extrinsecum. Huiusmodi in primis esse dicit præsentiam, quæ non est aliud quam nobilitatio & exornatio, quæ Angeli nobilitant & exornant cælum Empyreum. Hanc autem nobilitationem & exornationem affirmat non esse aliud, quam relationem inter Angelum & corpus significatam in modum actionis, & quam ordinem quemdam congruentiæ vnius ad aliud. Deinde eiusmodi dicit esse continentiam; ait namque superiora in entibus comparari ad inferiora tamquam actus ad potentiam, eaque de causa corpora vigorari coniunctione cum substantiis separatis, idque appellat continentiam, quæ substantiæ separata continent corpora. Porro vigorem illum dicit esse virtutem quamdam, quam corpora recipiunt ab Angelis, non in modum qualitatis realis, sed cuiusdam intentionis: eo pacto quo color est in aëre intentionaliter. Præterea eiusmodi esse dicit vnitionem: hanc autem non aliud esse affirmat, quam habitudinem corporis ad Angelum mobilis ad motorem, potentialis ad actuale, & exornati ac confortati ad exornans & confortans. Ducitur Capreolus, vt hæc asserat, quoniam Dicitur Thomas quodlibet. i. art. 4. docet, nomine operationis, quæ Angelus dicitur esse in loco, intelligendam esse, non solum motionem, sed quamcumque vnitionem, quæ Angelus sua virtute se vnuit corpori, præsidendo, vel continendo, vel quocumque alio modo. Et quoniam hoc loco docet, Angelum esse in loco per applicationem suæ virtutis ad locum quocumque modo.

Caietanus tres angeli status comparatione loci corporei distinguit, quibus nos quartum, iuxta illius mentem, addemus. Primus est, quando angelus omnino subtrahit applicationem suæ virtutis ad locum. Tunc enim ex sententia Caietani, nusquam est, estque negatiuè indistans à quocumque loco, atque in potentia remota ad operandum. Secundus est, quando iam est in potentia propinqua, præparata, immediata, sufficientique ad actionem omnibus exclusis impedimentis (vt verbis Caietani vtur) hoc est, vt ipse se explicat, quando simul cum potentia ad operandum, adest ex parte quidem substantiæ Angeli, negatiuè distantis ab aliquo certo loco: ex parte verò intellectus, cognitio practica operis à se in eo exercendi: ex parte deinde potentiæ executiue, expeditio ad tale opus, ita vt potentia nec detineatur, nec impediatur à virtute aliqua superiori, nec sit occupata in alio opere, & simul ex parte voluntatis sit electio prædictæ preparationis ad tale opus exercendum. Tertius status est, quando in actu operatur in eo loco. Attamen, inquit, operationum ad extra duo sunt genera: quadam enim operationes sunt, quæ exigunt continuatam actionem ad extra, vt mouere: quadam verò, quæ interpolata contenta sunt actione, vt præsidere, custodire, & alie similes. Vtrumque verò genus operationum Angelus in loco exercet. Quartus status angeli, quem de mente Caietani adiciimus, est, quando angelus distat per accidens ab aliquo certo loco: eò quòd per applicationem suæ virtutis in alio loco distanti sit.

Secundum statum angeli comparatione loci appellat Caietanus præsentiam ordinis Angeli ad locum, quam dicit positam esse in relatione proportionis agentis ad patiens, quando est in potentia propinqua sufficiente ad opus in sensu explicato: estque hæc præsentia apud Caietanus relatio inæqualis comparationis, sicut relatio agentis ad patiens.

A Hanc præsentiam ordinis affirmat ipse Caietanus prærequisitam esse, ac sufficere sine aliqua alia, vt Angelus in loco operetur.

Quando verò Angelus operatur iam ad extra, siue operatione exigente actionem cõtinuatam, siue exigente interpolatam, dicit esse inter Angelum & locum præsentiam actionis, quatenus Angelus iam per eam actionem efficitur præsens loco quoad suam substantiam absque aliquo situ: eaque ratione dicitur iam esse in loco, sicut mouens in moto, & operans in operato, vt dictum est.

B Has duas præsentias affirmat Caietanus sufficere, tum vt Angelus immediatè immediatione suppositi operetur in loco: tum etiam vt sit in loco neque aliquam aliam, aut substantiæ secundum se comparatione loci, aut approximationis esse admittendam. Porro relationem præsentia actionis Angeli ad locum vult esse inæqualis comparationis: eò quòd sit relatio mouentis ad motum, aut ea ipsa, quæ includitur in ratione formali actionis, aut alia similis. Addit, præsentiam ordinis non distingui à præsentia operationis sicut potentiam ab actu, sed sicut habitum ab actu. Rationem reddit, quoniam Angelus non dicitur habere præsentiam ordinis comparatione loci, eò quòd habeat potetiam ad operandum in loco quocumque modo, sed eò quòd eam habeat præparatam, & vltimò dispositam, vt, cum voluerit, operetur: ratio verò, seu conditio habitus est, vt cum voluerit in actum prodeat is, qui eo præditus est.

C Quòd si post hæc omnia interrogas Caietanus. Per quid ergo Angelus dicitur esse in loco, ex tua, D. Thomæque sententia? Respondet angelum per præsentiam ordinis, quæ ad operationem prærequisitur, esse incompletè & inchoatiuè in loco, per præsentiam verò operationis, siue sit, quæ actionem continuatam, siue quæ interpolatam exigat, esse completè & consummatè. Verum, quia Angelus esse vnium loco quocumque horum modorum, nempe siue per solam præsentiam ordinis, siue per operationem, quæ indiget actione continuata, siue quæ ea non indiget, vt sunt præsidere, custodire, &c. sufficit, vt angelus dicatur esse in loco: propterea, inquit Caietanus, dixit D. Thomas hoc loco, Angelum esse in loco per applicationem suæ virtutis ad locum quocumque modo. & quodlibet. i. art. 4. docuit, nomine operationis quæ angelus est in loco, intelligi, non solum motionem, sed quamcumque vnitionem, quæ angelus vnitur corpori præsidendo, continendo, aut quocumque alio modo.

D Illud hoc loco obserua, longè diuersam esse opinionem Caietani, quoad præsentiam ordinis, ab opinione Durandi membro præcedente impugnata. Caietanus namque appellat præsentiam ordinis, habitudinem, quam habet angelus ad locum, dum est in potentia propinqua, & præparata iam ad operandum, neque per illam dicit angelum esse completè in loco, sed incompletè & inchoatiuè, neque per eam dicit substantiam ipsam angeli esse in loco, sed esse solum negatiuè indistantem ab eo loco. Præterea cum potentia angeli non possit esse præparata illo modo ad operandum in omni loco, sed in aliquo certo & determinato, angelus ex sententia Caietani non est per illam præsentiam ordinis vbique, sed solum in loco certo & determinato. At verò Durandus nomine, præsentia ordinis, intelligit habitudinem, quam angelus ex eo habet ad locum, quòd possit absolutè, & non solum in potentia propinqua, iuxta eum modum, quem explicauit Caietanus, operari in loco immediatè immediatione suppositi.

Præterea

Discrimen inter opinionem Caiet. & Durand. quoad præsentiam ordinis.

Præterea per eam vult angelum absolute & complete esse in loco, per operationem verò solum dicit manifestare se nobis esse in eo loco in quo iam antea erat simpliciter & complete. Item Durandus affirmat angelum per eam potentiam posse indifferenter operari immediate inmediate suppositi in quemcumque locum, & ob id angelum esse vbique. Denique asseuerat non esse vbique solum per instantiam negatiuè à quocumque loco, sed per præsentiam & coniunctionem suæ substantiæ cum omni loco, quam dicit non amittere ex eo quòd operetur in vno tantum loco, esto loca alia multum distent à loco, in quo operatur.

Ferrariensis in quo à Capreolo & Caietano distent.

Ferrariensis loco citato in reliquis conuenit cum Capreolo: in hoc verò ab eo, & à Caietano distidet, quòd arbitratur: angelum non aliter esse in loco, quam per operationem transeuntem ac continuatam. Vnde affirmat, eo ipso, quòd desistit operari actu ad extra, continuareque actionem, desinere etiam esse in loco. Ad id verò, quòd D. Thomas hoc loco, & quodlib. illo 1. art. 4. docet, respondet, solum voluisse, vt angelus non tantum per motionem localem esset in loco, sed etiam per quamcumque aliam motionem ad extra, nempe influendo lumen aliquod in cælum empyreum, vel aliquid aliud in rem, in qua dicitur esse. Hæc de sententia D. Tho. & de variis modis quibus à sectatoribus ipsius solet exponi.

MEMBRUM IV.

Nonnulla, quæ aduersus sententiam D. Thomæ difficultatem faciunt.

Angelus autem non alius esse in rerum natura, & nullibi existere, implicat.

SENTENTIA hæc mihi numquam placuit. Multa namque in se continet dura, valdeque difficilia intellectu. Ac in primis illud non satis capit intellectus: angelum eo ipso quòd omnino subtrahit applicationem suæ virtutis ad locum, existere quidem in rerum natura, & tamen nullibi existere, nec in spatio corpore repleto, nec in spatio corpore non repleto. Item aqua eo ipso, quòd diuina virtute denudetur quantitate, existere in rerum natura, & nullibi existere, esseque negatiuè indistantem ab omni loco, vt affirmat hæc opinio. Si enim solum affirmaret, angelum, aut substantiam corpoream denudatam quantitate, nullibi existere circumscriptiuè, tamquam in loco physico pro superficie corporis continentis, non miraremur sanè: at quòd dicat nullibi existere, id est, in nulla parte spatij, tam corpore repleti, quam corpore non repleti, esseque negatiuè indistantem ab omni loco, id sanè est, quòd miramur, & quòd asseueramus non satis ab intellectu percipi, cum credamus id contradictionem implicare. Non enim intelligimus, quoniam pacto fieri possit, vt Deus producat Angelum, & nullibi, hoc est, in nulla parte spatij in quo, vel sit corpus, vel Deus possit producere corpus, illum producat, & quòd conseruet substantiam corpoream sine quantitate, & nullibi, hoc est, in nulla parte spatij illam conseruet. Contrarium certè sonant aperte testimonia illa Philosophorum, quæ in calce prioris partis membri 2. reuulimus. Deinde conficio argumentationem, vt probem substantiam aquæ, quæ erat in vase, manere in eodem spatio, esto Deus separaret ab ea quantitatem. Quoniam si Deus relinqnat eam suæ naturæ, continuo à forma substantiali illius resultabit noua quantitas in materiam, non secus atque in instanti generationis aquæ, à forma substantiali resultat quantitas: eò quòd, ex

sententia eorum, cum quibus disputamus, fiat resolutio vsque ad materiam primam: sed quantitas illa non resultabit in alio loco, quam in vase: si minus, dicant aduersarij vbi manet resultabit, reddantque rationem, quare potius in eo loco, quam in alio, quòd sanè numquam præstabit. Cum ergo non sit alia ratio quare quantitas illa resultet in vase, nisi quia substantia ibi mansit, & quantitas redundat in substantiam in loco, in quo est ipsa substantia: fit, vt substantia manserit in vase.

Deinde possumus argumentari aduersus sententiam horum Doctorum. Quoniam si substantia spirituales non essent in loco, nisi per suam operationem, applicationemve suæ virtutis ad locum, sequeretur Deum optimum maximum non esse, nisi vbi operaretur, id quòd concedunt Doctores cum quibus disputamus: inde verò sequeretur Deum non esse extra cælum: quòd licet hi Doctores concedat, contrarium tamen multis, satisque ni fallor efficacibus rationibus ostendimus q. 8. art. 1. disp. 3. Item si Deus ceteræque substantiæ spirituales non essent in loco, nisi per applicationem suæ virtutis ad locum, sequeretur Deum posse mutari, quòd cum fide Catholica pugnat. Consecutio probatur, quoniam dari potest diuina virtute vacuum, Deusque poterit se solo mouere lapidem per illud: quò dato, sequeretur Deum moueri, vt quæst. 8. disputatione citata perspicue deduximus: quandoquidem cum Deus intra spacium vacuum solum esset, vbi esset lapis, & lapis successiuè esset in alia atque alia parte eius spatij, Deus quoque similiter esset successiuè in alia atque alia parte eiusdem spatij, ac proinde mutaretur.

Illud deinde non satis capit intellectus, quomodo sola indistantia negatiua, sine præsentia & coniunctione illius cum spatio, sit sufficiens conditio ad agendum in illo immediate inmediate suppositi. Ex Aristotele namque 7. Phys. & 1. de generatione, vt actio immediate emanet ab agente, necessaria est præsentia & coniunctio agentis cum eo, in quo debet agere tamquam conditio ad id prærequisita, idque lumen ipsum naturale docet: eiusmodi autem præsentia, assistentia, & coniunctio, non est per solam indistantiam negatiuam, vt auctores ipsi, cum quibus disputamus, consentunt. Etenim sicut ex eorum sententia, angelus tunc non distat à quocumque loco: quia cum, ex eorumdem sententia, nullibi sit, à nullo loco potest distare, & idcirco affirmant, eum habere tunc indistantiam negatiuè, ita dicunt nulli loco, partive spatij, esse præsentem, coniunctum, aut assistentem: mirum autem est, quòd ab agente, neque præsentem, neque coniuncto, neque assistente alicui spatio, possit immediate inmediate suppositi fluere actio in spatio. Possumus etiam conficere argumentationem in hunc modum. Si per impossibile tale agens esset naturale, & non liberum, ita videlicet, vt ab eo emaneret actio ex necessitate naturæ, cum ab omni loco esset æquè negatiuè indistans, vel ageret in omnem locum immediate, atque ita esset vbique, quòd creaturæ repugnat, vel in nullum locum ageret, eò quòd non sit maior ratio quare, in vnum locum agat quam in alium, cum ab omnibus sit eodem modo indistans. Præterea mirabile est angelum, qui, iuxta auctores huius sententiæ, eo ipso, quòd ab hoc loco subtrahit suam actionem & influxum, sicut manet indistans negatiuè à loco distat ab hoc per vigintri mille leucas, sic etiam manet inconiunctus negatiuè cum eo, posse immediate in eo agere in eo instanti, in quo primò subtrahit suum influxum ab hoc alio loco.

Adde.

Adde, perinde Angelum, iuxta autores huius sententiae, esse indistantem negatiuè ab omni loco, ac esset indistans negatiuè si non existeret in rerum natura: quoad indistantiam quippe negatiuè nõ differunt, sed solum differunt, quia Angelus existens habet potentiam ad agendum existentem, Angelus uero non existens minimè: mirum est autem indistantiam negatiuè ab omni loco, qualis esset si Angelus non existeret, esse illi sufficientem conditionem, vt agere possit immediatè in quocumque loco uoluerit. Vide quæ diximus quaest. 8. art. 1. disp. 3. & 4.

Illud præterea non satis intellectus percipit, quam ratione per actionem corpoream ac transeuntem, quæ non est in Angelo, sed in loco tamquam in subiecto, substantia Angeli in se ipsa efficiatur magis coniuncta, præfens, & assistens loco, quam antea esset, ita uidelicet, vt non sola actio, sed substantia Angeli dicatur tunc de nouo esse secundum se ipsam in loco. Asserere namque substantiam Angeli esse tunc in loco nouo modo, sicut mouens in moto, & operans in operato, vt sectatores D. Thomæ affirmant, mentem non reddit quietam. Aut enim nomine eius existentia intelligunt existentiam agentis in passo, non quidem secundum se, sed secundum suum effectum, eo modo, quo dicemus, solem esse in effectu à se producto, eo modo quo causa dicitur latere in effectu tamquam in sua participatione. At hoc modo substantia Angeli non esset simpliciter in loco, sed sola actio & effectus illius in esset loco tamquam subiecto: substantia uero Angeli secundum quid, & cum addito ualde diminuentè diceretur esse in loco. Aut nomine existentia sicut mouentis in moto intelligunt existentiam, & coniunctionem substantia Angeli cum loco, quæ antecedit actionem, & ad eam tamquam conditio, sine qua non prærequiritur. At tunc falsum dicitur Angelum esse in loco per actionem: per aliquid enim prius transferretur & applicaretur substantia Angeli ad locum, coniungereturque cum eo, vt postea sequeretur actio. Quod si quippiam tertium intelligant, explicent illud, neque enim video, quid aliud esse possit. Adde quod cum agens corporeum agat etiam in locum actione transeunte, duobus modis, quoad suam substantiam esset in loco: vno circumscriptiuè, & altero sicut mouens in moto, & operans in operato. Adde etiam, quod, vt optime argumentabatur Durandus, sicut quantitas separata à substantia corporea, non potest illi esse ratio existendi in loco, ita neque actio Angeli transiens, quæ non est in ipso, sed in alio tamquam in subiecto, potest esse illi ratio existendi in loco. Præterea gratis Capreolus, & præsertim Caietanus, habitudinem Angeli ad locum quoad potentiam proximam ad agendum cum indistantia negatiuè, appellant præsentiam ordinis Angeli ad locum: neque enim video, qua ratione id præsentia sit nuncupandum. Deinde perperam Caietanus potentiam illam proximam, quam assignat, negat comparari ad actum, qui ab ea emanat, tamquam potentiam. Frustra etiam addit, comparari tamquam habitum. Adde, potentia illi deesse ad hæc imperium uoluntatis ad executionem, vt sit integra potentia ad operandum.

Illud etiam dubium facit circa opinionem D. Thomæ. Quid imprimant Angeli cælo Empyreo cuius ratione dicantur esse in eo tamquam in loco. Quid item producant demones, aut animæ damnatæ in inferno, vt ibi dicantur tamquam in loco residere. Præsertim cum ex D. Thomæ sententia, angeli nihil corporeum valeant producere, nisi mediante motu locali applicando actiua passiuæ, &

Molina in D. Thom.

A multò minus animæ damnatæ. Ea namque, quæ Capreolus fingit, ratione quorum Angeli sine actione transeunte, dicantur esse in loco, indigna sunt profectò, quæ impugnentur. Quod etiam Caietanus imaginatur de præsentia illa ordinis ante actionem, ratione cuius Angelus incompletè & inchoatiuè in loco existat, figmentum planè est, explicandumque illi esset, quam ratione per eam potentiam proximam substantia Angeli de nouo coniungatur loco, illique præfens efficiatur. Adde potentiam illam esse posse indifferenter ad agendum in diuersis locis, vt si Angelus illo modo sit paratus subuenire homini sibi in custodiam tradito, quocumque ille per suum arbitrium perrexerit, & ubi cumque suo præsidio indigerit, eoque actionis transeuntis genere, quod necessitas illius postulauerit: vt enim ille per suum arbitrium pergere potest ad distincta loca, ita potentia illa Angeli æquè ea loca respicit, nullumque determinat. Quare si per eam Angelus est in loco, simul erit in multis locis, quod Caietanus cum Diuo Thoma negat. Id etiam, quod Caietanus affirmat, Angelum uidelicet dum custodit, attenditve ad eum, quem custodit, paratus illi subuenire si indigerit auxilio, semper esse tamquam in loco, ubi custoditus existit, etiam quando Angelus interpellat actionem transeuntem, qua illi subuenit, falsum omnino videtur. Tum quia Angelus, dum est in cælo, attendit ad eum, qui ipsius tutela est commissus, paratus illi subuenire, quando opus erit: id quod satis innuit Christus Dominus illis uerbis Matth. 18. *Angeli eorum* (id est, qui illos custodiunt) *in caelis semper uident faciem Patris mei, qui in caelis est*: cum ergo, vt Caietanus ipse confitetur, Angelus non possit esse simul in cælo & in terra: fit, vt Angelus per hoc solum quod attendat ad custodiam, paratusque sit illi subuenire, non sit in loco, ubi custoditus ipse existit. Tum etiam, quia quando Angelus discontinuat actionem ad extra, nulla est illius actio ad extra: ergo tunc non est in loco per præsentiam actionis.

Contra opinionem Ferrariensis adscendentis Angelum non esse in loco nisi per ueram actionem transeuntem, militat dubium illud: Quid Angeli imprimant cælo Empyreo, quid demones, ac animæ damnatæ in inferno producant, à quo non satis se expediat Ferrariensis. Item, cum tam ingens multitudo Angelorum sit in cælo Empyreo, mirabile est à singulis singulos effectus in illud produci, vt per actionem ad extra in eo dicantur esse.

E Contra omnes tres autores simul pugnat, quod difficile, iuxta suam sententiam, explicabunt, quoniam pacto demones deferant animas damnatorum ad inferos: & quoniam pacto vnus demon expellat alium, aut angelus bonus angelum malum ab alio quo loco. Quo item pacto vnus Angelus alicubi alium detineat. Hac enim omnia ægrè admodum explicari possunt, si dicamus Angelos esse in loco per applicationem uirtutis actiua ad locum.

F Denique opinioni D. Thomæ aduersari uidentur frequentes articuli Parisienses 77. qui ita habet: *Dicere quod si esset aliqua substantia separata, quæ non moueret aliquo à corpore in hoc mundo, illa non clauderetur in uniuerso, error.* Et 204. in quo sic scribitur: *Dicere quod substantia separata sunt in loco per operationem, & quod possunt moueri ab extremo in extremum, nec in medium: quia possunt uelle operari in extremo aut extremis, neque in medio, error.*

Aa MEM

MEMBRUM V.

Autoris sententia.

His ergo omnibus opinionibus omiſſis, arbitramur, non alia via nos poſſe melius venire in cognitionem modi, quo ſubſtantie ſpirituales ſunt in loco, quam ex modo, quo ſubſtantie corporeæ in loco exiſtunt. In ſubſtantis autem corporeis, ſi rem diligenter expendamus, inuenimus: Eaſ in primis eſſe formaliter in loco per ſuam exiſtentiam, in loco, ſeu per ſuum vbi: non ſecus ac ſunt formaliter candida per ſuum candorem, & formaliter quantæ per ſuam quantitatem. Deinde inuenimus eaſ eſſe potiùs in loco hoc, quam in alio, quia ad hunc potiùs, quam ad aliud translatae ſunt, vel à ſua propria virtute mouente, vel ab aliqua extrinſeca, à qua impellantur: vel quia in hoc potiùs loco, quam in alio, productæ ſunt à cauſa ſua. Prætereà inuenimus eaſ eſſe in tanto vel tanto ſpatio, quia beneficio quantitatis habent ſuam ſubſtantiam extenſam ad tantum, vel tantum ſpatium. Quod ſi Deus per ſuam omnipotentiam auferret ab eis quantitatem, conſeruaſſetque partes earum vnam extra aliam, vt antea erant beneficio quantitatis (quod non implicare contradictionem oſtendimus ad prædicamentum quantitatis) manerent vtique in eodem loco ſeu ſpatio beneficio Dei ſupplentis, quoad eum effectum quantitatis cauſalitate, continentisque partes illas ſubſtantie cum diuiſione, atque exiſtentia vniùs extra aliam, vt antea erant.

Ad actionem neceſſaria eſt inter agens & patiens. Eſto enim inter duo corpora, vt inter ignem & aquam, nullum eſſet interiectum corpus, ſi tamen interiectum eſſet ſpatium vacuum, nequaquam poſſet vnum agere in aliud, vt Ariſtor. 2. de anima c. 7. text. 74. aperte docet. Idque non alia de cauſa, niſi quia non eſſent ſufficienter coniuncta & approximata, ſed mediaret inter vtique ſpatium, per quod (cum vacuum eſſet omnire, quæ in ſe ſuſcipere poſſet actionem) corpus vnum nulla ratione tranſmittere poſſet actionem in aliud, quod à ſe diſtaret. Quod ſi, vt ſi ante cæterarum rerum creationem creaffet Deus duo corpora, inter quæ mediaret ſpatium capax corporis, quod in eo diuina virtute produci poſſet, nulla inter ea poſſet eſſe actio: eò quòd diſtarent inter ſe, nec ſufficienter eſſent approximata & coniuncta. Eademque ratione, ſi creaffet duos Angelos, inter quos idem interiectum eſſet ſpatium, nullo etiam modo vnus poſſet agere in alium: eò quòd non eſſent ſufficienter coniuncti, & approximati, ſicut eſt ad actionem neceſſarium.

Bis ita prænotatis explicemus circa Angelos tria illa quæ circa corporeas ſubſtantias explicata ſunt. Quod ad primum attinet, dicendum eſt, ſubſtantiam Angeli eſſe formaliter in loco per exiſtentiam in loco, vt in loco, quod in Angelo reſultat ex collocatione ſubſtantie illius in tali, vel tali parte ſpaciij, non ſecus ac de ſubſtantia corporea explicatum eſt. Ad prædicamentum namque vbi oſtendimus, admittendam eſſe eiufmodi rationem formalem, realem, ac abſolutam, quæ ſit in mobili, vel in re conſtituta in loco, ſeu in ſpatio tamquam in ſubiecto, perinde ac motus ipſe localis eſt in mobili tamquam in ſubiecto, hancque eſſe terminum, qui acquiritur per motum localem, ex motùs ipſo locali euidenter conuinci, cum per illum terminus aliquis realis acquiratur, alioquin non eſſet mutatio realis, neque alius terminus poſſit acquiri, quam ea ratio formalis.

C Quod ad ſecundum attinet, dicendum eſt, Angelum eſſe potiùs in vno loco, quam in alio, quia ſua propria virtute mouente liberè tranſtulit ſuam ſubſtantiam ad eum potiùs locum quam ad alium: vel quia à virtute extrinſeca vehementiori (ſi ipſe reſiſtat) tranſlatus fuerit ad eum potiùs locum, quam ad alium, aut in eo detinetur: vel denique, quia in eo potiùs loco, quam in alio, à Deo optimo maximo productus eſt, neque inde adhuc eſt motus: non ſecus ac ex ſimilibus cauſis corpora ſunt potiùs in vno loco, quam in alio.

D Quod attinet ad tertium illud in primis cum communi Theologorum ſententia ponendum eſt. Sicut rationalis animus eſt totus in toto corpore humano, & totus in qualibet illius parte: ſic etiam quemlibet angelum habere certam ſphæram ſpaciij, maiorem vel minorem pro quæritate ſuæ perfectionis eſſentialis, cui toti poteſt applicare ſuam ſubſtantiam, ita vt verum ſit dicere, totus eſt in hoc ſpatio, & totus in qualibet illius parte: de qua re ſuſior ſermo erit art. ſequenti. Hoc poſito, dicendù eſt: Quæ admodum ſubſtantia corporea beneficio quantitatis, quæ partes illius extendit, eaq; ratione eſt in cauſa, vt vna pars illius ſit in vna parte ſpaciij, & alia in alia, naturaliſer dilataſur ad tantum vel tantum ſpatium: ita indiuiſibilis ſubſtantia cuiuſque angeli mediante vi, quæ ſe mouet ad imperium voluntatis, liberè ſe applicat modò maiori, modò minori ſpatio (intra maximum tamen, in quo poteſt eſſe ſimul) atque adeò ad imperium voluntatis quodamodò ſe dilatat, aut conſtringit ad maius vel ad minus ſpatium, non per

Subſtantis corporeis quaſi ratio exiſtendi in loco.

Locus pro ſpatio communis eſt rebus omnibus.

Quid ſit locus ſumnis eſt rebus pro ſpatio.

Locus pro ſpatio eſt cuius poteſtimum habetur ratio in motu locali.

Idem idem eſt cuius haſe ſermo eſt de coniunctione & approximatione, quæ

MOLLI
D

per operationem aliquam ad extra, sed per mutationem localem, quae in ipsomet angelo residet tamquam in subiecto. Itaque sicut rationalis animus, dum puer accrescit, non deferendo partes materiae, quas informabat, dilatur naturaliter ad informandas novas partes, quae de nouo disponuntur, eaque ratione informat maius corpus, quam antea informeretur: quando verò homo in senectute decreuit, deferendo novas partes, quasi constringitur, informatque minus corpus: ita angelus ad imperium voluntatis mediante vi, quam habet ad se mouendum, interdum manens in eodem spacio quasi se dilatat, existitque in nouis partibus spacij, intra latitudinem tamen maximi, in quo potest esse simul, interdum relinquendo quasdam partes spacij, quodammodo se constringit ad minus spacij: & interdum deferendo simul partes aliquas spacij, in quo erat, applicat se ad alias, atque ita mouetur localiter deferendo partes loci quas occupabat, & occupando de nouo partes spacij immediati: sicut etiam corpora eodem modo mouentur deferendo partes spacij, in quo antea erant, & occupando de nouo alias spacij immediati.

Quòd si quis petat, quanam sit vis illa, ac potentia in angelo, qua suam substantiam applicat modò ad maius, modò ad minus spacij. Respondeo, videri esse illam eandem vim, quam angelus habet, vt se ipsum moueat localiter discurrendo successiue per diuersa loca. Sicut enim angelus mediante sua facultate motiua applicat se modò huic spacio, & modò illi iuxta voluntatis imperium: sic etiam mediante eadem facultate interdum se applicat minori, interdum maiori spacio, intra limites illius, cui toti, pro quantitate suae maioris vel minoris perfectionis essentialis, se potest simul applicare. Applicatio ergo illa, quae in ipsomet angelo est tamquam in subiecto, est illi ratio vt existat in tanto, vel tanto spacio simul: non secus ac quantitas est ratio substantiae corporeae, vt existat simul in tanto vel tanto spacio.

Quòd attinet ad relationem praesentiae substantialis angeli ad locum, seu spacij, quam D. Thom. sectatores negant, non dubito eam admittendam esse cum Scoto, eandemque praerquiri ad actionem. Prius namque est angelum praesentem, instantemque positiue esse spacio, hoc est, illi coniunctum, quoad suam substantiam, quam in eo operari. Eiusmodi autem relatio coniuncti ad coniunctum est relatio praesentiae. Haec eadem relatio, quatenus ex approximatione resultat, appellari etiam potest praesentia approximationis, vt Scotus dicebat, hoc est, praesentia substantialis ex approximatione & applicatione substantiae angeli ad locum resultans ad effecta.

Ad id verò, quod Caic. obieciebat, nempe nec dari fundamentum, nec rationem fundandi illius, dicendum est: Fundamentum huius relationis esse ipsam substantiam angelicam, quae formaliter ab ea denominatur praesens. Rationem verò fundandi esse applicationem substantiae angeli ad spacij, vel per motum localem, quò à se, aut ab alia virtute extrinseca ab alio spacio in illud transfertur, vel per productionem, qua à Deo producitur potiùs in eo spacio, quam in alio. Motus autem localis, cum non sit ad relationem, ad quam per se nullus est motus, ad verum vbi terminatur. Inde verò ulterius emergit relatio praesentiae ad spacij. Etenim quia angelus existit in loco, est illi praesens. In Deo autem, quia nulla ratione mutari valet, non constituimus vbi, per quod prius sit in spacio, sed solam relationem praesentiae.

Molina in D. Thom.

A sentiae ad omne spacij, & ad omne corpus, quae in in eo est relatio rationis, & comparatione spacij ex natura rei consequitur immensitatem diuinam essentiali, à qua Deus habet, vt sit praesens omni ac infinito spacio: comparatione verò corporum, ceterarumque rerum creaturarum, consequitur tamquam proximam rationem fundandi productionem, qua res creatae producuntur, eo enim ipso, quòd producuntur, Deus, qui toti infinito spacio praesens est, illis etiam est praesens. Vide quae diximus quaestione 8. art. 1. disputatione 4.

B Ex dictis tota hac disputatione est manifestum, diuerso modo esse in loco res creatas incorporeas ab eo, quem habent res corporeae, in vtrisque tamen esse verum vbi per comparationem ad spacij, quòd vbi motum angeli localem terminat. Vnde fit, vt esse in loco, quòd praedicamentum vbi tamquam genus supremum constituit, diuidatur proximè tamquam in species immediatas, in vbi, seu esse in loco rerum corporalium, & in vbi, seu esse in loco rerum spiritualium creaturarum, vt in Commentariis in Aristotelem saepe diximus.

vbi genus supremum quòmodo diuiditur.

ARTICVLVS II.

Virum vnus Angelus possit esse simul in pluribus locis.

D E hac re sit prima conclusio. Quamuis Angelus in se sit substantia quaedam indiuisibilis, esse tamen potest simul in loco, spatioque diuisibili. Haec communis est hodie inter Theologos. Licet enim indiuisibilia magnitudinis, vt punctum & linea, esse nequeant in spacio diuisibili ea ex parte, qua indiuisibilia sunt indiuisibilia, tamen spiritualia optimè possunt in spacio diuisibili, maiori vel minori pro quantitate perfectionis cuiusque existere. Probatur conclusio primo, quoniam Angelus perfectior est, quam animus rationalis: at hic, licet sit indiuisibilis, est tamen in toto spacio diuisibili quòd occupat corpus humanum, cum sit totus in toto corpore, & totus in qualibet parte illius: ergo Angelus poterit esse simul in spacio aliquo diuisibili, quò excedat illud, in quo animus rationalis esse potest. Secundo, substantia diuina, licet sit indiuisibilis, quia tamè est infinita, quoad perfectionem est in spacio infinito, vt q. 8. ostensum est: ergo pari ratione substantia angelica, quae instar diuinæ est indiuisibilis, esse poterit in spacio diuisibili, finito tamen, eò quòd solum contineat perfectionem finitam. Tercio, si angelus solum esse posset in spacio indiuisibili, moueri non posset de loco ad locum (si tamen vera est sententia Arist. 6. Physicorum asserentis, indiuisibile non posse per se moueri) consequens autem apertè est contra Scripturas sanctas, ex quibus constat angelos interdum moueri: ergo esse potest in loco diuisibili. Quarto, non facillè intelligitur quanam ratione ex puncto indiuisibili spacij posset Angelus agere immediatè in mediatoe suppositi in aliquod corpus: constat autem Angelos mouere corpora, neque negari potest mouere ea immediatè, quoad aliquid eorum: ergo Angeli non sunt solum in loco indiuisibili. Idem potest etiam confirmari, quia quando assumunt corpora, videntur in toto corpore assumpto residere.

1. Conclus.

Angelum simul esse posse in loco diuisibili probatur.

E Secunda conclusio. Vniuersique Angelus quoad magnitudinem vendicat sibi certam spacij sphaeram in qua tota potest esse simul, & non in maiori: ea tamen sphaera maior vel minor est iuxta maiorem aut minorem perfectionem essentialem cuiusque.

2. Conclus. *Angelum non dicere sibi certam sphaeram in qua tota simul esse possit.*

Angelus naturaliter praesentia habet ad spacij in quo est.

Saluatur Caeterum arguendo praesentiam angelicam ad locum.

Praesentia Dei, & angelus diffinitio.

dato opposito, sequeretur, quod, me existente intra spheram, in qua est Angelus, qui me custodit, demon non posset accedere ad me tentandum, nisi prius depelleret angelum, qui me custodit, aut nisi ipse recedat: quod non videtur verum: simul namque & Angelus malus tentando, & bonus adiuvando, incitare & inclinare me possunt ad diversa.

*Diui Thomæ
sententia.*

D. Tomas in hoc art. docet, plures Angelos esse non posse simul in eodem loco. Caietanus in hoc eodem articulo Ferrarienti. 3. contra gentes cap. 68. & alij D. Thomæ sectatores laborant in eo exponendo, ac defendendo. Quicquid autem senserit, sanè, etiam iuxta principia D. Thomæ, negandum non est, Angelos per potentiam naturalem posse esse simul in eodem loco. Neque enim vllum est absurdum immediatè in eodem spacio simul operari: at verò si simul immediatè in eodem loco operentur, proculdubio erunt ibi secundùm suas substantias: eò quòd nulla ratione esse possit immediata operatio alicuius in aliquo loco, quin is ibi sit secundùm suam substantiam: inde enim efficaciter demonstratur, Deum esse ubique, vt quæst. 8. art. 1. latè ostensum est. Porrò quòd nullum absurdum sit multos Angelos operari simul immediatè in eodem loco, probatur primò. Quoniam à pluribus causis, quarum qualibet sufficiens est, vt producat effectum vnius speciei, provenire potest effectus illius speciei, atamen erit distinctus numero ab eo, qui produceretur ab vnaquaque earum, vt 4. metaph. ostendimus. Secundò, quia cum Angeli sint agentia libera possunt que plus, & minus applicare vim suam ad operandum, absurdum non est, si vnus Angelus tam remissè eam applicet ad productionem alicuius effectus, vt adiutorium, & cooperationem immediatam alterius Angeli ad productionem eiusdem effectus admitat: tunc autem vterque Angelus erit simul in loco, vbi talis effectus producit: tum quia nihil potest agere immediatè in aliquem locum, quin in eo sit secundùm suam substantiam: tum etiam quia iuxta sententiam D. Thomæ art. 1. Angelus est in loco per applicationem suæ virtutis ad locum quocumque modo, neque est necesse, vt applicet eam tamquam totum agens, sed satis est si applicet eam tamquam pars totius agentis. Tertio, quia vnus Angelus producere poterit vnum effectum, alius verò alium in eodem loco, & vnusquisque tamquam tota & integra causa. Quarto, quia cum motus localis magis ag. magis incitari possit in infinitum, nullaque virtus finita intendere ita motum possit. certè poterit dari tanta velocitas motus in aliquo mobili, quantam vnus solus Angelus non possit efficere: ad illam ergo efficiendam concurrere non immeritò poterunt multi Angeli simul, & per consequens, ratione illius actionis transeuntis, esse poterunt per potentiam naturalem in eodem loco.

QVÆSTIO LIII.

De motu Angelorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angelus possit moueri localiter.

*Dauidi de
motu angelo-
rum pericu-
losa sententia.*

DVRANDVS quemadmodum in I. d. 37. p. 2. dist. q. 1. in eam inclinavit sententiam, vt assereret, Angelum secundùm suam substantiam esse vbique, vt q. precedente art. 2. explicauimus: sic etiam in eadem parte dist. q. 2. in eam consequenter propendit sententiam, vt dicat, non moueri localiter. Eadem

A verò improprie moueri, quatenus per operationem, ac effectum apparet in distinctis locis. Eo modo quo Filius Dei per effectum incarnationis dicitur descendisse de cælo, & Spiritus sanctus per suum effectum dicitur venisse super Apostolos. Est hæc sententia periculosa in fide, non minus quam illa alia de existentia Angeli vbique, ex qua hæc pendet. Contrariumque videtur satis aperte colligi ex testimoniis Scripturæ, quibus illam aliam q. precedente art. 1. memb. 2. impugnauius, docentque aperte Damascenus, Chrysostomus, & Ambrosius, atque alij Patres in eis sententiis quas eo loco allegauimus.

B Tres sunt conclusiones D. Thomæ in hoc art. Prima est. Angelus æquiuocè dicitur moueri localiter, nec est aliud motus Angeli, quam diuersi contactus diuersorum locorum successiuè. Cum enim Angelus, ex sententia D. Thomæ non sit in loco, nisi per contactum virtutis, actionemque, per quâ Angelus in loco operatur, vt q. precedente explicatum est: profectò Angelum moueri localiter, esse successiuè in alio & alio loco, non erit aliud, ex eiusdem sententia, quam sua actione contingere diuersa loca, ac proinde motus Angeli non erit aliud, quam diuersi contactus, quibus successiuè diuersa loca attingit.

C Hoc loco aduerte, de mente D. Thomæ ad motum localem Angeli non satis esse quoscumque diuersos ac successiuos contactus, sed requiri eos, qui sint tales comparisone spacij, hoc est, qui in alia & alia parte spacij fiat immediatè ab Angelo cũ quadam successione. Vnde quia Angelus mouens primum mobile, in eadè parte spacij existens imprimit immediatè impulsam ac motû diuersis eius mobilis partibus, quæ eò successiuè accedunt, & mediâtè eò impulsu mouet simul mediâtè totum orbem, non dicitur moueri localiter, sed, persistens semper in motus in eadem parte spacij, dicitur mouere inde totum orbem. Quòd si Angelus, vel successiuè moueat immediatè aliam atque aliam partem aëris in alia atque alia parte spacij, vel vnum & eundem lapidem deferendo illum successiuè per aliam atque aliam partem spacij, dicitur de mente Diui Thomæ moueri localiter, quia contactu successiuo, per comparisonem ad spacium, contingit diuersa loca.

Secunda conclusio est. Angelus moueri potest modo explicato motu continuo. Probat, quia potest per suam operationem immediatam, contactumque virtutis esse simul in loco aliquo diuisibili, indeque extendere successiuè operationem immediatam in aliam atque aliam partem spacij, versus quam dicitur moueri, desinendo continuè ex parte opposita operari in alia atque alia parte spacij: hoc autem dato, Angelus successiuè ac continuè, & erit ex vna parte in alia, atque alia parte spacij, & ex alia delectet aliam atque aliam partem spacij: ergo mouebitur motu continuo per spacium.

Tertia conclusio est. Angelus potest simul desinere totum aliquem locum, desinendo operari in eorum, & applicare se simul toti alteri loco, ac proinde moueri, seu mutari, non continuè, sed mutatione locali instantanea, vel pluribus instantaneis.

F Sit nihilominus hæc alia prima nostra conclusio primæ conclusioni Diui Thomæ contraria. Motus Angeli non est diuersus illi contactui diuersorum locorum successiuè, sed est continua acquisitio existentie Angeli in alia atque alia parte spacij, quæ est in substantia Angeli tamquam in subiecto, pertinetque ad prædicamentum vbi: non secus, ac motus localis corporis est continua acquisitio existentie in alia atque alia parte spacij, quæ pertinet ad idem prædicamentum. Quò fit, vt motus localis

ostendimus : sic etiam transmittere non potest immediate suam substantiam in locum distantem, sed necessario deferre eam debet per medium. Confirmatur, quoniam sicut corpus, eò quòd perpetuò sit alicubi, viribus naturæ, transferri non potest à loco in locum, nisi per medium: ita cum substantia Angeli sit etiam perpetuò alicubi, migrare non poterit naturaliter à loco in locum distantem, nisi per medium. Adde, quòd transitus ille Thomistarum statim sese menti offert tamquam intelligibilis & incredibilis, ideòque non tam incumbit nobis eum esse impossibilem ostendere, quàm Thomistis incumbat probare eum esse per naturæ vires possibilem : Antequam enim firmissimam adducant rationem, quæ intellectum conuincat, standum est sententia; quæ idem de Angelis, quod de cæteris rebus ea in parte affirmat, nec adhaerendum est contrariæ, quam intellectus tamquam naturæ lumini repugnantem statim respuit.

Id verò quod adducunt de cogitatione, quæ migrare potest ab extremo ad extremum, non per medium, friuolum est profectò, idque D. Thomas in responsione ad secundum optime dissoluit: translatio namque cogitationis non est quasi ipsa mutet locum, nec dicitur translatio nisi per metaphoram. Quia enim intellectus vititur specie rei absentis, quæ in se habet, cogitat de re absente, neque fertur in illam nisi tamquam in rem cognitam, quæ à cognoscente, & cogitatione ipsa, loco distare potest.

ARTICVLVS III.

Vtrum motus Angeli sit in instanti.

PRÆTERMISSA opinione D. Thomæ hoc loco, quam Caietanus hic, Ferrariensis 3. contra gentes, cap. 102. & Capreolus in 2. dist. 6. q. 1. ad argumenta contra quartam conclusionem defendere, ac exponere conatur, sit 1. conclusio. Angelus ab vna sphaera in aliam proximam mutari potest in instanti, ita videlicet vt Angelus in toto tempore quod antecedit tale instanti, fuerit in termino à quo, in eo verò instanti sit in termino ad quem, ac mutetur per primum esse in eo termino ad quem, quod simul sit primum non esse in termino à quo: non secus ac substantia generatur in instanti, quod simul est primum esse materia sub forma geniti, & primum non esse eiusdem materia sub forma corrupti. Conclusio hæc manifesta est ex iis, quæ diximus artic. 1. eamque confirmant multa argumenta Gregorij in 2. dist. 6. q. 3. artic. 1. quæ sanè non satis soluit Capreolus loco citato, breuitati tamen consulens prudens ea omittit.

Contrarium huius conclusionis affirmat D. Thomas hoc loco, ductus ea ratione : Quia, inquit, fieri nequit, vt mobile aliquod sit sub aliqua forma toto aliquo tempore, & in instanti terminante illud tempus mutetur, ita vt instanti illud sit primum illius mobilis sub forma, ad quam mutatur, & primum non esse eiusdem sub forma à qua mutatur. Nisi, inquit, quando mutatio est terminus motus præcedentis, quo pacto generatio substantialis terminat alterationem præcedentem, & illuminatio motum localem, quo corpus lucidum appropinquat medio ab ipso illuminando: unde cum transitus Angeli de loco ad locum non sit terminus alicuius motus præcedentis, fieri nequit vt Angelus transeat de termino à quo ad terminum ad quem, per primum non esse in termino à quo, quod simul sit primum esse in termino ad quem, sed necessario mutabitur per vltimum esse in termino à quo, & primum esse in termino ad quem: quæ

A instantia, cum esse non possint vnus & idem instans, alioquin Angelus simul esset sub vtroque termino, consequens est vt sint aliud instans, non quidem temporis nostri, sed temporis discreti Angelorum, quod ex multis instantibus coalescit, vt quaest. 10. artic. 5. explicatum est. Ex quibus constat Angelum non transire de loco ad locum in instanti, sed in tempore discreto.

Reddit verò D. Thomas rationem, quare mobile esse non possit toto aliquo tempore sub forma aliqua, & in instanti terminante mutari : ac primò non esse sub illa, quando ea mutatio non est terminus alicuius motus præcedentis: Quia, inquit, de ratione quietis est, vt mobile non aliter se habeat nunc quam prius, & idcirco in quolibet instanti temporis mensurantis quietem, tam videlicet in primo & vltimo terminantibus illud tempus, quam in intermediis, mobile, quod quiescit, debet se habere eodem modo: de ratione vero motus est vt mobile in toto tempore mensurante motum se habeat aliter ac aliter. Atque ea de causa, inquit, quando mutatio est terminus motus præcedentis potest esse instantanea, idque quod per eam mutatur, potest simul per primum non esse desinere esse sub termino à quo, & per primum esse incipere esse sub termino ad quem: at verò quando mutatio non est terminus motus præcedentis, quia in toto tempore præcedente mobile quiescit sub termino à quo, debet etiam in instanti, quo id tempus terminatur, esse in eadem dispositione sub termino à quo, ac proinde esse nequit in eo instanti mutatio momentanea, qua mobile simul primò non sit in termino à quo: & primò sit in termino ad quem.

Potest hæc sententia Diui Thomæ confirmari primò. Quoniam, vt in libris Physicorum ostendimus, motus localis incipit per vltimum non esse : ergo non potest esse in instanti, quandoquidem id quod solum existit in instanti, incipit per primum sui esse.

Secundò, quia in motu locali, ante quodlibet mutatum esse, præcedit moueri, vt probat Aristot. 6. Physicorum, semperque, quod mutatum est localiter, prius mutabatur, ergo mutatio localis non potest esse in instanti, alioquin simul mobile mutaretur, & esset mutatum, dareturque primum mutatum esse, ante quod non præcederet moueri.

Ad hæc non est difficilis responsio. In primis fundamentum illud D. Thomæ, quiescens toto aliquo tempore, debet eodem modo se habere, & in tempore, quo ita quiescit, & in instantibus terminantibus id tempus, non est necessarium. Etenim sicut motus potest esse in toto aliquo tempore, & tamen non est in instantibus terminantibus, eò quòd in altero incipiat per vltimum sui non esse, & idcirco in eo non sit, in altero verò desinat per primum sui non esse, atque adeò nec in eo sit : sic etiam potest aliquid quiescere toto aliquo tempore, & non in instanti terminante, mutarique in illo mutatione instantanea : vt enim quiescere dicatur toto aliquo tempore, satis est, si in qualibet illius parte proportionali quiescat, habeatque se eodem modo, nec est necesse, vt quiescat, habeatque se eodem modo in instanti terminante : neque enim instans illud pars est quantitatis illius temporis, vt, quia in illo non quiescit, sequatur non quiescisse in toto tempore. Adde, Aristotelem 6. Physicorum, cap. 3. textu 30. affirmare, quiescem non esse in instanti : eò quòd cum quies sit privatio motus, solum sit in ea mensura, in qua potest esse motus: & ob id sicut motus non potest esse in instanti, ita neque quies. In instanti ergo, quod quietem diuidit à motu, neque est quies, neque motus, sed si tale instans sit, in quo incipit motus & definit quies, erit primum non esse quietis, & vltimum

D. Thomæ sententia confirmatur primò.

Secundò.

Ad primam confirmationem.

Solutio argumenti pro opinione Diui Thomæ.

Angelus ab vna sphaera in aliam proximam mutari potest in instanti.

Contrarium asserit, probatque D. Thomas.

ultimum non esse motus. Si verò sit instans, in quo desinit motus, erit primum non esse motus, & ultimum non esse quietis: solum ergo intermediis instantibus eius temporis, in quo mobile quiescit, verum est dicere, mobile quiescere tamquam in instantibus copulantibus inter se partes temporis quo mobile quiescebat: sicut etiam solum in instantibus intermediis temporis, in quo mobile mouetur, verè dicitur moueri, tamquam in instantibus copulantibus partes temporis motus inter se.

Scoti contra
D. Thomae
sententia ob-
iectiones.

Scotus praeterea in 2. d. 2. q. 11. qui nobiscum vna cum Gregorio consentit, obiicit primò aduersus sententiam, fundamentumque D. Thomae. Quoniam vsque ad instans transubstantiationis panis in corpus Christi quiescit substantia panis, & tunc in instanti, sine alio motu praecedente, desinit esse per primum sui non esse, & incipit esse substantia corporis Christi sub speciebus per primum sui esse: ergo potest esse mutatio instantanea sine vilo motu praecedente, cuius illa sit terminus. Secundo, quoniam in instanti, in quo Deus creauit solem, fuit illuminatio, qua sol illuminauit, nullo praecedente motu, cuius ea illuminatio esset terminus, sed praecedente dumtaxat creatione solis, quae fuit in instanti, sicut & ipsa illuminatio: ergo esse potest mutatio aliqua instantanea, nullo praecedente motu cuius sit terminus.

Responso
Caret.

Refellitur.

Respondet Caietanus hoc loco. Eiusmodi mutationes non esse naturales, sed supernaturales: D. Thomam verò loqui de mutationibus naturalibus. Haec tamen responsio non satisfacit. Quamuis enim transubstantiatio mutatio sit supernaturalis, & illuminatio prima, qua sol illuminauit, praesupponat creationem solis, quae à solo Deo potuit esse immediata: tamen praedictae mutationes eiusmodi sunt, vt suapte natura à Deo producantur in instanti nullo praevio motu: quare non repugnat mutationem aliquam eius esse naturae, vt fiat in instanti, nullo motu, cuius sit terminus, praecedente, ac proinde à D. Thomae, illiusque sectatoribus esset ostendendum, transitum Angeli, de vno loco in alium, non pertransito medio, qui ab eo sit nullo praevio motu, eius esse naturae, vt non possit esse in instanti: oppositum namque res ipsa indicat. Cum enim mutatio idem sit secundum rem cum termino ad quem, tantaeque in se sit, quapud est terminus, qui per eam acquiritur, eaque de causa ad diuisionem termini diuidatur, vt Aristoteles 6. Physicorum docet, proculdubio quado terminus ad quem est simplex, totusque acquiritur simul, vt necesse est acquiritur, quando nullius medij est transitus, mutatio instantanea erit suapte natura, & non temporalis. Possent etiam obiici Caietano, illuminatio quae ab igne fit in instanti, in quo primò ignis generatur: ea namque naturalis est, & instantanea. Verum respondere possent, tam illam quam generationem ignis, esse terminum praeviae alterationis, quae generationem ignis antecedit.

Praeterea aduersus opinionem D. Thomae, quatenus affirmat, quando Angelus transit à termino à quo ad terminum ad quem, non pertransito medio, moueri, non quidem in instanti, sed in eo tempore discreto, quod coalescit ex ultimo esse Angeli in termino à quo, & primo esse eiusdem in termino ad quem. Possimus primò argumentari. Quoniam quando mobile est in termino à quo non mutatur, sed solum quando acquirit terminum ad quem: ergo in ultimo esse Angeli in termino à quo, non mutatur, sed solum in primo esse illius in termino ad quem: ergo non mutatur in tempore illo discreto,

A sed in instanti ultimo illius. Secundo, singulis illis instantibus aliquid proculdubio respondet temporis nostri, quod vnicuique eorum sit adaequatum (quicquid enim quidam ex sectatoribus D. Thomae dicant, cum tempus nostrum vsque ad instantia indiuisibilia sit diuisibile, instansque temporis nostri computari possit, vel cum parte praeterita temporis, vel cum futura, vel etiam in seipso sine parte praeterita & futura, mirum sanè esset, si durationi vniuscuiusque instantis temporis discreti Angelorum non responderet aliquid temporis nostri adaequatum, siue instans, siue pars temporis cum instanti quo terminatur, aut etiam sine illo, Deumque non cognoscere quid singula illa instantia discreti temporis habeant ex parte temporis nostri correspondens.) Aut ego inter vtrumque dicis Angelum fuisse vltimò in termino ad quem, in altero verò fuisse primò in termino ad quem, mediat aliquid temporis nostri, vel nihil. Non dabis primum, quia tunc sequeretur instantia illa non esse immediata: quandoquidem inter illa medietur tempus: tu autem dicis illa esse immediata. Praeterea sequeretur Angelum in tempore illo intermedio mutari, cuius contrarium tu affirmas, cum dicas solum mutari in illis duobus instantibus. Sequela probatur, quoniam Angelus iam tunc non esset sub termino à quo (alioquin instans illud datum temporis discreti non fuisset vltimum esse Angeli sub termino à quo) statim autem ac Angelus non est in termino à quo, mutatur. Quod si des secundum, nihil videlicet medietur temporis nostri, cum corresponderet tempori nostro duo quaedam immediata quoad durationem non possint ita esse affecta, vt vnum desinat per vltimum sui esse, & alterum incipiat per primum sui esse, ed quòd in tempore nostro non dentur duo instantia immediata: efficitur profectò, vt Angelus, correspondendo tempori nostro, non possit esse vltimò in termino à quo, & primò in termino ad quem, sed deueniendum necessariò sit ad instans in quo fiat transitus ab vno termino in alium, atque adò in quo mobile primò sit in termino ad quem, & primò non sit in termino à quo.

Ad alia, quibus sententia D. Thomae corroboratur, dicendum est, ea omnia intelligenda esse de motu locali continuo, qualis est omnis mutatio localis corporum, de qua sola loquitur Aristoteles in libris Physicorum, non verò de mutatione locali instantanea, qualis est (vt articulo primo ostendimus) mutatio Angeli de qua loquimur. Quae namque fiunt in instanti, simul fiunt & facta sunt.

Secunda conclusio. Si vera esset opinio D. Thomae, Angelum videlicet mutari posse de vno loco in alium distantem non transeundo per medium, tunc sanè ea mutatio fieret in instanti per primum esse in termino ad quem, & per primum non esse in termino à quo. Haec probatur, quoniam, hac hypothesi data, par est ratio in transitu Angeli ab vna sphaera loci, in qua potest esse simul, ad aliam valde distantem, de qua haec conclusio loquitur, & de transitu Angeli ab vna sphaera in aliam immediatam, de quo locuti sumus in prima conclusione.

Tertia conclusio. Potest Angelus mutatione discreta, conflata ex multis mutationibus instantaneis, mutari per sex sphaeras in sex instantibus temporis, interposita quiete in tempore intermedio inter instans & instans. Haec manifesta est ex prima conclusione. Cum enim Angelus in quocumque instanti possit mutari ab vna sphaera in aliam proximam, sanè poterit in sex instantibus mutari per sex sphaeras.

MOL
ID

Ad sententiam
comparandam
sententia D. Thomae.

sphæras de vna in aliam sex mutationibus instantaneis. Et cum inter quæcumque duo instantia illorum sex mediet tempus, in quo non mutatur, utique inter mutationem & mutationem interponet quietem temporis intermedij.

QVÆSTIO LIV.
De cognitione Angelorum.
ARTICVLVS I.

Vtrum intelligere Angeli sit eius substantia.

ACTENVS egit D. Thomas de substantia Angeli, tum in se, tum per comparationem ad corpus assumptum, ad locum, & ad motum localem. Deinceps differet de his, quæ ad Angeli cognitionem spectant. In hac verò quæstione disputat de actu intelligendi Angeli, & de facultate ad cognoscendum.

Auerrois & Aristotelis sententia.

Occasionem quæstioni, quam in hoc primo articulo proponit, tribuit Commentator 12. Metaph. textu 51. dum asseruit, *intelligere Angelorum non esse quippiam distinctum ab eorum substantia, & essentia: sicut in Deo non distinguitur.* Eademque videtur fuisse sententia Aristotelis in eo loco ac alibi.

Conclus. D. Tho. negans.

Conclusio est. Intelligere Angeli nequaquam est ipsius substantia & essentia, sed quid ab ea distinctum. Præter rationes D. Thomæ hoc loco, probari potest. Primò, quia in rebus creatis intelligere est vera actio immanens, per quam vitaliter exprimitur imago rei cognoscendæ, seu verbum, vt quæst. 12. & 27. art. 1. ostendimus, estque proinde idem re cum verbo, vt ibidem dictum est: cum ergo Angelus sit res creata, sanè intelligere illius erit quippiam ab eo distinctum tamquam actio à principio illius efficiente, & tamquam accedens à substantia, in quam recipitur. Imò sicut verbum est quippiam distinctum realiter ab intellectu angelico, substantia Angeli, & specie obiecti, à quibus efficienter produci- tur: ita intelligere Angeli (quod cum verbo tamquam actio cum suo termino est idem secundum rem, distinctum ab eo solum formaliter) erit quippiam realiter distinctum à substantia, & intellectu angelico. Secundò in nobis intelligere non est nostra substantia & essentia, vt Commentator & Aristoteles concedit, alioquin semper intelligeremus, cum substantia & essentia nostra nequeat à nobis separari: ergo pari ratione in Angelis intelligere nõ est eorum substantia & essentia, sin minus desistere numquam possent à cognitione eorum omnium quæ possunt cognoscere, neque possent addiscere quicquam de nouo. Tertiò, volitio Angeli non est substantia & essentia Angeli, alioquin neque libero præditi essent arbitrio, neque peccare possent suapte natura: ergo neque intellectio. Patet consequentia, cum sit par ratio utrobique. Denique conclusio est notior, quam vt probationibus indigeat, illique probate tenentur contrarium, qui id affirmant. Ad quod suadendum, nec veriuilem quidem rationem aliquam adducunt.

Obiectio.

Neque verò quisquam nobis obiciat, quod si postrema nostra ratio quicquam probaret, posset simili modo concludi in Deo, in quo ipsius velle est ipsius essentia, non esse etiam libertatem arbitrij. Ne, inquam, id nobis obiciat. Quoniam que in Deo supra nostrum captum, demonstrationibus permoti confitemur, propter illius non solum, infinitam, sed etiam illuminatam, perfectionem, nempe velle

A hoc, aut illud liberè, solum addere supra volitione, qua seipsum naturaliter vult, respectum rationis ad res liberè volitas, nescientes in hac vita explicare, quid sit ratio fundandi eiusmodi respectus, nõ sunt in exemplum afferenda, dum de Angelis creaturis finitis & limitatis est sermo, quin potius de illis finitis ac limitatis tamquam quippiam luminis naturali euidentis reputandum est, si eorum velle sit omnino idem cum sua substantia & essentia, esse illis omnino naturale, carereque prorsus libertate arbitrij ad volenda ea quæ volunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum intelligere Angeli sit eius esse.

CONCLUSIO. Intelligere Angeli non est esse Angeli. Probat, intelligere Angeli est actio immanens: esse verò Angeli non item: ergo intelligere Angeli non est esse Angeli. Præterea esse est vnus rationis in vnoquoque Angelo: intelligere verò diuiditur in scire, & opinari, quæ distinguuntur specie: ergo non sunt idem. Item esse præsupponitur ad hoc, vt Angelus intelligat, & non è contrario: ergo non sunt idem.

ARTICVLVS III.

Vtrum potentia intellectiua Angeli sit eius essentia.

VÆ hoc loco dici poterant, dicta sunt 2. de Anima, cap. 3. vbi ostendimus potentias omnes efficientes substantiarum creaturarum, distinguí realiter ab ipsorum substantiis. Alia quæ tangit Caietanus disputata sunt 2. de Anima, cap. 4. 2. Physicorum, ac alibi apud Aristotelem.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in Angelo sit intellectus agens & possibilis.

CONCLUSIO D. Thomæ est. In Angelo non est intellectus agens, neque possibilis, nisi æquiuocè. Hanc probat in argumento, sed contra, quoniam intellectus agens, & possibilis constituuntur in rebus comparatione phantasmatum: ea namque potentia, quæ recipere potest species intelligibiles à phantasmatis, vt earum interuentu intelligat, eatenus dicitur intellectus possibilis, aut patibilis, quatenus pati potest eiusmodi species recipiendo, & quatenus per eas reducitur ad actum primum ad intelligendum: ea verò potentia, quæ concurrento efficienter vnà cum materialibus phantasmatis, ea euehit, vt in intellectu possibili imprimatur species merè spirituales, intellectus agens appellatur: sed in Angelo non sunt phantasmata: ergo neque intellectus agens, neque possibilis, nisi æquiuocè.

Angelus ex D. Thomæ sententia nõ habet agentem intellectum.

Obserua D. Thomam velle, vt nullo modo conueniat Angelis intellectus agens: ed quod ratio, quæ nos cogit illum in nobis admittere, locum in Angelis non habeat. Etenim in nobis constituitur, quia cum possibilis noster intellectus mediantibus phantasmatis accipiat species à rebus: phantasmata autem sola, vt pote materialia, producere eas non possunt, ed quod spirituales sunt, & longè excellentioris nature.

Solutio.

natura, nullumque agens minus perfectum possit se solo producere effectum nobiliorem se, necessarium fuit concedere in nobis potentiam quamdam spirituales, quae in anima immediate resideret, ut coniuncta phantasmatibus, una cum illis produceret species intelligibiles, quam potentiam intellectum agentem appellamus. At verò cum in Angelis phantasmata non sint, atque ex mente D. Thomae species omnium, quae possunt cognoscere, in quo instanti conditi sunt, à Deo acceperint, & non à rebus, & necessaria prorsus non fuit in eis talis potentia: quare cum Deus, & natura nihil frustra efficiant, concedendus non est in illis agens intellectus, sed omnino negandus.

Intellectum verò possibilem eatenus D. Thomas negat convenire Angelis, quatenus in eis non datur facultas intelligendi, quae aliquando non habeat species intelligibiles, sitque proinde in potentia ad illas recipiendas, ob quam causam facultas nostra intelligendi intellectus possibilis nuncupatur: non tamen negat D. Thomas facultatem in Angelis, quae efficienter intelligant, recipiantque de novo intellectu, & quae ad species, quas congenitas, & à Deo infusas habent, comparetur tamquam potentia ad actum, cum quo perpetuo est coniuncta: non secus ac materia caeli perpetuam habet coniunctionem cum forma caeli, ad quam nihilominus tamquam potentia ad actum confertur. Eiusmodi verò potentiam ait D. Thomas, a quoque appellari in Angelo intellectum possibilem: eò quod non in eo sensu, in quo paulò ante nostrum intellectum possibilem nuncupari explicauimus, intellectus angelicus possibilis dicatur. Haec sunt quae D. Thomas toto hoc articulo explicare intendit.

Scoti sententia tribuens Angelis intellectum agentem.

Scotus in 2. dist. 3. quaest. ultima, & dist. 9. ad argumenta 2. quaest. 1. adstruit in Angelo intellectum agentem & possibilem. Arbitratur namque Angelum accipere cognitionem, specie à rebus, saltem si de cognitione & speciebus rerum singularium sit sermo: Vnde, inquit, cum singularia rerum materialium producere nequeant tamquam tota, precipue agentia, species sui in intellectum angelicum, eò quod res materialis attingere non possit productionem rei mere spiritualis tamquam agens precipuum, consequens est, ut non secus ac in nobis conceditur intellectus agens, qui coniunctione sua cum phantasmatibus producat una cum illis species intelligibiles in intellectum possibilem, concedi etiam debeat in Angelis, qui sui coniunctione cum rebus ipsis materialibus, aut cum speciebus, quas res materialis effundit in medium, una cum illis producat species intelligibiles in intellectum Angelis. Vnde vltimè sequitur, ut non secus in Angelo concedendus sit intellectus possibilis, qui interdum simili modo sit potentia, ut species rerum, quas cognoscere debet, recipiat, quo intellectus noster.

Confirm. 1.

Confirmat Scotus suam sententiam primò: quia potentia efficiens, quae in creatura inferiori non est imperfectio: sed potius perfectio, deneganda non est creaturae superiori, quae in eo gradu, ad quem ea potentia pertinet, sit superior, sed intellectus agens pertinet ad gradum intellectuum: in eoque gradu Angelus est superior, quam homo: cum ergo in homine sit intellectus agens, nec sit in eo imperfectio, sed perfectio: sanè Angelo denegari non debet.

Secunda.

Secundò, quoniam si Deus concrearet in anima nostra species rerum omnium, quas potest intelligere, adhuc in ea esset intellectus agens & possibilis, quandoquidem fuit in Christo, non obstante quod in instanti suae conceptionis sacratissime ac-

ceperit species omnium rerum per scientiam infusam: fuit etiam in Adamo, esto statim à principio suae creationis similiter rerum omnium scientiam habuerit: ergo ex eo quod Angelus sit praeventus à Deo, ab eoque acceperit species rerum omnium, quas intelligere poterat, denegari non debet Angelo tam intellectus agens, quam possibilis, quibus per seipsum acquirere posset rerum species, si praeventus à Deo non fuisset.

Addi potest tertium argumentum collectum ex Aureolo apud Capreolum in 2. dist. 3. quaest. 2. in argumentis contra tertiam conclusionem. Intellectus Angeli est potentia passiva comparatione intelligibilium specierum, quibus intelligit: si ergo non datur intellectus agens, quo Angelus reducere possit suum intellectum de potentia ad actum harum specierum, dabitur in rerum natura potentia aliqua passiva naturalis, cui nulla respondeat potentia activa naturalis, quae in actum reduci queat, quod est absurdum. Conclusio probatur, quia nihil naturale datur in rerum natura, quod educere possit intellectum Angelicum de potentia in actum harum specierum intelligibilium, si tollas ab Angelo intellectum agentem.

Si vera est sententia D. Thomae, quae affirmat Angelicum intellectum suapte natura non accipere species à rebus, sed à Deo una cum natura per creationem, id quod inferius, ubi quaedam alia adducuntur argumenta, quae praedictis in locis Scotus conficit, est discutendum, sanè vera est sententia, quae hoc loco asseuerat non dari in Angelis intellectum agentem. Si namque intellectus agens ea sola est potentia, quae ex phantasmatibus producere potest species intelligibiles, utique cum Deus & natura nihil efficiat frustra, Angelique suapte natura phantasmata non habeant, neque etiam eiusmodi potentiam habebunt. Quòd si nomine intellectus agentis, ea quoque potentia intelligatur, quae ex rebus ipsis, aut ex speciebus, quas in medio produciunt, producere possit species intelligibiles, qualem eam Scotus constituit, utique haec duo reciprocan- tur, Angelum accipere species à rebus, & esse in eo intellectum agentem. Supponentes ergo interim opinionem D. Thomae, ad argumenta Scoti in hic modum est respondendum.

Ad primum concedenda est maior de potentia, quae ita est perfectio, vt imperfectionem non supponat. Neganda est verò de potentia, quae ita est perfectio, vt in ea natura cuius est perfectio supponat imperfectionem, in cuius subsidium à Deo & natura tributa sit: talis namque potentia non cernitur in natura superiori, quae eam imperfectionem non habet. In re autem proposita, quia rationalis anima ad eò est imperfecta, vt speciebus à rebus materialibus acceptis tamquam sibi proportionatis ad intelligendum indigeat, confertur ei ab auctore naturae spiritualis vis, quae eas possit elicere, quam vim appellamus intellectum agentem: sicut etiam ob eandem causam confertur ei corpus ornatum sensibus, vt accommodatè ad suam naturam possit inde eas species educere. At verò quia Angelus eiusmodi speciebus non indiget, utpote altioris habens intelligendi modum, per influxum videlicet specierum sublimioris naturae, quas Deus infundit, sanè sicut sensus non accipit, quibus rebus materiales quasi defaecarentur, aptioresque fierent, vt intelligerentur, sic quoque vim quae à rebus species intelligibiles educeret, non accipit. Quo loco notandum est, si argumentum Scoti aliquid probaret, colligeret etiam in Deo optimo maximo constituendum esse intellectum

lectum agentem, cum intelligat, perfectiorque multo sit rebus omnibus intelligentibus creatis. Multa ergo, quae in rebus inferioribus, spectata eorum natura particulari sunt perfectiones, in rebus superioribus essent imperfectiones. Sic sensus, qui comparatione animalium sunt perfectiones, comparatione Angelorum essent imperfectiones. Quod idem dicendum est de intellectu agente comparatione hominum & Angelorum.

Ad secundum. Ad secundum concessio antecedente, neganda est consequentia. Anima namque nostra suapte natura apta est accipere species à rebus. Vnde ex eo, quod supernaturaliter per accidens illi infundantur, vel species eiusdem rationis cum illis, quas per seipsam poterat comparare, ut Adamo infusa sunt, vel aliae alterius rationis, quales sunt, quas anima Christi accepit, non propterea denegari illi debuit intellectus agens: liquidem illi suapte natura debetur. Cum vero Angelus ex se aptus non sit accipere vllas species à rebus, sed solum à Deo per infusionem, tribui illi non debuit intellectus agens ab autore naturae, nec infusus, qua illis in instanti creationis Deus species infudit, dicitur proprie praeventio, quemadmodum dicitur infusus specierum, quae Adamo facta fuit, quippe cum Angelus successu temporis non poterit, vel illas, vel alias similes comparare per seipsum, ut poterat Adamus.

Species intelligibiles non in Adamo infusa vsus Angelo.
Ad tertium.

Omnipotencia passiva naturalis respondere actum quomodo intelligentium.

A quod immediatè efficit motum. Iste impulsus quo Angelus suam substantiam impellit, aut rem externam: mediante autem actu voluntatis, non quocumque, sed qua efficaciter vult se impellere, aut rem externam sibi coniunctam, efficit immediatè impulsus illum, tamquam principio quo instrumentali talis impulsus immediatè effectiuo. Cum verò actus ille finitus sit, ac liber, efficere non potest infinitum impulsus, sed certum & limitatum. Praeterea, infra maximum quem potest efficere, efficit maiorem vel minorem, prout voluntas Angeli elicerit actus, quo tantum vel tantum velit impellere, aut suam substantiam, aut rem externam.

B Confirmari potest conclusio huius articuli, quoniam sicut ea animalia, quae sunt infra hominem, pollent solum viribus sensitiuis, homo verò, qui mediùs est inter cetera animalia & Angelos, vires habet sentientes & potentiam ad intelligendum, verum hanc secundum alteram tantum sui partem, nempe secundum animam: sic quoque concedens erat, ut natura homine superior, qualis est Angelica, sola potentia ad intelligendum ornaretur, essetque secundum se totam intellectualis. Quia verò Angeli secundum se totos intellectuales sunt, appellari confueverunt, tum intellectus, tum etiam mentes, id est, res merè intellectuales.

QUESTIO LV.

De medio cognitionis Angelicae.

ARTICVLVS I.

Virum Angeli cognoscant omnia per suam substantiam.

D ISSERTIT tota hac quaestione de medio, quod ita Angelo est ratio cognoscendi res, ut cum intellectu concurrat ad cognitionem tamquam species intelligibilis, siue sit vera species, siue non, sed instar illius concurrat. Atque hoc primo articulo quaerit, an quemadmodum Deus cuncta, quae cognoscit per suam essentiam concurrentem instar speciei intelligibilis cognoscit: sic quoque Angelus cuncta, quae cognoscit, cognoscat per suam substantiam simili modo concurrentem, ita ut in Angelo nulla alia intelligibilis species necessaria sit, ut quaecumque obiecta cognoscat.

Sensus quaestiois.

E Conclusio est. Angeli non omnia cognoscunt per suam substantiam, sed ad id indigent aliquibus speciebus, quibus perficiantur. Hanc probat primò in argumento, sed contra autoritate Dionysij 4. cap. de diuinis nominibus, ubi ait: *Angeli illuminantur rationibus rerum*, id est, similitudinibus & speciebus eorum, quae cognoscunt, quò fit, ut non cognoscant omnia per suam substantiam, sed per species. In translatione Perionij locus ille Dionysij habet in hunc modum. *Vi mentes praestantissimo modo intelligunt, eorum quae sunt rationes discunt diuina sibi accommodata illustratione.* Porro illustratio diuina, ut Angeli res cognoscant naturaliter, non est alia, quam infusio specierum quibus eas percipiant.

Angeli non omnia per suam substantiam cognoscere.

Secundò eam probat, quoniam licet id, quo intellectus, tamquam specie intelligibili, aut eius locum habenti intelligit, comparatur ad actum intelligendi tamquam principium efficiens, quod vni cum intellectu producit intellectionem: ad intellectum

B b b

ARTICVLVS V.

Virum in Angelis sit sola intellectiua cognitio.

C ONCLUSIO est. In Angelo non est alia cognitio, quam intellectiua. Probatur, ex potentis cognoscentibus, solus intellectus non residet in organo corporeo: vires verò omnes sentientes tam internae, quam externae in organo corporeo sedem habent. **F** sed in Angelis non est corpus: ergo est sola intellectiua cognitio, quam comitatur voluntas, quae est etiam in Angelo, & vtramque consequitur vis ad mouendù, siue in Angelo distincta sit ab intellectu & voluntate, siue non, ut hoc loco innuit D. Thom.

Illud tamen animaduertendum est, si dicamus in Angelo vim ad mouendum distinctam non esse à voluntate, potentiam ipsam voluntatis non esse id, quod immediatè efficit motum, vel substantiam Angeli, vel rei externae, quam Angelus moueat: sed id

Molina in D. Thom.

Notitia vis in Angelis qua.

lectum tamen intelligentem comparatur tamquam forma ad quod forma solet esse id quod agens agit. Et quidem si sit vera species, actuat, in formaque intellectum: si vero non sit vera species, sed tamquam species concurrat, satis est, si intellectui assistat, cum eoque sine ulla actuacione ac informacione coniungatur: quo pacto quaest. 12. ostendimus, essentiam divinam coniungi cum intellectu beati, & substantiam Angeli cum mente Angelica ad productionem cognitionis, quam Angelus de eadem sua substantia habet: sed ut potentia aliqua compleatur per formam necesse est ut omnia, ad qua se extendit potentia, contineantur in forma. Vnde videmus, quod in iis substantiis, qua generantur & corrumpuntur, quia nulla forma continet omnia, ad qua se extendit potentia materiae: cum ergo facultas Angeli ad intelligendum ad omnia se extendat: eod quod obiectum mentis Angelicae sit ens & verum in commune: in substantia vero Angeli, qua ad certum genus & speciem limitata est, non contineantur omnia eminenter: sicut in essentia diuina continentur: sit, ut non quemadmodum Deus omnia per suam essentiam cognoscit, sic etiam Angelus cognoscat omnia per suam substantiam: sed necessarium ad id sit, Angelicum intellectum aliquibus speciebus perfici.

ARTICVLVS II.

Virum in nobis, & in Angelis concedenda sint species, quibus cognitio fiat.

DISPUTATIO I.

D iuus Thomas supposuit art. praecedente, Angelos, vel per species, vel per suam substantiam in modum speciei concurrerem, intelligere, quaecumque naturaliter intelligunt: cum vero probasset non posse ab eis cognosci omnia per suam substantiam, intulit, concedendas esse in eis species, quibus intelligant. Hoc autem articulo quaerit, virum eiusmodi species a rebus sint acceptae, sicut sunt nostra, an non, sed ipsis potius sint innatae, & a Deo infusa. Quia tamen non omnes conveniunt in modo, quo fit cognitio, operapretium erit id examinemus, antequam ad disputationem proprie huius articuli veniamus.

Ochami & Gabr. sententia.

Ochamus in secunda quaestione 17. & 18. & Gabriel in eodem secunda distinctione 3. quaestione 2. censent, non esse concedendas species, aut aliquid, quod cum potentia cognoscente sit coniunctum, in modumque speciei cum ea ad cognitionem producendam concurrat: sed obiectum, in distantia accommodata constitutum, sufficere vna cum potentia sentiente externa, ut efficiant actum sentiendi: addunt, potentiam & obiectum concurrere immediatè ad illius notitiam productionem sine ulla specie. Ut verò generetur notitia sensus interni, satis esse arbitrantur, si existat notitia sensus externi, illaque immediatè vna cum sensu interno, absque alia specie, efficienter concurrat ad illius productionem. Ad efficiendam verò intellectiōnem, sufficere dicunt notitiam sensus interni, seu phantasma vna cum intellectu possibili, absque aliqua specie intelligibili. Eodem modo censent in Angelis sufficere praesentiam obiecti constituti in distantia accommodata, vna cum intellectu Angelico, sine ulla specie, aut qualitate intermedia, ut intuitivam

obiecti notitiam efformet, concurrente efficienter ac immediatè tam intellectu, quam obiecto. Quod sit, inquit, ut necessarium non sit constitui in Angelo speciem, aut a rebus acceptam, ut Scotus, & alij autumant, aut ipsis innatam, a Deoque infusam, ut D. Thomas, & alij arbitrantur.

Durandus in 2. dist. 3. quaest. 6. & in 4. d. 49. q. 2. Durandus in eadem profus est sententiam non tamen explicat, an obiectum concurrat cum potentia ad productionem notitiae tamquam causa efficiens, sed solum ait, potentiam, praesente obiecto, debiterque approximato, illud, absque aliqua specie, cognoscere, per hoc solum quod potentia supra naturam sit cognoscitiva, & obiectum cognoscibile, neque adit impedimentum: subiungitque haec verba, *A quocumque cognitio sit efficiens: vnde non explicat, an obiectum influat efficienter in cognitionem.*

Henricus quodlib. 5. quaest. 14. & quidam alij, quos Scotus in 1. dist. 3. quaest. 7. & Capreolus in 2. dist. 3. quaest. 2. in argumentis contra quartam conclusionem referunt, negant species etiam intelligibiles, qua cum intellectu humano, aut Angelico efficienter ad intellectiōnem concurrant, idemque censent de speciebus sensitivis. Lege etiam Gregorium in 2. dist. 7. quaest. 3. & in 1. dist. 3. quaest. 1.

Probant verò praedicti autores hanc suam sententiam: primo, quia nulla est necessitas constituendi has species.

Secundo quando potentia per aliquid, tamquam per signum representativum, fertur in obiectum, prius cognoscit signum, quam cognoscat obiectum representativum: sed species sensibiles, tantum abest, ut prius cognoscantur sensu, quam cognoscatur obiectum, ut ne quidem sensu tunc cognoscantur: species item intelligibiles non prius intelliguntur, quam intelligatur obiectum: imò quando intelligitur obiectum, illa non intelliguntur, ut testatur experientia: ergo obiecta non percipiuntur a potentia per species, quibus representantur, ac proinde ad illud munus admittenda non sunt. Minor, & consequentia patent: & maior probatur: quoniam id, quod repraesentat aliud, non ducit in illius cognitionem, nisi cognoscatur: ut imago Caesaris non ducit in Caesaris cognitionem, nisi cognita a potentia.

Tertio, si species constituenda esset in intellectu possibili, vel id esset comparatione omnium, qua intellectu cognoscitur, vel comparatione aliquorum dumtaxat. Non dabis hoc secundum, quia quae ratione possent quadam cognosci sine specie, possent etiam caetera cognosci, ac proinde frustra ad id constitueretur species. Primum verò dici non potest, quia si in intellectu nostro sit species intelligibilis admittenda, sanè erit ea sola, qua a phantasmibus interuentu intellectus agētis fit in eo producta: cum ergo noster intellectus multa cognoscat, quorum nulla sunt phantasmata, ut res spirituales, relationes tam reales quam rationis, & peraeque alia, efficitur, ut non omnium, qua intellectu nostro cognoscuntur, sit species intelligibilis constituenda.

Confirmatur, quoniam ea, quorum est species cognosci possunt per species sine discursu: cum ergo multa cognoscantur a nobis per discursum, efficitur, ut non omnium, qua a nobis cognoscuntur, sit species in intellectu possibili.

Quarto, obiectum sufficienter praesentatur, seu ostenditur intellectui per actum potentiarum sentiētiarum: ergo necesse non est constituere in intellectu speciem, qua ei repraesentet obiectum. Consequenter est manifesta, antecedens verò probatur, quia

MOLL
D.

quia in potentia subordinatis, obiectum praesentatur, seu ostenditur posteriori potentiae per actum prioris, ut appetitui intellectu praesentatur bonum per intellectum, quo cognoscitur, & appetitui sensitivo per sensum: cum ergo sensus & intellectus sint potentiae subordonatae, consequens est, ut obiectum intelligendum sufficienter praesentetur, ac ostendatur menti per actum potentiarum sentientium, qui notitiam intellectuam antecedat.

Quinto.

Quinto, cum intellectus sit potentia, quae seipsum reflecti valet, sane certum, & quasi per experientiam cognoscit seipsum, & ea omnia, quae in ipso sunt: vnde experitur nos intelligere, haberetque principium intelligendi: si ergo in intellectu nostro essent species intelligibiles, sane per experientiam eas in nobis deprehenderemus: quod tamen aperte est falsum: non ergo constituenda sunt eiusmodi species.

Sexto.

Sexto, species, & id quod per speciem repraesentatur, sunt eiusdem rationis ac speciei, solumque differunt quoad modum essendi: sed nulla species existens in intellectu Angelico esse potest eiusdem rationis & speciei cum substantiis, tam spiritualibus, quam corporalibus: ergo Angeli nec substantias spirituales, nec corporeas per speciem cognoscunt. Minor patet, quoniam species in intellectu Angeli (si quae in eo sit) est accidens & non substantia: accidens autem, & substantia nequeunt esse eiusdem speciei.

Confirmatio maioris prima.

Maior vero probatur, ex speciebus sensibilibus vnde species intelligibiles videtur introductae. Primo, quoniam sicut se habet lux in corpore lucido ad lumen productum ab eo in medio, ita se habet color in corpore terminato ad speciem coloris, quam in medio producit: sicut enim proprium subiectum lucis, quo ad suum esse perfectum, est corpus densum, vnde stella lucens dicitur esse densior pars caeli: ita proprium subiectum coloris (qui in se continet aliquid de naturali lucis) quoad suum esse perfectum, est perspicuum terminatum per opacum: subiectum autem utriusque, quoad esse eorum imperfectum, est perspicuum, nec densum, nec terminatum: sed lux in corpore denso, & lumen in medio sunt eiusdem speciei, solumque differunt penes esse perfectum & minus perfectum: ergo etiam color in corpore terminato per opacum, & species eiusdem coloris in medio, erunt eiusdem speciei, solumque differunt penes esse perfectum, & minus perfectum.

Secunda.

Secundo, quoniam actio aliarum qualitatum, quae sentiuntur est uniuoca in medio, & in organo sensus: calor namque, cum sentitur, effundit calorem tam in medium, quam in organum tactus, & odor producit odorem, ac sapor saporem, ut experientia testatur: ergo actio coloris, qua agit in medium, & in organum sensus, erit etiam uniuoca, ac prouide color producat in medium, & in organum visus speciem intentionalem, quae sit eiusdem naturae & speciei cum colore a quo producit.

Tertia.

Tertio, quoniam species intentionalis est similitudo eius rei, cuius dicitur species: sed similitudo non est inter res distinctas specie: ergo species intentionalis, & id cuius est species, sunt eiusdem naturae ac speciei. Has omnes rationes inuenies apud Durandum in secundo loco citato. Rationes vero, quas alij adiciunt, parui sunt momenti, facillimeque, tum ex dicendis, tum ex iis, quae aliis in locis diximus, dissoluentur.

Contraria sententia est nobis amplectenda cum D. Thoma hoc loco, & alijs saepe, Scoto in 1. dist. 3. *Molina in D. Thom.*

A quaest. 7. & alijs doctores communiter: Constituentas videlicet esse species intentionales potentis impressas ad omnem cognitionem elicendam, praeterquam quando aliquid cognoscitur arguitiue, ut vocant, ex alio aut aliis: tunc enim fat sunt species & cognitiones eorum, ex quibus aliquid arguitiue cognoscitur, ut illud, eo praeterito modo, cognoscatur. Excipe praeterea, quando obiectum ipsum cognoscendum est sufficienter coniunctum potentiae, a qua cognosci debet, estque illi proportionatum, ut cum ea efficienter concurrat ad cognitionem sui: tunc enim necessaria non est species, quae ut suppleat concursum obiecti in genere causa efficientis, sufficiatur, ut quaest. 12. & alias saepe explicauimus. Denique excipe, quando aliquid cognoscitur in aliquo obiecto, quod, ob causam proximè explicatam, non cognoscitur per speciem. Sic Deus in sua essentia intuetur omnia sine aliqua specie, & beati in essentia diuina, sine alia specie, multas vident creaturas.

sensibiles quam intellectibiles.

Sententia haec satis colligitur ex iis, quae diximus quaest. 12. artic. 2. & quaest. 27. artic. 1. Probarique potest primo, quoniam ut ibidem dicebamus, sola potentia producere nequit efficienter cognitionem: tum quia de se indifferens est, ut producat cognitionem huius vel illius obiecti, & idcirco indiget causa aliqua particulari, quae efficienter cum ea concurrat, eamque determinet, ut producat cognitionem huius potius, quam alterius obiecti: tum etiam quia cognoscere, est potentiam cognoscentem exprimere in se vitaliter imaginem rei cognoscendae, ut locis citatis explicauimus: potentia autem sola, quemadmodum non habet in se vnde similis sit rebus cognoscendis, ita neque habet vnde sola producere ac exprimere possit in se imaginem rei cognoscendae: concedenda est ergo causa partialis, quae cum ea efficienter concurrat ad productionem cognitionis: haec autem (quando res non cognoscitur arguitiue ex alijs, aut quando non coniunctur eminenter in alia, quae efficienter cum potentia ad cognitionem concurrat) non est aliud quam obiectum ipsum secundum se, aut secundum imaginem sui, quam potentia imprimit, ut sui vicem gerat: tum quia non designabitur aliud: tum etiam quia, ut August. 9. de Trinitate c. vlt. ait: *Omnis res, quantumque cognoscimus, conuenit in nobis notitiam sui: ab utroque enim notitia patitur, a cognoscente, & cognito: concluditur, ut obiectum secundum se, vel secundum speciem & imaginem sui, tamquam causa efficiens cum potentia cognitionem producat: cum ergo quando a potentia distat, vel non est proportionatum, ut cum ea concurrat, non possit per seipsum immediatè concurrere: consequens est, ut per speciem, imaginemve sui, notitiam producat, ac prouide, ut tunc constituenda necessariò sint species impressae, quibus, tamquam partialibus causis, potentiae cognoscat. Ockhamus & Gabriel locis citatis respondent obiectum distans posse per spacia interiectum immediatè concurrere instar efficientis causa vna cum potentia cognoscente ad productionem cognitionis, nec esse necessè, ut prius producat aliquid in medio. Contrarium tamen ostendimus satis aperte cum Aristotele quaest. 8. artic. 1.*

C *Species ad potentiam cognoscentem comparatur tamquam causa particularis ad vniuersalem.*

D Secundo, Aristoteles 2. de anima cap. vltimo textu 121. & sequentibus, aperte constituit species intentionales quibus actus sentiendi fiant, dum docet sensum esse potentiam receptive formarum sive materiae, &c. & cap. 7. textu 66. & sequentibus docet obiectum visibile, immutando medium, & per medium immutando sensum, efficere sensationem, definiatque colorem.

E

F

Species ad potentiam cognoscentem comparatur tamquam causa particularis ad vniuersalem.

lorem esse, *motuum perspicui actus*, nec alia sanè motione, quàm intentionali. Docet præterea lumen necessarium esse ex parte medij, vt ab obiecto immutetur, non verò ex parte obiecti. Docet item, si inter obiectum, & potentiam interiectum esset vacuum, nullam posse fieri sensationem, eò quòd obiectum per spacium vacuū transmittere non possit speciem in potentiam: quippe cū nullū genus possit quicquam agere in id, quod distat, quin prius agat in spacium interiectū. Præterea multis in locis docet, potentiam cognoscetē, postquàm producta est à generante, esse in potentia, tum ad actū primum, tum ad actum secundum, priusque reduci ab obiecto de potentia ad actum primum per speciem, postea verò cōtemplari potentiam, seque ipsam reducere ad actum secundum, nempe ad actum cognoscendi. Adde, nisi constituantur intelligibiles species à phantasmatis in intellectum possibile productæ, nullam superesse rationē, quare constituendus sit intellectus agens. Aristoteles namque 3. de anima cap. 5. textu 17. ea ratione ductus constituit intellectum agentem, *vt intellectum possibilem, qui est tamquā tabula rasa, in qua nihil est depictū*, deducat vnā cū phantasmatis, in actum specierū rerum omnium, quas potest cognoscere, vt eis ita depictis, reductisque in actū primum, valeat res intelligere. Vnde Durandus, vt species intelligibiles negat, sic intellectum agentē consequenter de medio tollit, vt potē in rerum natura minimè necessarium.

Tertio, oculus, nec seipsum, nec faciē, in qua est, videt: si verò obiciatur speculum, & se, & faciē, cui inest, intuetur: quod non aliunde provenit, nisi quia à faciē effunditur species in speculum, vt vel ipsa experientia docet, à quo reflectitur in oculum, eaque actuata & informata potentia, videt: ergo constituendæ sunt species quibus visio fiat.

Quarto, quando duo specula ponuntur, vnū è regione alterius, vnūque prope alterū sit appari- tio vnus in alio bis, aut ter, pro quantitate distan- tiæ, & magnitudinis speculorum, vt experientia ipsa docet: sed eius rei nulla alia est causa, nisi quòd specula mutuò in se inuicem sui species immittunt, à quibus fit reflexio ad oculū, totiesque species illæ multiplicantur, & reflectuntur mutuò ab vno speculo in aliud, quousque vis productiua deficit, eò quòd species per spacium semper debilior ac remissior producat: ergo nulla ratione negari possunt visus species, quæ ab obiecto in medium effundantur, & à medio in potentiam videndi, quibus visio fiat.

Quinto, si obiectum sit in accommodata distan- tia à facultate videndi, ita vt ex eo capite videri optimè possit, eo ipso, quòd inter illud & poten- tiam interponitur corpus opacū, videri nequit: sed id non aliunde euenit, nisi quia ea ratione impedi- tur aliquid, quod, vel ab obiecto transit in poten- tiam, vt eo mediante fiat visio, vel à potentia & orga- no visus transit in obiectum, cuius corpus opa- cum non sit capax, cū ergo non aliud designari possit, quàm species obiecti, cuius corpus opacum non est capax: constituendæ proculdubio erunt species intentionales, quibus facultas videndi affec- ta producat visionem.

Sexto, obiectum, si multum distet à facultate videndi, non videtur: si item multum coniungatur, non videtur, vel saltem non æquè bene, id quod non aliunde proficiscitur, nisi quia ad visionem ne- cessaria est species accommodata potentia: obiectum autem si nimium distat, cū semper remissius ac remissius agat, vel non effundit speciem ad

A tantam distantiam, vel si eam producat, tam debilis & remissa accedit ad pupillam, non sit commensurata potentia: si verò sit nimium coniunctum potentia, vel non producit speciem, eò quòd non sit spatium perspicuum actus interiectum, vel produ- cit eam tam crassam, vt proportionata non sit po- tentia, qua ratione Aristoteles in libris de anima sæpe affirmat, *sensibile positum supra sensum non effe- cere sensationem*: sit ergo, vt constituendæ omnino sint species, quibus potentia affecta obiecta co- gnoscant.

Septimo, quando aliquis vnū & idem obie- ctum inspicit simul per inspicilia interiecta, & per aërem, qui est super inspicilia, obiectum illud vi- detur esse duplex: sed id non aliunde provenit, nisi ex diuersitate specierum, quæ perueniunt ad ocu- lum, vna magis crassa per medium crassum, facta- que prius pyramide in centro inspicilij in quo spes- cies illa vndique vnitur, indeque peruenit ad ocu- lum: altera verò magis subtilis per medium magis rarum & magis diaphanum, nullaque prius facta pyramide in medio interiecto: ergo constituendæ sunt eiusmodi species.

Confirmatur, quia quòd vnus inspiciliis adiuue- tur ad videndum, alius verò impediatur, quòd item inspicilia tantæ, vel tantæ crassitudinis, & plus vel minus concaua (in quorum proinde centro plus vniantur species, vehementioresque sint: non focus ac radij solares in speculo, aut vitro concauo, ad eò vehementes esse solēt propter vnionem factam in centro, vt inflammare solēt stuppam suppositam) quibusdam sint commodata ad videndum, pro qualitate debilitatis potentia, ac dispositionis orga- ni vsus, aliis verò minimè, non aliunde provenit, nisi quia ad videndum necessaria est proportio inter speciem & facultatē ipsam videndi, atque eam ob causam, quæ species vni potentia est commensurata, alteri, quia debilior est, habetque organum aliter dispositum, commensurata non est ergo consti- tuto eadē sunt species, quibus visio fiat. Adde, mul- tas alias esse apparitiones & effectus, quorum red- di non potest sufficiens ratio in perspectiua, nisi constituantur species.

Octavo, quado à longè securis percussit lignum, prius videtur percussio, quàm audiatur is sonus, qui inde resultat: sed eius rei nulla alia est causa, nisi quòd visus species, non focus ac lumen, mul- tiplicantur per medium, deueniuntque ad oculum in instanti, species autem soni multiplicantur per medium, deueniuntque ad auditum in tempore maiori vel minori prout spatium fuerit maius aut minus (neque enim credendum est sonum secundum suum esse reale, multiplicari per totam spha- ram spacij in quo aliquid auditur, vt in libris de anima dicebamus) ergo admitti debent species, quibus sensus obiecta percipiant.

Confirmatur, quia echo efficitur ex reflexione speciei à corpore denso: cū enim inter receptio- nem speciei directæ in tympanum auditus, & recep- tionem speciei reflexæ, mediet tempus, eò quòd species soni in tempore multiplicetur per spacium, efficitur, vt auditus informatus semel specie direc- ta, atque iterum reflexa eiusdem soni, bis perci- piat eundem sonum: secunda autem perceptio dic- tur echo: admittendæ ergo sunt species sensibili- les. Adde, quando lapillo paruulo leuiter percussit alteri extremitati, sonum audiri, vt testatur expe- rientia: id verò non aliunde provenit quàm ex eo, quòd per poros ligni multiplicantur vnæ species

soni, neque dissipantur, eaque ratione perveniunt ad finem signi: quod non ita evenit, quando multiplicatur per aërem: constituenda igitur sunt species intentionales.

Ad 1. argu. part. opposita. Ad primum igitur argumentum contrarium negandum est antecedens: ostensa quippe est necessitas species admittendi.

Ad 2. Ad secundum neganda est maior: quando id, quod repræsentat, concurrat ad cognitionem, vel tamquam principium quo vna cum potentia, vel tamquam terminus per cognitionem productus, quo pacto se habent species impressa & expressa, quæ proinde repræsentant tamquam signa formalia, ut Dialectici appellant: maior autem illa solum est vera de signis, quæ Dialectici vocant instrumentalia, quo pacto imago Cæsaris dicitur Cæsarem repræsentare, ut quæst. 27. artic. 1. disp. vltima ad secundum quoddam argumentum dicebamus.

Ad 3. Ad tertium dicendum est, constituendam esse comparationem quorundam dumtaxat, eorum videret, quæ non cognoscuntur arguitur ex aliis, qualia sunt respectu intellectus nostri omnia, quorum sunt phantasmata. Nec est eadem ratio de aliis, quæ arguitur solum ex aliis cognoscuntur, ut explicatum est: talia autem sunt ea omnia, quæ argumentum probat non cognosci per propriam speciem.

Ad 4. Ad quartum negandum est antecedens, & ad probationem, si sit sermo de præsentatione, quæ sufficiens sit, ut posterior potentia illud ipsum cognoscat, de qua loquimur hoc loco, patet maiorem esse falsam: voluntas namque, & appetitus sensitivus non cognoscunt bonum, quod appetunt: eatenus vero improprie bonum intellectum dicitur præsentari voluntati, quatenus ut homo quippiam per voluntatem appetat, necessarium est, ut illud per intellectum præcognoscat: id enim quod appetit, ut quod, non potest ferri nisi in præcognitionem, per aliam tamen potentiam ab ea, per quam appetit: id vero quod appetit, ut quo, nempe voluntas, aut appetitus sensitivus, necesse non est, ut præcognoscat rem appetendam.

Ad 5. Ad quintum negandum est intellectum, vel se, vel aliquid eorum, quæ ipsi insunt, cognoscere quasi per experientiam, præter actum intelligendi, quo formaliter intelligit: experitur quidem intellectus, aut potius homo per intellectum, se intelligere quando intelligit, sicut experitur, se videre, quando videt, & audire, quando audit: at vero noster intellectus, nec se, nec habitum, quem in se habeat, aut speciem cognoscat, nisi arguitur ex ipso actu intelligendi: homo namque, quia experitur se intelligere, conicit in se esse principium quo intelligit, siue illud sit sola anima, siue potentia realiter, aut formaliter distincta, quæ in anima existat: eumque experitur ex frequentatione actuum se promptius operari, colligit se comparasse habilitatem quandam ad promptius, faciliusque operandum, quam appellamus habitum: eodemque modo arguitur conicit constitui debere species intelligibiles propter rationes, quibus hæctenus probavimus, eas esse necessario concedendas.

Ad 6. Ad sextum neganda est maior. Ad primam probationem, neganda est etiam maior: lux quippe est agens vniuocum comparatione luminis in medium diffusum, ut ex se est satis manifestum: color vero comparatione speciei est agens æquiuocum, cum eam producat in aëre & aqua, quæ, cum sint corpora simplicia, coloris sunt expertia.

Præterea, quia color resultat ex certa completionem quatuor primarum qualitatuum: actione vero

Molina in D. Thom.

A intentionalis coloris in aërem aut aquam, nulla fit mutatio in quatuor primis qualitatibus. Adde, quod species candoris & nigredinis simul existunt in eadem parte aëris, aut etiam in pupilla: si autem essent eiusdem naturæ & speciei cum candore & nigredine, duo contraria essent simul in eodem subiecto, quod est absurdum.

Durandus in quarto loco citato respondet, nullum esse absurdum, contraria secundum esse imperfectum esse simul in eodem subiecto. Probat præterea species candoris & nigredinis habere naturas inter se contrarias, siue concedantur esse eiusdem naturæ & speciei cum candore & nigredine, siue non: quia, inquit, sunt effectus causarum contrariarum: effectus vero qui à causis contrariis proficiuntur, contrarij sunt inter se. Dicendum tamen est, quando contrariæ causæ sunt agentia æquiuoca comparatione suorum effectuum, ut in re proposita enenire ostendimus, non esse opus, ut effectus sint contrarij inter se.

Ad 2. Ad secundam probationem negandum est obiecta aliorum sensuum non producere in medium & organum sensus species intentionales: licet enim calor producat calorem, simul tamen imprimat speciem intentionalem in medio, quod est coniunctum organo, & in organo ipso, qua mediante percipitur. Licet etiam obiectum odoriferum exhaleat fumalem evaporationem, simul tamen odor producat speciem intentionalem: quod idem dicendum est de sapore, ut in libris de anima satis explicauimus.

Ad 3. Ad tertiam negandum est, similitudinem per modum imaginis intentionalis, non esse nisi inter res eiusdem speciei.

DISPUTATIO II.

Vtrum Angeli cognoscant per species à rebus acceptas.

Cum ostensum sit constituendas esse species impressas, quæ ad eliciendam cognitionem eum potentis cognoscentibus efficietes concurrant: Angelosque multa per species cognoscere proximum est expendamus cum D. Thoma hoc loco, an eas assumant à rebus ipsis, perinde ac nos: an potius habeant eas congenitas, & à Deo infusas in principio suæ creationis. Quæ sanè disputatio longe difficilior est, eò quod Angelorum natura, modusque cognoscendi eorum, occultus nobis sit, neque aliter, quam ex nostro, spectata tamen natura merè spirituali & perfectione Angelorum, innotescere nobis possit aut per revelationem, quam de hac re nullam habemus. Disputatio ut dilucidior sit, quinque sequentia membra habebit.

MEMBRUM I.

Sententia Scoti & ceterorum, qui Angelos sentiunt à rebus species accipere.

ALEXANDER Alensis 2. parte q. 24. membro 2. & 3. Scotus in 2. dist. 3. quæst. vltima & dist. 9. præsertim ad argumenta contra secundam quæst. Richardus in 2. dist. 3. artic. 6. quæst. 2. & quidam alij, in ea sunt sententia ut dicant, Angelos accipere à rebus species, saltem rerum singularium. Probabile namque existimant eos à principio suæ creationis accepisse per infusionem à Deo species, scientiamque naturarum communium, & vniuersalium. Non quidem quasi hanc pro-

Durandi responsio excluditur.

Ad 2.

Ad 3.

Angelos accipere species à rebus quia sentiant.

cessu temporis suis naturalibus viribus per species rerum singularium, quas à rebus acciperent, comparare non possent, sed quòd decens, expediensque fuerit, ut illi createntur pleni cognitione naturalium communium, aliquarumque rerum supernaturalium, sicut primi parentes conditi sunt.

Coniunctione verò intellectus agentis (quem Scotus in Angelis constituit) cum materialibus obiectis affirmat ipse speciem intelligibilem in intellectum possibilem Angeli produci, efficienter concurrente intellectu agente & obiecto ipso materiali, tamquam duabus partibus vnus integræ causæ: non secus ac in nobis intellectus agens, & phantasma concurrunt tamquam duæ partes vnus integræ causæ efficientis ad productionem speciei intelligibilis. Melius tamen diceret, speciem intelligibilem produci in intellectum Angeli per coniunctionem intellectus agentis Angeli, vel cum obiecto, vel cum specie, quam obiectum per medium diffundit: ea enim ratione, & multò maius obiectum, neque id fortasse intendit negare Scotus: tamen si, quod recorder, loquatur semper de obiecto, & non de specie ab eo in medium effusa.

Quia obiectum & species ab eo producta non perueniunt ad quamcumque distantiam, affirmat consequenter Scotus Angelos non percipere obiecta à quacumque distantia, sed à certa ac determinata: non secus ac nos, non percipimus obiecta quantumcumque distantia, sed certis limitibus conclusa.

Animam separata à rebus accipere tradit Scotus.

Porro idem Scotus in 4. d. 45. q. 2. affirmat animam nostram à corpore segregatam, percipere res ab eis species desumendo, ut de angelis iuxta ipsius mentem explicatum est. De qua re tamen suo in loco erit disputandum.

Angelos accipere species ab obiectis probet Scotus.

Suam sententiam probat in primis rationibus eis, quas q. præcedente art. 4. reculimus ac soluimus, quibus probare nitentur, concedendum esse in angelis intellectum agentem. Cum enim intellectus agens facultas sit formarum intelligibilium productiva, certè si in angelis sit intellectus agens, accipere possunt species à rebus.

Primò.

Deinde probat eam primò, quia angelus cognoscit singularia, non solum quoad naturas communes in eas inclusas, sed etiam quoad differentias indiuiduantes, quibus inter se distinguuntur: ergo non cognoscit ea per species, quæ solum representant naturas communes, sed per proprias representantes gradus singulares. Consequentià est manifesta, species namque representans solam naturam communem esse nequit principium cognoscendi indiuiduum, quoad gradum, indiuiduantem, præsertim in angelo in quo nec phantasmata, nec vlla potentia sentiens, quæ directè singularia cognoscit, reperiuntur. Tunc vltra indiuidua naturaliter multiplicari possunt in infinitum, quippe cum motus cæli, rerumque generationes perseverare possint naturaliter in æternum: vel ergo dicendum erit, angelos non posse cognoscere indiuidua omnia quæ per causas naturales produci possunt, quod nullus concedet, vel dicendum erit, in vnoquoque angelorum esse iam actu infinitas species representantes infinita indiuidua, quæ esse possunt, idque, si quis dicat singulorum indiuiduorum esse singulas species, vel certè dicendum erit in vnoquoque angelorum esse species aliquas, quarum quævis representent infinita, quadoquidè finitis speciebus secundum numerum representari nequeunt entia infinita, nisi aliqua, aut plures representent infinita. Hoc

A autem dato, sequeretur dari aliquam, aut aliquas species, quarum quævis sit infinita perfectionis, quod non minus absurdum est, quam dari infinitas species secundum numerum, cum in rebus creatis non minus repugnet infinitum quoad perfectionem, quam quoad numerum. Sequela verò probatur, quia id quod actu representat infinita, necessariò est infinita perfectionis. Etenim quando pluralitas infert maiorem perfectionem: infinitas infert infinitam perfectionem: cum ergo ex eo, quod species aliqua representat plura, rectè inferatur eam esse magis perfectam, quam sit vnaquæque earum specierum, quæ vnus eorum duntaxat representat, sanè ex eo, quod species aliqua representat infinita, inferatur optimè eam esse infinitè perfectam: cum ergo hæc omnia absurda sint, fateri debemus angelos accipere species, saltem singularium à rebus ipsis.

Secundò, Angeli cognoscunt Socratem existere, quando existit, cumque non existere, quando non existit, & denique cognoscunt has, & cæteras complexiones contingentes, ut Socratem federe, ambulare, disputare, &c. quando illæ eueniunt: sed non possunt eas cognoscere per species infusas instanti creationis, sed per species à rebus desumptas: ergo angeli accipiunt species à rebus. Maior & consequentià patet, minor verò probatur, quia vel species infusa solum illi representant extrema complexiones contingentes, atque hoc non sufficit, ut cognoscant prædicatum conuenite subiecto: quippe cum complexio contingens nequeat ex rationibus terminorum cognosci, quemadmodum potest complexio necessaria, idque propterea quod extrema complexiones contingentes non sint eius naturæ, ut vnus suapte natura vendicat sibi alterum, quemadmodum extrema complexiones necessariarum, vel representant illis implexionem ipsam, quo dato; peram, vel representant illis alteram partem contradictionis contingens duntaxat, eam videlicet quæ futura est, vel vtramque indifferenter: si detur primum, sequetur eos præcognoscere futura contingentiã, antequam prodeant extra causas; quod absurditate non caret: id namque proprium est Dei. Si verò detur secundum, sequitur eos per representationem talium specierum, deuenire non posse in cognitionem alterius partis contradictionis determinatè: cum ergo hæc omnia repugnare videantur, dicendum erit, angelos accipere cognitionem à rebus, & per species ab ipsis derivatas intueri, quando prædicatum complexiones contingentiã à parte rei cum subiecto coniungitur, & quando non: non secus ac nos facimus.

D

Tertiò, Angelus habet cognitionem intuitivam singularium, quando actu existunt: ergo accipit cognitionem & speciem à rebus. Consequentiã est manifesta, quoniam ad notitiam intuitivam necessarius est concursus rei præsentis, ut præsens est, nec per speciem, eodem modo representantem, quando obiectum est præsens, & quando est absens, produci potest notitia intuitiva, quippe quæ representat rem præsentem, ut in tali loco, & tempore, cum cæteris circumstantiis præsentiam habentem.

E

F

MEMBRUM II.

Diui Thomae & ceterorum sententia qui Angelos accipere à rebus species negant.

Angeli ex D. Thomae sententia non accipiunt species à rebus.

DIVVS Thomas hoc loco, & alibi saepe, & Caietanus hoc art. & q. 7. art. 2. Ferrarientis 2. contra gentes cap. 96. & sequentibus, Capreolus in 2. dist. 3. q. 2.

Species Deo Angelis infusa quae & quales.

& reliqui Diui Thomae sectatores, ac quidam alij, censent Angelos, nec accipere species à rebus, nec proinde in eis esse intellectum agentem, quo naturaliter possint eas à rebus accipere, sed intelligere cetera à se distincta, per species quas habeant con- naturales, innatas, à Deo quae in instanti, quo creati sunt infusas. Affirmant verò species Angelorum representare non solum naturas specificas obiectorum, & genericas in specificis inclusas, sed etiam gradus individuantes individuorum omnium, quae per causas naturales esse possunt. Addunt, diuersorum individuorum eiusdem speciei infusam, non esse diuersas species intelligibiles in eodem Angelo, sed speciem, quae representat naturam specificam, representare simul unitè & distinctè gradus omnes individuantes, ac proinde individua omnia, quae per causas naturales sub ea specie esse possunt, non secus ac species huius candoris, quae est in meo oculo, unitè & distinctè in quavis sui parte representat omnes partes proportionales obiecti huius candoris. Imò affirmant, speciem intelligibilem quae representat naturam specificam substantialem, non solum representat individua omnia, quae sub ea esse possunt, sed etiam accidentia omnia, quae vel eis inerunt, vel per causas naturales inesse poterunt, nempe quantitatem, figuram, candorem, nigredinem, lessionem, deambulationem, locutionem, &c. Vt enim essentia diuina representat unitè intellectui diuino naturas omnes communes, individua omnia, quae sub illis esse possunt, & accidentia omnia, quae eis vel inerunt, vel inesse poterunt: sic, inquit, vnaquaeque species intelligibilis angelorum, quae ab essentia diuina tamquam ab exemplari expressa est, vt minimum representat unitè vnam naturam substantialem specificam, & individua omnia, quae per causas naturales sub ea esse possunt, nec non accidentia omnia quibus affici poterunt. Quò fit, inquit, vt vnaquaeque species intelligibilis Angelorum representet quidem propria singulorum individuorum, quae sub natura substantialem specificam, quam representat, continentur, nullius tamen eorum in eo sensu sit species propria, quasi illi sit adaequata, sed superexcellens, quippe cum vnumquodque eorum, quoad ea quae illi sunt propria, ita representet, vt simul eodemque modo alia infinita representet, eaque de causa optimè potest esse ratio cognoscendi infinita successiue.

Addunt sectatores Diui Thomae, cum, vt representatio fiat, necessaria sit similitudo inter id, quod representat & id quod representatur, similitudo verò existentiam exigit vtriusque extremi, consequens esse, vt esto species Angelorum imagines sint rerum omnium secundum se, etiam quae nondum existunt, nullam tamen earum representent, antequàm existat, sed solum quando actu existit. Atque id in causa esse, vt Angeli per species innatas non cognoscant res, antequàm sint, non quidem propter specierum defectum, sed alterius extremi, nempe rei representandae, quae nondum existit.

A Non tamen hi autores negabunt postquam angeli cognouerunt rem quamuis, manere in eis vestigium, speciemve ex tali cognitione relictam, qua postea, re corrupta ac desinente esse recordati illius possint, notitiamque abstractiuam formare: non secus ac in nobis quando rem quamuis cognoscimus: vestigium ac species manet quae recordationi infertur: neque enim Angeli inferioris naturae sunt, quam nos, vt eis inesse memoriam intellectiuam negare possimus.

Angeli ex cognitione cuiusque rei comparant speciem memoriae inferuentem.

B Cum ad notitiam intuitiuam obiecti ex eo in nobis certa distantia inter obiectum & nos necessaria sit, quòd nos species à rebus accipiamus, obiectaque ipsa percipienda effundere sui speciem à quacumque distantia non possint in nostram potentiam, sanè ex sententia eorum doctorum, qui negant Angelos à rebus species accipere, dicendum est, eos à quacumque distantia, & quocumque interiecto medio, siue illud diaphanum, siue opacum sit, posse obiecta intuitiue cognoscere, idque affirmat D. Thomas hoc loco in responsione ad tertium. Quò fit, vt iuxta horum doctorum sententiam Angeli custodes, in caelo empyreo existentes, per suas vires naturales inde cognoscant intuitiue, quid in terra agant homines, quos habent sub cura ac tutela sua, ubi sunt, & quando patrocinio ipsorum indigeant. Similiter sequitur, vt daemones, inferorum incolae, intuitiue cognoscant, quid agatur super terram (si tamen cordis cogitationes excipias) modo ad id attendant.

Si Angeli species à rebus non colligunt à quacumque distantia quoduis obiectum cognoscunt.

C Fundamenta opinionis haecenus explicatae sunt haec. Argumentatur eius defensores primò. Talis est distinctio & ordo substantiarum spiritualium, qualis est corporearum, sed inter corpora ea quae superiora sunt, nempe caeli, habent potentiam naturalem iam ab instanti primo suae creationis perfectam omnino per formam, ita vt materia caeli non maneat in potentia ad formam substantialem, & actum primum, inferiora verò non habent potentiam, quae sit omnino perfecta per formam, quinimò eorum materia manet in potentia ad aliam, ac aliam formam, quam successiue ab alio, atque alio agente recipit: ergo pari ratione inter substantias spirituales, inferiores quidem, nempe animae rationales, habebunt potentiam intellectus non prorsus fatiatam naturaliter, quoad actum primum, puta speciem intelligibilem, sed successiue aliam, ac aliam acquirunt, superioribus verò, quales sunt Angeli, inest naturaliter potentia intellectus completè saturata quoad actum primum quatenus statim à principio suae creationis congenitas & con- naturales habent species rerum omnium, quas possunt naturaliter cognoscere.

Angelos non accipere species à rebus probatur 1.

D Secundò, animae relationes, quia affines sunt corporibus, vniuntur illis, atque idcirco illis vniu- tur, vt à corporibus & per corpora species intelli- gibiles accipiant, alioquin cum forma non sit pro- pter materiam, sed materia propter formam, frustra illis vniuntur: cum ergo Angeli non vniuntur cor- poribus, sed sunt intellectuales substantiae ab om- ni materia concretione segregatae, sanè non acci- pient species à rebus, sed à Deo influente, & quali verè infundente cum natura intellectuali species omnium rerum ipsis connaturales.

Secundo.

E Tertio, ab extremo in extremum non transitur nisi per medium: sed esse rei corporeae in phanta- sia, est medium quoddam inter esse merè materia- le, quod habet in se ipsa à parte rei, & esse omnino spirituale, quod per speciem intelligibilem habet in intellectu possibili: ergo res materialis efficiere

Tertio.

nequit speciem intelligibilem, esto intellectus agens adit, quin prius in phantasia efficiat phantasma: sed in Angelo non est phantasia: ergo Angelus accipere non potest species à rebus, esto vi polleat maxima ad intelligendum, prædiciturque sit intellectu agente.

Confr.

Eadem opinio confirmatur ex Augustino 2. super Genesim ad literam cap. 8. ubi docet, *res corporeas*, quas scriptura Genes. 1. & 2. docet à Deo sex illis diebus factas, prius à Deo esse productas in cognitione Angelorum, quam fuerint in semetipsis. Accedit illud Dionysij 7. cap. de diuinis nominibus, ubi *Angeli*, inquit, *non congregant diuinam cognitionem à rebus diuisibilibus, aut sensibilibus*. Versio Perionij habet in hunc modum, *Quæ (mentes scilicet) non diuisiuis, aut diuisiuis, vel sensibus, vel rationibus suis diuinam scientiam comparant, neque alicuius societates, & quasi contagione cum his coherent, sed ab omni materia, multitudinèque, & admixtione solutæ ac liberæ, mente sine materia, æqualiter ea, quæ in diuinis intelliguntur: eisque est mentis vis & actio, quam puritas, quam nihil admixtū nihilque inquinatū habet, illustrat, quæ eadem faciliè diuina sensu perspicit & contemplantur: partim quod partibus non constat, partim quod materia vacat, partim quod coniunctione diuina similitudinis ad diuinam, sapientiæque præstantiorem & mentem & rationem exprimitur, atque formatur*. Hæc Dionysius ibi.

Secunda.

MEMBRUM III.

Fluuntne species Angelorum ab eorum essentia.

CIRCA hanc opinionem D. Thomæ dubium est, in quo sensu species Angelis in instanti, quo creati sunt infusæ, dicendæ sint illis naturales aut connaturales. An quia fluunt ab eorum natura & substantia, non fecus ac potentia, & proprietates, alio an potius aliquo modo. Capreoli in 2. dist. 4. quæst. 2. ad argumentum Aureoli contra secundam conclusionem, quem nonnulli sequuntur, affirmat, dici priori modo naturales. Hæc tamen sententia non placet. Primò, quia incredibile videtur, inesse substantiæ Angeli tantam, ac talem vim, ut ab ea naturali quadam resu tantia emanent tot, ac tales species, absque alio peculiari Dei influxu. Secundò, quia tunc Angelus per suam substantiam, concurrentem in ratione speciei intelligibilis, cognoscere posset omnia alia à se, quod tamen D. Thomas art. præcedente negauit. Consecutio probatur, quoniam Angelus per suam substantiam potest se ipsum intelligere perfecte: quemadmodum autem intelligendo suam substantiam perfecte, eaque sola concurrente in modum speciei intelligibilis, potest in ipsamet intelligere omnes potentias, & proprietates naturales, quæ ab ea possunt emanare, quæque in ipso continentur eminenter, sic quoque intelligere poterit species omnes, quæ ab ipso simili modo emanant, quas eminenter continet, intuendo simul, quorum sint species, quandoquidem species nequit perfecte cognosci, quin id etiam cognoscatur cuius est species. Tertio, quia incredibile est, quod in vnoquoque Angelorum sint species, non solum omnium, quæ esse possunt per causas naturales, sed etiam possibilium diuina potentia: conueniendum ergo erit eos multarum rerum non habere species, quas Deus create poterit, quarum perfectio quædam imperfectiores erunt suprema earum, quas Deus creauit, & perfe-

Capreoli sententia.

Species Angelis infusæ non emanant ab eorum essentia.

ctiores infima creata: sin minus conueniendum esset vnumquemque Angelorum habere species repræsentantes, non solum res omnes, quæ per causas naturales esse possunt sed etiam diuina potentia factibiles modò tales sint, ut neque perfectione superent supremam, neque superentur ab infima eorum, quas Deus creauit, quod tamen, ut credo, neque D. Thomas, neque vllus scilicet eorum illius concederet. Posito ergo, quòd Angeli multarum cuiusmodi rerum, quas Deus sua omnipotentia potest efficere non habeant species, progreditur vltimus tertium nostrum argumentum: quia nulla potest reddi ratio, cur à substantiis Angelorum naturali quadam resultantia emanent potius species intelligibiles naturarum, quas Deus de facto creauit, quam infinitarum aliarum, quas potuit creare, quæque neque superant perfectione supremam, neque superantur ab infima creatarum. Quare iuxta sententiam D. Thomæ dicendum est potius, species Angelorum non fluere ab eorum substantiis, sed Deum eas infundere, secundum ordinem suæ sapientiæ accommodatas ad intelligendum in eo ordine rerum, in quo statuit illos creare: id quod sæpe inuit D. Thomas apertè dum eiusmodi species dicit infundi à Deo, imò absque vllò anigmate inferius q. 56. art. 2. ad quædam manifestum est, hanc esse illius sententiam, eamque asseruit Ferrarientis 2. contra gentes cap. 98.

Dicendum est quemadmodum motus circularis naturalis est cælo, non quod à principio intrinseco tamquam ab efficiente procedat, sed quòd eorum potentiam habeat passiuam, in inclinationem naturalem ad eum motum, quem sibi tamquam debitum vendicat, & nihilominus necesse est, ut efficienter producat à principio extrinseco: sic quoque species Angelorum esse illis naturales, non quòd efficienter fluant ab eorum substantiis, sed quòd ad eas habeant potentiam passiuam inclinationemque naturalem quasi ad formas sibi debitas, ut suam propriam operationem in eo ordine rerum, in quo à diuina sapientia ac providentia conditæ sunt, exercere valeant, & nihilominus opus esse principio extrinseco efficiente, à quo eas accipiant, autore videlicet naturæ, à quo hæc, vel illæ infundantur, prout fuerit ordo rerum, in quo eas cõdere decreuerit. Sicut enim quamuis circularis motus naturalis sit cælo, at tamen quòd cæli moueantur in hanc, vel illam partem, nempe ab oriente in occidentem, aut ab occidente in orientem, & super polos mundi, aut super polos Zodiaci, contingit iuxta id quod postulat ordo rerum in hoc vniuerso, finisque ad quem cæli conditi sunt, ut in libris de cælo explicauimus: sic etiam quamuis naturale sit angelis habere species congenitas, à Deoque infusæ, attamen quòd illæ sint potius harum quam aliarum rerum pendet ab ordine rerum, in quo Deus collocare eos statuit.

Quo loco obseruandum Deus & natura non deficiat in necessariis ad operationem & effectus proprios cuiusque rei, sanè sicut infusio animæ rationalis in materiam vltimò depositam est naturalis, vsque aded ut si Deus eam tunc non infunderet, miraculum pararet, infusioque illa dicitur naturalis, quia quodammodo de bita materia eo modo disposita, eò quòd cū generas, quod eam disposuit, non possit vtiuis suis eam producere, ordo naturalis postulet, ut ab autore naturæ, qui in necessariis non deficit producat: sicut item concursus vniuersalis, quo Deus operatur cum omni causa secundæ, naturalis est, vsq; adeò ut miraculū sit quo-

Species ab angelis infusæ non emanant ab eorum essentia.

Species ab angelis infusæ non emanant ab eorum essentia.

ties Deus illum suspendit, ac denegat, eò quòd similiter sit quodammodò debitus ordini naturali rerum, quandoquidem causæ secundæ nihil sine eo possit operari, vel Angelo, vel animæ separatae, quæ imprimuntur, vel infusione specierum, esse naturalem: eò quòd sit illis quodammodò debita, ordoque ipse naturalis postulet, vt ab autore natura, qui in necessariis non deficit, eas per infusione accipiant, vt operationem sibi propriam, ad quam suapte natura ordinantur, naturaliter exercere valeant.

MEMBRUM IV.

Quid circa opinionem Scoti difficultatem pariat, & qua ratione defendi valeat.



IRCA duas opiniones explicatas proponam quid mihi difficultatem faciat, & quam ratione vnaqueque defendi valeat: aliorum verò erit eam eligere, quæ magis placuerit. Atque vt ab opinione Scoti ordiamur, facile arbitror posse illam defendi, quod attinet ad cognitionem, quam Angeli de rebus corporeis habent. Neque in ea video esse tot difficultates, quot delitescunt in opinione D. Thomæ. Vnde ad argumenta in contrarium responderi facile potest.

Opinio Scoti qua ratione defendi potest.

Ad primum pro D. Thomæ opinione respondetur.

Ad primū enim neganda erit similitudo, quoad id, ad quod adducitur. Ratio est, quoniam diuersa est ratio de potentia ad actum substantialem, qualis est materia prima corporum cælestium & inferiorum, & de potentia ad actum accidentarium, qualis est potentia intellectiua in Angelis & animabus comparatione specierum: de mente namque D. Thomæ, qui arbitrat materia cæli distinctam esse specie à materia horum inferiorum, eademque ratione materias cælorum specie inter se distinctorū, distinctas quoque esse specie inter se potentia ad actū substantialem in rebus corruptioni minime obnoxii, necessariò debet perpetuò esse omni ex parte completa per formam, qua informatur, ita videlicet vt non maneat in potentia ad aliam, alioquin res, quæ ex vita que coalescit, posset iuxta principia D. Thomæ corrumpi: in rebus verò corruptibilibus necessariò debet esse non omnino satisfacta, sed in potentia ad aliam formam, alioquin ea res nõ poterit corrumpi. At verò nullum est absurdum, si potentia ad actum accidentarium, qualis est intellectus in substantiis corruptionis incapibus, vt sunt animæ & Angeli, non sit prorsus completa per formam accidentariam, sed maneat in potentia ad aliam ac aliam suscipiendam, vt patet, quia substantiæ, quæ corrumpi nequeunt, in potentia sunt ad multas formas accidentarias. Ac sanè aperte constat argumentum non sumere medium necessarium, sed congruentiam dumtaxat quamdam, cur res eo modo sese habeat, quæ profectò nullam necessitatem inducit. Adde, licet species intelligibilis comparetur ad actum intelligendi tamquam actus primus ad secundum, ad intellectum tamen comparari tamquam actū secundum cum primo: tam autem in animabus, quam in Angelis, intellectus, qui est actus prior speciebus intelligibilibus, est innatus & connaturalis eorum substantiis: non est autem necesse, vt quicquid in Angelis rationem habet actus primi comparatione alterius, sit illis quid innatum & connaturale, vt de ipso actu intelligendi Angelorum comparatione verbi, quod per eum producit, & compa-

A ratione habituum, qui eo etiã producuntur, est manifestum.

Ad secundum dicendum est, animas vniri quidem corporibus vt per corpora, sensulque in corpore residentes accipiant species à rebus, eò quòd in animabus intellectus agens non sit tanta virtutis, vt possit eas haurire immediatè ex rebus ipsis materialibus, aut ex speciebus, quas res materiales in medium producunt, eaque de causa necesse sit eas deputari magis, ac magis ministerio virtutum sentientium, tam internarum, quam externarum, quo proportionatè reddantur, vt auxiliatore intellectu agente animæ, producant species intelligibiles in intellectum possibilem. At verò in Angelis tantam esse, tamque perfectam vim intellectus agentis, vt possit eas immediatè ex rebus ipsis materialibus educere, aut certè ex speciebus, quas res materiales in medium effundunt. Fortè etiam substantiæ producunt species in medio improporionatè sensibus omnibus: ex eis verò Angelus per suum intellectum agentem producere poterit species proprias substantiarum in suum intellectum possibilem, quod tamen nos non possumus. Tanta præterea vis est intellectus possibilis in Angelo, vt ex speciebus accidentium penetrare statim possit naturas substantiarum naturalium, affectionesque earum.

Ad secundū.

Ad tertium negandum est, vim superiorem, longèque altiore, ac potentiore, non posse transire ab extremo ad extremum nisi per medium, hoc est, non posse producere effectum superiorem nisi per effectum medium, qui necessarius sit, vt vis inferior effectum superiorem producat. Quare licet, vt species intelligibilis rei materialis à nostro intellectu agente in intellectum possibilem producat, necessarium sit rem illam materialem habere prius esse in phantasia, vt intellectus noster agens coniunctus cum illo producat speciem in intellectum possibilem, vt tamen intellectus agens angeli eam in intellectum suum possibilem valeat producere, id nequaquam est necessarium, sed poterit eam producere concurrente immediatè, aut cum re ipsa materiali sensibili, aut certè cum specie, quam res materialis per medium diffundit. Poteritque id confirmari exemplo Dei optimi maximi, qui, quòd potentiam superiorem omnibus creatis habeat, potest producere speciem, aut effectum spiritualem in angelo, aut anima separata, concurrente immediatè cum re materiali, quo pacto arbitramur ignem inferni immediatè agere in demones, & animas damnatorum, eosque cruciare, Deo adiuvante & cooperante simul cum eo igne ad eum effectum, qui non, nisi mediantibus sensibus internis & externis, poterat naturaliter produci.

Ad tertium.

Ad testimonium Augustini dicendum est, non loqui de cognitione naturali angelorum, sed de supernaturali à Deo angelis beatis infusa, vt satis se ipsum explicat Augustinus, illoque eodè capite negat demones habuisse illam cognitionem. Quo eodem modo respondendum est ad testimonium Dionysij, loqui videlicet de cognitione per reuolutionem angelis beatis à Deo factam. Cùm verò Scotus non neget in angelis scientiam & species rerum vniuersalium à Deo illis à principio suæ productionis, sicut & primis parentibus, infusas, quin potius eas, vt membro i. dictum est, affirmet, nec neget omnibus dona alia supernaturalia, iis etiã qui peccauerunt, tuæ collata, sanè testimonia, quæ innuunt scientiam, & alia dona supernaturalia collata fuisse angelis à principio suæ creationis, nihil

Ad primam confirmat.

Ad secundam.

nihil contra illum pugnat. De horum numero est illud Ezechielis 28. de Lucifero sub typo regis Tyri, Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Et infra: Tu Cherub, extensus, & protegens, & posui in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Perfectus in viis tuis à die conditionis tue, donec inuenta est iniquitas in te.

Quæ faciat
difficultatē
in scoti sen-
sentia.

Quod attinet ad cognitionem rerum spiritua-
lium, nempe substantiæ aliorum Angelorum, acci-
dentiumque, quæ illis insunt, est mihi difficilis val-
de opinio Scoti. In primis, quia non constat sub-
stantias Angelorum, & accidentia, quæ ipsi insunt,
posse producere species. Deinde quia esto produ-
cere possent species in res spirituales, vt vnus an-
gelus in alterum, quando tamen vnus Angelus di-
staret ab alio, nequaquam posset eas producere: eò
quod agere nõ posset in id, quod distat, quin prius
ageret in propinquum, Angelus namque in spaciū
corporeū producere non posset effectū merè
spirituale: quippe cum res corporea capax non sit
talis effectus: quod sit, vt vnus Angelus accipere non
possit speciem ab alio per medium interiectum, at-
que ad eò nec illam cognoscere, nec quicquam co-
rum, quæ in eo sunt. Quare vel dicendū esset vnū
Angelum non posse intuitiue cognoscere alium, &
ea quæ in eo sunt, ac vbi sit, nisi quādo non distaret
ab inuicem: quod quis non videat esse nimis du-
rum? tollit enim consortium, & societatem ab An-
gelis. Vel dicendum erit, Angelos cognoscere res
spirituales per species infusas: quo dato, recurrunt
omnia argumenta, quæ contra opinionem D. Tho-
mæ facta sunt. Nam in vnoquoque Angelorum
successiue erunt infinita accidentia, quare, ad illa
cognoscenda, vel dabuntur actū infinitæ species,
vel vna, quæ representet infinita, atque ita recurrit
primum argumentum Scoti. Cætera etiam mani-
festum est recurrere. Hæc de opinione Scoti, quam
non video alia ratione posse melius defendi, quā
concedendo, vnū Angelum non cognosci ab
alio intuitiue nisi quando non distat ab inuicem:
quod licet iterum fatear esse valde durum, spectata
tamen magnitudine spheræ, in qua tota possunt esse
singuli Angeli, considerata etiam celeritate, qua
percurrunt spacia, transcūntque de loco in locum,
fortè non videbitur tam durum, præsertim cum si-
gnis corporeis adhibitis in spacio corporeo, faciliè
inter se loqui possint, exhiberèque signum, quo
singuli singulis indicent, vbi sint, vt accessus mu-
tuos possint habere, intuitiueque se inuicem co-
gnoscere. Posset fortasse aliquis dicere, Angelos,
tamquam naturas superiores, posse producere speci-
es sui in corpora, quæ quidem in essendo habeant
extensionem in medio, in quo recipiuntur, non
verò in representando, sed in quolibet puncto spa-
cij representent totum obiectum. Sed nescio,
quanta cum probabilitate id dici possit. Si vera
esset opinio illa Scoti, qua affirmat, agens posse
agere in id, quod distat, quin agat in propinquum,
iuxta quam in 2. dist. 9. q. 1. asseuerat, vnū Ange-
lum posse producere speciem ac cognitionem in
alium Angelum distantem, nihil producendo in
medium, nulla esset difficultas in hac alia
ipsius opinione. Attamen satis aperte
quæst. 8. art. 1. ostendimus id
nulla ratione con-
stare posse.

* * *

MEMBRUM V.

Quenam circa opinionem D. Thomæ difficulta-
tem faciant, & qua ratione defendi possit.

IRCA opinionem D. Thomæ hæc mihi
pariunt difficultatem. In primis durum
videatur concedere, dari in Angelis speci-
es naturales, quæ representent infinita, quæque
actu sint imagines & similitudines infinitorum,
representando distinctè propria cuiusque eorum,
quod tamen concedunt sectatores D. Thomæ, te-
nenturque concedere iuxta eam opinionem Licet
enim argumentum Scoti in contrarium, dissolui,
vt videbimus, possit: res tamen ipsa in se vt dura,
crediturque difficilis sese offert intellectui.

Deinde, quod mihi plus ingerit difficultatis, est,
quod sectatores huius sententiæ, vt eam defendat,
affirmant, species Angelorum non representare
obiecta, antequam existant: existentia verò statim,
ac existunt, representare illa, nulla facta variatione
in specie, sed eo ipso dumtaxat, quod obiectum, cu-
ius naturaliter sunt imagines, existat, quasi id sit
conditio sine qua non representant. Contra hoc
autem ita licet argumentari. Imago naturalis obiecti,
sanè obiectum representat, siue illud existat,
siue non, vt imago Cæsaris Cæsarem, siue Cæsar
existat siue non, & phantasma patris patrem repre-
sentat, siue ille præsens sit, siue absens, & siue ex-
istat, siue non. Eo enim ipso, quod aliquid est in se
naturalis effigies, & imago alicuius, illud represen-
tat. Neque satis facit, quod dicunt sectatores huius
sententiæ. Videlicet, cum ad representandum ne-
cessaria sit similitudo inter id quod representat, &
id quod representatur, similitudo verò existentiam
vtriusque extremi exigat, inde provenire, vt species
Angeli, quando obiectum existit, illud represen-
tet, non verò antequam existat. Hoc, inquam, non
satis facit, quamuis enim relatio realis similitudinis
inter duas qualitates existentiam exigat vtriusque
extremi: similitudo tamen, quæ in eo est posita, vt
vnū sit imago & effigies alterius, id nequaquam
exigit, vt in duobus exemplis, de imagine Cæsaris,
& de phantasmate patris, est manifestum, idemque
cernitur in conceptu rosæ, qui rosam representat,
& quando illa non existit, & quando existit: eò
quod sit naturalis imago illius, eaque ratione il-
lam naturaliter significet, & in speciebus ac cog-
nitionibus immixtis mentibus prophetarum, quibus
futura prævidebant, & denique in speciebus re-
seruatis in memoria, tam sensitiua quā intellectu-
ua, quibus recordamur rerum absentium, & quæ
existere deserunt.

Dicit aliquis, hæc omnia vera esse, si loquamur
de notitiis abstractiuis, & de speciebus, quæ ad
eiusmodi notitias inseruiunt: non verò de notitiis
intuitiuis, quæ sunt rei præsentis, vt præsens est,
& de speciebus inseruientibus ad eiusmodi notitias:
hæc etenim, vt obiectum intuitiue represen-
tent, existentiam illius exigunt, alioquin non re-
presentarent illud vt præsens: quare cum species
infusæ Angelis in instanti, in quo conditi sunt, ad
notitias intuitiuis inseruiant (notitias namque ab-
stractiuis formant Angeli ex speciebus reseruatīs
in memoria, quæ velut vestigia quadam sunt ex
notitiis intuitiuis relicta, aut certè eas formant
arguitiue ex aliis notitiis, non secus ac nos eas eli-
cimus) efficiunt sanè, vt species Angelis infusæ exi-
stentiam

In Angeli
dari species
naturales,
quæ sunt
difficultas.

sentiam obiecti exigant, ut illud representare valeant, idque tamquam conditione, sine qua illud non representabunt.

Licet autem eo modo videatur respondendum iuxta opinionem sectatorum D. Thomæ, nec sine probabilitate aliqua: tamen in primis, non essent dicendi, propterea species angelorum non representare res antequam existant, quia ad representandum necessaria sit similitudo inter id, quod representant, & id quod representatur, & similitudo existentia vtriusque extremi exigat: sed quia species intuitivè representantes eius sunt naturæ, ut ad representandum, tamquam conditionem sine qua non existentiam obiecti postulent, idque ex eo quod representent rem præsentem, ut præsens est: quam rationem innuere videtur Capreolus in 2. distin. 3. quæst. 2. ad primum Gregorij contra secundam conclusionem.

Deinde mihi remanet hic scrupulus, quod persuadere mihi non possim, quin si Deus sua omnipotentia in absentia obiecti conservaret speciem huius papyri, quæ modò in oculo meo habeo, oculus produceret notitiam visivam, quæ deciperetur, credens hic esse papyrum, quæ vera non esset, imò arbitror notitiam illam futuram tunc eiusdem speciei cum ea, quam oculus meus modò in præsentia huius papyri elicit, quin etiam futuram eandem numero, si me videret papyrum, simul Deus papyrum auferret, & eandem numero speciem, quam papyrus in oculum meum induxerat, conservaret, quare sicut vna notitia suapte natura est intuitiva papyri, sic etiam alia: tamen vna, factò miraculo quo supernaturaliter conservatur in absentia obiecti, deciperet, alia verò minime.

Confirmari potest hoc primò, quoniam Deus in absentia papyri, non solum potest conservare in meo oculo speciem, quam papyrus ei impresserat, sed etiam notitiam, quam oculus mediante ea specie produxerat, actumque ipsum vitalem, quo facultas videndi novit am illam elicit (quandoquidem se solo producere potest & conservare, quicquid producit & conservat: mediante causâ secunda efficiente, quando in effectu non inuoluitur, ut sit efficienter à causâ secunda, ut in re proposita, species producta ab obiecto in oculum non inuoluitur, ut sit ab obiecto, speciei que sola & facultas videndi producant notitiam, actumque videndi sine alio concursu obiecti, vel in genere causæ efficientis, vel in quocumque alio genere causæ) facta autem ea hypothese, mirum esset, quòd mediante notitia illa, actumque illo eam eliciendi, quibus in præsentia papyri formaliter eam videbam, eandem in absentia non perciperem, ac proinde crederem ibidem adesse, ac deciperetur. Quòd fit, ut notitia, quæ suapte natura est intuitiva, speciei que suapte natura inserviens ad intuitivè percipiendum obiectum, representare illud possint, si per impossibile dentur in absentia obiecti.

Secundò, quia Deus sua omnipotentia posset efficere, ut putem me hanc papyrum hic existere, quando illa sublata est, nec exiit: id autem quam alia precor ratione potest commodius efficere, quam se solo producendo speciem, quam produceret obiectum, si esset præsens, aut aliam eiusdem rationis, & mediante ea specie producendo vna cum facultate ipsa videndi notitiam, quæ sit eiusdem rationis cum ea, quam eadem facultas produceret, si obiectum præsens adesset, aut sine vlla profus specie influendo se solo cum facultate videndi, ut produceret notitiam eiusdem ra-

tionis cum ea, quam eadem facultas produceret, si obiectum esset præsens, atque adeò supplendo suo influxu concursum speciei impressæ: fit ergo, ut si species, aut notitia, quæ inserviunt ad cognitionem intuitivam, in absentia obiecti darentur, illud idem eodem modo representarent, ac si esset præsens.

Tertiò, quoniam Divus Thomas tertia parte, quæstione 76. artic. 8. affirmat, quando apparitiones miraculosæ, quæ interdum fiunt in sacramento altaris tales sunt, ut à diversis diversâ conspiciantur (id quod cernitur in antiquissimo illo miraculo oppidi Scalabitani in hoc regno Lusitanie, quod vique in hanc diem perseverat, bisque quotannis publicè omnibus undique confluentibus ostenditur) non fieri, quasi diversâ illa, quæ diversi vident, sint in ipsomet sacramento, speciebusve sacramentalibus, sed fieri per immutationem solam divinitus factam in oculo mediantibus speciebus, aut notitiis à Deo in confirmationem fidei miraculosè immittis: cum ergo species illæ ac notitiæ eodem modo representent, ac si obiectum præsens adesset, per illasque illi, quorum oculi sic immutantur, arbitrantur se intuitivè cernere illa, quæ illis apparent, consequens est, ut species, quæ secundum se representat rem præsentem, ut præsens est, representare eam possit simili modo, si per impossibile detur in absentia obiecti.

Ex quibus omnibus videtur sequi, si in angelis dentur species infusæ, quæ notitia intuitivæ in præsentia obiecti inserviant, illas simili modo illud eis representare in absentia, ac proinde illos decipere. Id quod possumus etiam confirmare, quoniam posita causâ tota efficiere alicuius effectus nullòque existente impedimento, potest produci effectus: sed si in angelis dantur species infusæ, tota causâ producens notitiam in præsentia obiecti est intellectus angelicus & species: cum ergo hæc eadem sint in angelo ante præsentiam obiecti, neque ad sit impedimentum, producere possunt notitiam illius.

Ad hæc non video quid aliud possit dici, quàm si negetur, species inservienses ad notitias intuitivas, notitiæque ipsas suapte natura intuitivas, representare vlla ratione quippiam posse in absentia obiecti, propter rationem illam, quia videlicet suapte natura representatiæ sunt rei præsentis, ut præsens est, eaque de causâ indigent, tamquam conditione sine qua non representabunt, præsentia obiecti. Indeque consequenter dicendum est provenire, ut licet tales species vna cum intellectu in præsentia obiecti sint tota causâ notitiæ, in absentia tamen obiecti non valeant eam producere, non quòd pars aliqua causæ desit, sed quia solum deest conditio sine qua tota causâ non operetur. Quare negandum erit, species aut notitias, quibus sensus decipitur dum arbitramur nos percipere rem præsentem, quæ præsens non est, esse eiusdem rationis cum his speciebus, quæ ad notitias intuitivas inserviunt, & cum notitiis ipsis.

Iuxta hæc ergo (tamen nobis non omnino satisfaciunt) ad primum argumentum Scoti dandum est, in vno quoque angelorū esse species quæ quantum est ex se representant infinita dependenter, quæ ad hoc quod actu vnu quodque illorū representent, tamquam à conditione sine qua non quod illud existat: negandum verò est inde sequi, eiusmodi species esse perfectionis infinitæ. Ad probationem verò negandum est, id quod representat infinita, necessariò debere esse perfectionis infinitæ.

Atque

Miraculum Eucharistia in oppido Scalabitani in hoc regno Lusitanie, quod vique in hanc diem perseverat, bisque quotannis publicè omnibus undique confluentibus ostenditur

Ad primum Scoti quo modo se respondendi.

Atque ad probat. onem huius, quae ulterius subiungitur negari debet, quando pluralitas inferit maiorem perfectionem, infinitatem inferre infinitam perfectionem. Vna namque species finita superioris ordinis habere potest habitudinem representantis, quantum est ex se, infinita, aequipolletque poterit infinitis speciebus inferioris ordinis in representando: tales autem sunt species Angelorum. Neque enim necesse est, ut qualis est portio quoad multitudinem eorum, quae representantur per vnam speciem, ad ea quae representantur per aliam, talis portio sit quoad perfectionem essentialem inter species ipsas inter se, ut ex iis quae quaest. 12. art. 1. 5. & praesertim 8. satis est manifestum: quae, ne repetitione fastidium pariant, non refero.

Ad secundum.

Ad secundum neganda est minor. Ad probationem dicendum est, representantur illis intuitu solum extrema, quando tamen actu existunt, & non antea, aut postquam existere desierunt, ut dictum est: quemadmodum autem nos per notitias intuitivas extremorum cognoscimus certo complexiones contingentes, ut Petrum federe, quando fedet, loqui, aut ambulare, quando loquitur, aut ambulat, quia intuitu cognoscimus vnum extremum coniunctum esse, aut non esse coniunctum cum altero: sic etiam Angeli eodem modo eas cognoscunt.

Ad tertium.

Ad tertium concessio antecedente, neganda est consequentia. Ad probationem dicendum est, ad notitiam intuitivam satis esse, si pendeat a praesentia obiecti tanquam a conditione sine qua non. Species namque, quae ad talem notitiam inseruit, eius est natura, ut quamuis in se eodem modo se habeat in praesentia, & absentia obiecti, non tamen producat notitiam, nisi cum adest obiectum: eod quod, ut operetur, ab eo pendet tanquam a conditione sine qua non, ut explicatum est.

ARTICVLVS III.

Utrum superiores Angeli intelligant per species magis vniuersales, quam inferiores.



ERMO est hoc loco de speciebus magis vniuersalibus in representando, ita scilicet, ut ea species magis vniuersalis dicatur, quae se extendit ad representandas plures naturas specificas simul ac vnite, & quoad propria singularum.

Quaestio haec solum habet locum, posito quod Angeli non accipiant species a rebus, sed a Deo per infusionem. Species namque a rebus desumptae pro diuersitate obiectorum, a quibus efficienter proxime, vel remote producuntur, & quorum sunt imagines, necessarii distinguuntur inter se specie.

Angeli & D. Thomae sententia quo sunt altioris ordinis per species magis vniuersales cognoscunt. Ratio Diui Thomae.

Conclusio D. Thomae est. Angeli quod superiores, & perfectiores sunt, eod per pauciores & vniuersaliores species obiecta intelligunt. Hanc probat, quoniam ex eo aliqua superiora & perfectiora sunt in entibus, quod sunt Deo propinquiora & similia, ac proinde substantiae intellectuales eod sunt perfectiores & superiores, quod sunt Deo propinquiores & similiares in intelligendo: sed Deus omnia intelligit per vnica rationem intelligendi, nempe per suam essentiam concurrentem cum suo intellectu in modum speciei intelligibilis: ergo quod Angeli superiores fuerint & perfectiores, eod magis ad hunc intelligendi modum accedent, atque adeo eod

A per pauciores & vniuersaliores species intelligent. Confirmat eandem conclusionem in argumentum. *Confirma.*
 to *sed contra*, ex illo Dionysij 12. cap. coelestis Hierarchia. *Superiores Angeli participant scientiam magis in vniuersali, quam inferiores.* Deinde in corpore articuli, quia inter nos, qui hebetioris sunt ingenij, singulorum explicatione speciatim indigent: ij vero, qui acutioris sunt ingenij, ex paucis multa intelligunt.

Secutus in 2. d. 3. q. 10. in contraria est sententia, ac seueratque vnam speciem intelligibilem, vnam tantum naturam posse representare, idque ut probet, argumentatur primo, quoniam vna ratio cognoscendi vnum habet obiectum primum, in ratione obiecti primarij, sibi adequatum, in quo proinde continentur reliqua, quorum ea est ratio cognoscendi: adeo namque essentia diuina est diuino intellectui vnica ratio cognoscendi omnia, quia habet vnum primum obiectum adequatum, in quo & continentur, & cognoscuntur a diuino intellectu caetera omnia, nempe eandem essentiam diuinam: sed in singulis speciebus, quae in Angelis representantur diuersas naturas specificas, non responderet vnum obiectum primum eis adequatum, in quo formaliter, aut eminenter continentur ea omnia, quae tales species representant: ergo esse nequeunt in Angelis eiusmodi species.

Secundo, omnis ratio cognoscendi, quae est in intellectu creato, est posterior obiecto, quod per eam cognoscitur, mensuraturque ab eo: sed vnitas posterioris pendet ab vnitate prioris, & vnitas rei, quae mensuratur ab obiecto, pendet ab vnitate obiecti: ergo fieri nequit, ut in intellectu Angeli detur aliqua vna species, quae simul representet multas diuersasque naturas.

Tertio, omnis vna ratio intelligendi potest habere aliquem vnum actum intelligendi sibi adequatum: sed species representans simul multas naturas, habere non potest vnum actum intelligendi sibi adequatum: quia tunc intellectus intelligeret multa simul, quod D. Thomas negat posse fieri: ergo in intellectu Angelico esse non potest species, quae simul representet multas naturas.

Quarto, omnis intellectus creatus potest cognoscere habitualiter vnum obiectum sine quocumque alio: sed si eadem species in angelo representet simul tantas naturas, intellectus angelicus non poterit habitualiter cognoscere vnam earum naturarum sine alia: eod quod in specie cognoscatur habitualiter id omne, quod per eam representatur: ergo non datur talis species in intellectu angelico.

Aureolus etiam apud Capreolum in 2. distin. 5. quaest. 2. ad argumenta contra septimam conclusionem, argumentatur in hunc modum. Si opinio D. Thomae esset vera, dari posset Angelus, qui intelligere posset omnia per suam substantiam: quod tamen est proprium Dei, contrariumque docuit D. Thomas artic. 1. huius quaestionis. Consecutio probatur, quia sumo supremum angelorum, quem dicas intelligere omnia obiecta per decem tantum species, verbi gratia. Tunc ita argumentor. Dato quocumque angelo quantumuis perfecto, Deus potest in infinitum creare angelos perfectiores ac perfectiores: tunc, si creet vnum angelum perfectiorem illo dato, ille intelliget per nouem species, & si ita ordine quodam creet decem alios, vltimus intelliget sine vlla specie, atque adeo per suam substantiam: ergo non quod angeli sunt perfectiores, eod cognoscunt per pauciores & vniuersaliores species.

MOLINUS
 IN
 D. V.

*Opinionem
D. Thomae
non videri cer-
tam.*

Opinio D. Thomae, meo iudicio, certa non est: quoniam, ut videbimus, facile solvantur fundamenta omnia, quibus innititur. Quod si ex vna parte dicatur cum D. Thomae, tot esse species Angelorum, quot sunt individua, & ex alia opinio D. Thomae intelligatur, ut quicumque excessus in perfectione inter Angelos sit satis, ut perfectiores intelligantur per pauciores & vniuersaliores species, ut multi eam videntur intelligere, sane incredibilis videtur. Cum enim sectatores huius sententiae affirmant, in omnibus Angelis eam scientiam intelligibilem, quae representat naturam quamvis specificam substantialem, representare etiam individua omnia illius, affectionisque omnes, etiam contingentes, tam illius quam individuum omnium, ac proinde in infimo Angelorum non plures species intelligibiles constituant, quam sint naturae substantiales specificae, quas potest cognoscere, sane cum ex sententia D. Thomae multo plures sint species Angelorum, quam sint substantiarum corporearum: species autem sint sicut numeri, ita ut nulla duae aequalis sint perfectionis: innumeri erunt Angeli, qui res omnes corporeas per vnam tantum speciem intelligant, quod est incredibile: & cum eadem sit ratio, ut quod Angeli sunt perfectiores, eo plures species substantiales Angelorum cognoscant per eandem speciem intelligibilem, quae est, ut cognoscant plures species substantiales rerum corporearum: utique tertius Angelus in perfectione, incipiendo ab infimo, intelliget cum minimam duos inferiores se per vnam speciem, & quartus, tres inferiores se simili modo per vnam speciem, & ita ascendendo: vnde sequetur, primum eorum, qui cognoscunt omnes species rerum corporearum per vnam speciem, omnes etiam Angelos se in perfectione inferiores cognoscere per aliam, atque adeo tantum erunt in eo duae species comparatione rerum omnium corporearum, & Angelorum, quos in perfectione excedit: qui ergo fuerit proximus, superiorque in perfectione, cognoscat substantias omnes corporeas, & omnes Angelos se inferiores per vnam tantum speciem: vnde efficitur, ut in superioribus Angelis solum habeat locum opinio D. Thomae comparatione specierum intelligibilium superiorum Angelorum: quae omnia creditur sunt difficilia. Adde, videri incredibile, semper in Angelo proximo in perfectione species solum ita accrescere in vniuersalitate, ut quae vnam tantum speciem substantialem representabat in inferiori, representet duas in superiori, imo multo plures representabit, propter modicum excessum in perfectione, quem multae species substantiales inter se habent: ut quae leonem & equum representabit, in Angelo inferiori, in superiori, representabit etiam bouem, ceruum, & alias species affines.

Præterea, qua ratione duae aliquae species intelligibiles, diuise in Angelo inferiori, vniuntur in vna aliqua superiori in Angelo superiori, vniuntur etiam quaecumque aliae duae in vnam tertiam: vnde fiet, ut si Angelus omnium infimus intelligebat per triginta mille species, Angelus illi proximus superior in perfectione intelligat ad summum per quindecim mille, & qui huic fuerit proximus, per septies mille quingentas, & ita ascendendo. Vnde multo citius deueniamus ad Angelum, qui res omnes corporeas, Angelosque omnes imperfectiores se, intelligat per vnam speciem.

Præterea possumus interrogare sectatores huius sententiae, num inter Angelos creatos aliquis singularis species substantiales creatas intelligat per singulas species intelligibiles: & credo id non negabunt.

Molina in D. Thomae.

A saltem de infimo Angelo. Tunc petam, vel Deus de potentia absoluta potest creare alium imperfectiorem, vel non. Non dabunt hoc secundum, quippe cum nullam videatur inuolueri contradictionem, quod Deus creat Angelum inferiorem infimo creato. Si verò dent primum, in infimo eorum Angelorum, quos Deus creauit, comparatione huius, quem Deus potest creare, non habebit locum opinio Diui Thomae, ut quod Angelus perfectior sit per vniuersaliores species cognoscat. Hæc & similia absurda sunt, quae sequuntur, si quis dicat, vnumquemque Angelum distingui specie à cæteris, & quemcumque excessum in perfectione sufficere, ut affirmandum sit, Angelum perfectiorem intelligere per pauciores magisque vniuersaliores species.

B Quare, si opinio D. Thomae defendenda sit, dicendum erit cum Ferrariensi 2. contra gentes capite 98. non quemcumque excessum in perfectione esse satis, ut Angeli superiores intelligantur per pauciores & vniuersaliores species. sed certum & determinatum. Sicut etiam q. 12. art. 8. ostendimus, non quemcumque excessum luminis gloriæ efficere, ut plura videantur in Verbo, sed certum & determinatum pro qualitate eorum, quae vltius videnda sunt: tamen si quicumque excessus faciat, ut melius essentia diuina videatur, atque ut melius in ea videantur illa, quae minori lumine videri possent. Sicut enim animalia, quod perfectiora sunt eo plures habent sensus: & tamen non quicumque excessus in perfectione est in causa, ut habeant plures sensus, sed certus & determinatus: quandoquidem multa sunt animalia inæqualia perfectione, quae totidem habent sensus: ita dicendum erit in re proposita. Quod fit, ut, iuxta hanc expositionem, non quicumque excessus sit satis, ut Angeli intelligantur per pauciores & vniuersaliores species, sed magnus quidam, qualis est qui cernitur inter Angelos diuersorum ordinum, aut etiam Hierarchiarum, si ordines & Hierarchiae etiam penes naturalia distinguantur, ut vult D. Thomas. Præterea, si dicamus multos Angelos esse eiusdem speciei, facilius adhuc defendetur opinio Diui Thomae. Quamuis nec his omnibus modis intellecta certa sit, ut ex solutionibus fundamentorum, quibus innititur, erit manifestum. Præterquam quod per se ipsam difficilis sit, nec modicam contineat difficultatem quae contra eam obiciuntur, tamen si solui possint.

*D. Thomae
sententia qua
ratione de-
fendi possit.*

Vnde ad rationem, qua D. Thomae suam conclusionem probat, dicendum est, perfectiora non in omnibus esse Deo similia, sed satis esse si similia ei sint in perfectione essentiali: & si possint intellectu, ut per eum sint etiam illi similia, quod plura & melius cognoscant, quam imperfectiora: non verò in eo quod cognoscant per pauciores species: eo quod vnumquodque obiectum, quando non cognoscitur in alio, in quo eminenter contineatur, eius sit naturae, ut sibi videretur peculiarem speciem: cum species penes obiecta primaria distinguatur inter se specie, neque duae res diuersae omnino, vna & eadem similitudine representari possint nisi illa representent primo aliquid, in quo illa res eminenter contineatur.

*Ad rationem
D. Thomae ut
sit respondendum.*

F Ad primam confirmationem dicendum est, Dionysium loqui, non de cognitione naturali, sed de supernaturali per reuelationem, quae in superioribus Angelis magis vniuersalis est, hoc est, ad plura obiecta se extendens, eo quod multo plura diuinitatis illis innotescant, quam inferioribus. Reddit enim eo capite rationem, quare Pontifex noster Christus Angelus in Scriptura dictus sit, quia in nunciando & communicando scientiam inferioribus, supremis Angelis similis est, primumque locum tenet.

*Ad primam
confirmationem.*

Ad secundū.

Secunda confirmatio non aliud conuincit, quam quemadmodum inter nos, qui acutioris sunt intellectus, per eandem species, atque ex eisdem principiis, multo plura penetrant ac deducunt, quam qui hebetioris sunt intellectus: ita rem se habere in Angelis, ac proinde vniuersaliorē scientiam, quā est in perfectioribus Angelis, non prouenire ex eo quod intelligant per alias, aut vniuersaliores species, sed ex eo quod nobilioris sunt intellectus. Vnde confirmatio illa quadam ex parte retorqueri potest in D. Thomam, vt eam retorquet Scotus.

Ad primum Scoti contra D. Tho. opinionem.

Qui defendere voluerit sententiam D. Thomae, eo modo quo defendi posse diximus. Ad primum argumentum Scoti, negabit maiorem, si sit sermo de obiecto primario adaequato, quod fit vnu quid. Sicut enim potentia visiva nihil vnum per se respicit, primò tamquam obiectum primarium adaequatum, sed immediatè respicit sub diuisione colorum, et lumen: ita vna illarum vniuersalium specierum respicit primariò tamquam obiectum adaequatum multas naturas específicas sub diuisione, quarum quamlibet, vel multas simul, poterit immediatè cognoscere, prout ad hanc, vel ad illam, vel etiam ad multas simul aduertit, aut aduertere voluerit. Nonnulli ex sectatoribus D. Thomae qui & singulos Angelos defendunt excessum in perfectione essentiali arbitrantur esse satis, vt Angelus perfectior cognoscat per pauciores & vniuersaliores species, respondent ad argumentum Scoti, concedendo maiorem, & negando minorem, dicuntque vnicuique specierum vniuersalium respondere, tamquam primarium & adaequatum obiectum, speciem aliquam subalternam prædicamenti substantiæ cum omnibus speciebus in finis & indiuiduis sub eadem contentis, & cum omnibus eorum affectionibus. At verò incredibile est tantū esse numerum specierum subalternarum prædicamenti substantiæ, vt sufficiat ad hoc, vt tāta multitudo Angelorum specie differentiū inter se, intelligant per species habentes eo modo obiectum adaequatum, & semper quod Angeli perfectiores sunt essentialiter, intelligant per species pauciores. Adde, neque tales species subalternas prædicamenti substantiæ habere rationem obiecti adaequati primarij earum specierum intelligibilium: tum quod species æquè primò representent naturam illam subalternam, gradus específicos, & indiuiduantes, nec non affectiones omnes indiuiduorum: tum etiam quod Angeli per eiusmodi species non cognoscerēt reliqua in natura subalterna tāquam in obiecto primario, sed vniquemque gradum specificum & indiuidualem cognoscerent in ipsomet, eodemque modo quodcumque accidit in ipsomet intelligerent, & non in natura substantiāli subalterna.

Ad secundū.

Ad secundum dicendum est, maiorem solum esse veram de rationibus intelligendi seu speciebus, quæ desumuntur ab obiectis: secus autē de illis quæ infunduntur à Deo, quales sunt species Angelorum.

Ad tertium.

Ad tertium sectatores D. Th. concedunt maiorem, & negant minorem. Ad probationem verò respondent, D. Thomam non negare intellectū posse simul intelligere multa per modum vnius: ea autem quæ per eandem speciem intelligibilem intelliguntur, non intelligi per modum multorum, sed per modum vnius. Nos etiam primo posteriorum cap. i. asseruimus nullum esse absurdum intelligere simul multa per modum multorum, id quod q. 58. a. 2. etiā ostendimus. Obserua tamen, negandā esse maiore argumenti Scoti. Cum enim vnaquæque species Angelorum representet infinita indiuidua, & in-

Angelus si species ha-

finita accidentia, si Angelus posset elicere actum intelligendi speciei intelligibilis adaequati, posset actu cognoscere infinita, quod nulla ratione est concedendum. Potentia namque finita, quæ non cognoscit obiecta in aliquo vno obiecto primario, in quo reliqua virtute continentur percipere nequit simul infinita: eò quod, quò ad plura aduertit, eò ad singula fit remissior aduertētia: & idcirco aduertere nequit simul ad infinita. Dixi potentia, quæ non cognoscit obiecta in aliquo primario, &c. quoniā alia ratio est, quado cognoscuntur in vno obiecto primario, in quo eminenter continentur, quo pacto anima Christi in Verbo, & fortè aliqui alij beati, vident infinita, vt quaest. 12. art. 8. explicauimus.

Illud etiam obserua, iuxta sententiam D. Thomae concedendū esse, quod si Angelus aduertere simul posset ad omnia, quæ per eandem speciem potest cognoscere, illaque simul actu existeret, nō solum cognosceret infinita, sed etiā omnium illorum haberet vnicum actum intelligēdi, formaretque vnicum conceptum ac verbum, vt sectatores D. Thomae concedunt. Quare iuxta eandem sententiam dicendum erit, quando Angelus superior per eandem speciem cognoscere posset nō solum multas naturas específicas rerum corporearum, sed etiam partim rerum corporearū, & partim incorporearum, & ex eo de illis formaret distinctos conceptus, quod modò ad has, modò ad illas aduertet, sicque diuisim eas intelligeret, tum conceptus illos, tum etiam actus intelligēdi esse eiusdem speciei inter se, vt patet: tum quia vna & eadem causa tota efficiens, nempe intellectus & illa species, concurreret ad eos actus intelligēdi, & conceptus producendos: tum etiā quia, si simul aduertet ad illas diuersas naturas específicas, eas omnes cōciperet eodē numero actu intelligēdi, & eodē numero cōceptu, vt hi Doctores affirmat. At profectò hoc quoque durum efficit opinionē D. Thomae, durū namque est cōcedere, si Angelus aliquis seorsum cōcipiat leonem, & alij Angelū, elicere cōceptus, & actus intelligēdi eiusdē speciei, quibus eos cōcipiat.

Ad quartū, si nomine cognitionis habitualis intelligat Scotus (vt intelligere videtur) habere speciem, quæ possit id cognoscere, quod habitualiter cognoscere dicitur, neganda est maior, si sermo sit de speciebus, quæ nō desumuntur à rebus, sed tales infunduntur à Deo, vt vana simul representent multa.

Ad quintum argumentum Aureoli neganda est cōsecutio. Probatio verò procedit quasi nos affirmamus, omnes Angelos distinguui inter se specie, & præterea quemcumque excessum in perfectione sufficere, vt Angelus perfectior cognoscat per pauciores & vniuersaliores species, quod nos non affirmamus. Caietan. & Capreol. qui id affirmant, ad probationē concedunt, deueniendum esse ad angelum, qui intelligat omnia alia à se per vnam speciem: quando verò fit vltierus argumentum, Deus potest producere alium angelum perfectionem: id quidem concedunt, sed quando inde inferitur: ergo ille intelliget per pauciores rationes cognoscendi, atque adeò solum per suam substantiam, negant consequentiam: quia tunc, inquit, Deus Angelo, qui intelligebat per vnam tantum speciem, infundit aliam, quæ intelligat Angelum perfectiorem de nouo creatum similique modo infunderet ceteris Angelis inferioribus: neque enim habebant species, nisi ad cognoscendas res de facto creatas, non verò ad cognoscendas res quas Deus poterat creare & præferim quæ perfectiores essent rebus creatis, quod difficilius ob sui magnam perfectionem cognoscantur: & idcirco, vt ab inferioribus Angelis cognoscantur, necesse esset, vt infusio peculiaris speciei eis fieret.

Q. 4.

QVÆSTIO LVI.

De cognitione Angelorum respectu rerum immaterialium.

ARTICVLVS I.

Virum Angelus cognoscat seipsum.

DISPVATIO I.

DISPVARE incipit de obiectis ad quæ se extendit cognitio Angelorum; atque in hac quæstione disputat de obiectis immaterialibus. In hoc verò primo articulo, licet petat, an Angelus seipsum cognoscat, potissimum tamen immoratur in explicando modo, quo seipsum cognoscit, vtrum scilicet per suam substantiam concurrentem in modum speciei intelligibilis, an per speciem aliquam superadditam.

Quid de hac re dicendum sit, ex iis, quæ quæst. 2. articulo 2. & aliàs sæpe in superioribus diximus, est manifestum. Cum enim ex ratione solum species constituitur, vt vicem obiecti suppleat, concurratque efficienter loco illius cum potentia ad productionem notitiæ, idque quando obiectum ipsum idcirco id per seipsum non potest præstare, quòd vel non sit sufficienter coniunctum cum potentia, vel non sit ei in gradu spiritualitatis proportionatum, vt cum ea possit concurrere, consequens profectò est, vt cum substantia Angeli cum intellectu Angelico sit sufficienter coniuncta, eique in gradu spiritualitatis sit proportionata, necessaria non sit alia species, per quam Angelus se ipsum cognoscat, sed satis sit substantiam ipsam Angeli concurrere cum intellectu Angelico in modum speciei intelligibilis ad eliciendam, producendamque intellectionem ac notitiam, qua Angelus seipsum intelligat. Atque in hoc conuenit cum D. Thoma Scotus in 2. dist. 3. quæst. 8. Idem propter eandem rationem affirmat de anima rationali separata à corpore, tametsi dum immersa est corpori, eò quòd pro eo statu non intelligat nisi per conuersionem ad phantasmata, & quantum ex rebus, quæ sentiuntur, manu ducitur, nequeat se ipsum intelligere per seipsam concurrentem in modum speciei intelligibilis, sed solum arguitiue ex suis operationibus.

Angelus per suam substantiam quæ patet se cognoscit.

Intellectus concurrere efficienter tamquam pars causa ad intellectionem.

Scotus loco citato tribuit D. Thomæ quasi fuerit arbitratus, intellectum per seipsum solum concurrere passiuè ad intellectionem, per speciem verò concurrere efficienter. Vnde infert, si species intelligibilis, aut id quod in modum speciei concurrat ad intellectionem, non informet intellectum, sed sit quid subsistens, nullatenus intellectionem tribui posse intellectui tamquam eia, quo emanet efficienter: quemadmodum, inquit, si calor, quo aqua calida manum calefacit, non informaret aquam, sed subsisteret, calefactio non tribueretur aquæ. Perperam tamen Scotus dicit D. Thomam fuisse arbitratum intellectum non concurrere per seipsum efficienter ad intellectionem, tamquam principium illius efficiens parziale & immediatum, quod, vnà cum specie, quæ se tenet ex parte obiecti, estque quasi instrumentum illius, producat intellectionem. Confutetur namque D. Thomæ, non secus ac Scotus, intellectum & obiectum, aut intellectum & speciem, quæ vicem obiecti subit, tenetque se potius ex parte obiecti, quam ex parte potentie, concurrere ad intellectionem tamquam duas partes vnus integri agentis immediati,

Molina in D. Thom.

A & vtramque immediatè influere in intellectionem. Neque video, vnde Scotus colligere potuerit contrariam esse D. Thomæ sententiam, nisi fortè ex eo, quòd D. Thomas sæpe affirmet, speciem esse formam, qua intellectus intelligit: quod non idcirco affirmat, quasi negare velit intellectum per seipsum habere immediatè peculiarem, partialemque influxum ad intellectionem, sed quia species informat intellectum, ab eoque sustinetur, estque parziale agens loco obiecti, quod cum eo concurrit, ipsùmque determinat ad intellectionem, non secus ac causa particularis determinat vniuersalem, tum vt effectus sit, tum etià vt sit potius huius rationis vel vterius.

Hoc adnotato, superuacaneum duxi referre, ac soluere rationes Scoti, quas Capreolus in 2. distinct. 3. quæstio. 2. ad argumenta contra quintam conclusionem, Caietanus hoc loco, & Ferrarientis 2. contra gentes cap. 98. soluere nituntur. Neque enim cum sententia D. Thomæ pugnant, neque Scotus à conclusione & doctrina huius articuli loco citato dissentit.

Circa vnionem obiecti cum potentia cognoscente, vt instat speciei intelligibilis possit immediatè cum ea concurrere ad productionem intellectionis ac notitiæ, iam supra q. 12. art. 2. ostendimus sufficere, quòd obiectum sit potentie coniunctum secundum spacium, hoc est, ab ea indistans eidemque proportionatum, eoque modo esse coniunctam essentiam diuinam cum intellectu creato per seipsum lumine gloriæ, prius natura quam efficienter cum eo concurrat ad eliciendam visionem beatificam. Non distare namq; ab intellectu, habet semper essentia diuina eo ipso, quòd intellectus est in rerum natura: quippe eum essentia diuina sit vbique proportio autem inter vtrumque; pronenit ex lumine gloriæ, quo intellectus creatus euehitur, accommodaturque sit ad concurrendum cum essentia, atque ad eliciendam visionem beatificam. Quòd autem simile vnionis modum habeat substantia angeli cum suo intellectu, ex eo est manifestum, quòd vtrumque; merè spirituale sit, eundemque gradum spiritualitatis habeat, & non solum non distet inter se, sed etiam habeant alium coniunctionis modum, nempe subiecti cum suo accidente, quod non solum est in ea tamquam accidens in suo subiecto, sed etiam fluit ab ea efficienter tamquam passio à suo proprio subiecto.

Angeli substantiam sufficienter esse coniunctam suo intellectui ad intellectionem sui producendam.

Duobus ergo modis substantia angeli influit ac concurrat ad cognitionem, quam angelus de seipso format. Vno, mediatè, mediante scilicet intellectu, quo vitaliter, tamquam potentia cognoscente elicit cognitionem. Altero immediatè, quatenus scilicet, tamquam causa partialis concurrat cum intellectu in modum speciei intelligibilis. Atque hic concursus (quicquid sectatores D. Tho. dicant) nullo modo est tribuendus intellectui angeli, sed substantiæ angeli præcisè, esto, quando intellectus intelligit aliquod obiectum per speciem, concursus speciei tribui aliquo modo possit intellectui, in quo est tamquam in subiecto. Sicut enim calefactio, qua aqua calida calefacit manum, tribuitur aliquo modo aquæ, quatenus videlicet habet in se, ac sustentat caliditatem, quæ non est ipsius, sed ignis, qui in eà impressit proprium instrumentum ad calefaciendum: sic etiam concursus speciei intelligibilis, quæ est in intellectu tamquam in subiecto, tribuitur aliquo modo intellectui tamquam subiecto à quo sustentatur, esto non tã sit instrumentum intellectus, quam obiecti, quod eam impressit. Concursus verò quo substantia Angeli in modum speciei intelligibilis concurrat, quia est immediatè ab ipsa substantia, neq; substantia sufficitur

Angeli substantiam duobus modis influere ad sui intellectionem.

ab intellectu, aut intellectus est illius causa in aliquo genere causæ, sicut è contraria substantia Angeli causa est tum efficiens, tum etiam materialis sui intellectus, nullo modo tribuitur intellectui, sed soli substantiæ Angeli.

Obiectio.

Quod si quis aduersus huiusmodi immediatum concursum substantiæ Angeli in genere causæ efficiētis ad suam ipsius intellectiōnem nobis obiciat, actionem emanare non posse immediatè à substantia, eaque ratione constitui in substantiis potentias ab eis realiter distinctas, à quibus immediatè emanent operationes & actiones. Dicendum est, illud esse verum de actione reali, vt distinguitur contra actionem intentionalem, qua species, aut etiam imagines expressæ, tamquam à causa partiali producuntur, qualis est influxus, de quo modò loquimur. Sicut enim colores, qui non sunt qualitates effectiue actionis realis, producunt species actione intentionali: ita substantiæ, licet producere nequeant immediatè actionem realem, producere tamen possunt actionem intentionalem. Adde, quamuis à substantiis non emanent operationes propriè dictæ, emanare tamen efficiēter potentias ac proprietates: id verò longè plus est, quàm ab eis emanare effectus, actionēque intentionales.

Solutio.

DISPUTATIO II.

Utrum Angelus cessare possit à cognitione sui, & naturali Dei.

Secutorum D. Thomæ opinio.



Quod Angelus non possit cessare à cognitione sui, affirmant Hercules in 2. dist. 3. quæst. 4. ad primam rationem principalem, Capreolus ibidem quæst. 2. ad secundum contra quintam conclusionem, citatq; pro hac sententia D. Th. q. 8. de veritate art. 9. ad septimum, idēque affirmant alij secutores D. Thomæ.

1. Conclusio. Probabile est Angelum à sui cognitione nunquam desistere.

Sit tamen prima conclusio. Probabile est Angelum nunquam cessare à cognitione sui. Probatum primò, quia præstantius est esse in actu, quàm in potentia: sed inter res omnes creatas Angelus est præstantissimus: ergo erit semper in actu alicuius saltem operationis: neq; est alia, in qua magis videatur esse semper in actu inter omnes, quæ supernaturales non sunt, quàm cognitio sui: èd quòd sit præstantissimi obiecti inter ea quæ intuitiue cognoscit, ex eoque melius, quàm ex quouis alio, deuenit in notitiam naturalem Dei. Accedit, quòd ipsi est præstantissimum, maximèque proportionatum, præsertim cum valde consonum sit rationi, vt Angelus nunquam sit omnino otiosus, maximè cum operando non defatigetur, maximamque capiat voluptatem ex rerum contemplatione, & potissimum ex penetratione suæ naturæ. Secundò, viuētia corporea nunquam cessant ab operatione vite, quia saltem semper nutriuntur: ergo neque Angelus cessabit ab operatione vitali sibi naturali: non est verò alia, à qua minùs videatur cessare, quàm à cognitione sui.

2. Conclusio. Angelum à sui cognitione non posse certum non est.

Secunda conclusio. Non est certum, quòd Angelus non possit cessare à sui cognitione. Probatum, quia ad cognitionem necessaria est attentio potentia, quæ ad imperium voluntatis poterit tam intendat. Licet ergo verisimile sit Angelum cessare non posse à cognitione, vel sui, vel aliorum obiectorum indeterminatè, non secus ac homo apertis oculis, & in præsentia obiectorum lumine illustratorum, non potest non videre aliquod eorum indeterminatè, id-

que videantur probare rationes, quibus præcedens conclusio confirmata est, non tamen videtur certum, cum cessare nunquam posse à contemplatione sui, tamen verisimile admodum sit, cum raro, aut nunquam ab ea cessare.

Quod ad secundum atinet, cum naturalis beatitudo contemplatiua Angeli posita sit in naturali Dei cognitione, quam Angelus (vt art. 3. dicitur) ex sua ipsius substantiâ, cæterisque rebus creatis cognitio comparat, sanè sicut probabile est Angelum nunquam desistere à cognitione suæ propriæ substantiæ, sic probabile ius adhuc est, nunquam cessare à naturali Dei cognitione. Tum quia Dei naturalis cognitio nobilior est, quàm cognitio propriæ Angeli essentiæ, ad eaque plus Angelus afficitur, ex eaque plus oblectationis percipit, quàm ex contemplatione suæ substantiæ. Tum etiam, quoniam cognitio Angeli, siue sit propriæ essentiæ, siue cuiusvis alterius rei naturalis (etiam Angeli superioris, vt artic. seq. dicitur) est comprehensiuâ: comprehensiuâ autem cognitio rei naturalis esse nequit sine notitia naturali Dei, quatenus ea res à Deo, vt à prima causa pendet: quare cum probabilius sit Angelum nunquam cessare à cognitione naturali alicuius rei indeterminatè, quàm à cognitione propriæ essentiæ: probabilius quoque erit nunquam desistere à cognitione naturali Dei, quàm à cognitione propriæ essentiæ. Vtrum autem concedendum sit daemones beatos esse beatitudine contemplatiua naturali, inferius quæstione 62. articulo primo dicitur.

ARTICVLVS II.

Utrum vnus Angelus alium cognoscat.



Væstio hæc etiam excitatur, vt explicetur modus, quo vnus Angelus alium cognoscat. Ex Scripturis namque constat, Angelos se inuicem cognoscere, & inter se mutuo loqui, & agere. Præterea, cum nullius eorum substantia sit obiectum improprietatum comparatione intellectus aliorum: lumen quoque naturæ docet, Angelos se mutuo cognoscere.

D.

Ex sententia D. Thomæ vnus Angelus cognoscat alium per speciem innatam. Quoniam sicut Deus vnicuique Angelorum in instanti, in quo eum creauit, infudit species rerum omnium corporearum, quibus eas possent intelligere: sic quoque infudit species aliorum Angelorum, cæterarumque reru spiritalium, quibus eas intuitiue valeret cognoscere.

E.

Quo loco animaduerte, vnumquemque Angelorum, in primis non posse cognoscere cæteros Angelos per suâ propriâ substantiâ. Licet enim illa sufficiens sit, vt seipsum perfectissimè cognoscat, atque adeò vt cognoscendo prædicata omnia, quæ in ipso includitur essentialiter, cognoscat etiâ cæteros Angelos quoad prædicata omnia sibi cum illis cõmunia, non tamen est sufficiens, vt illos cognoscat quoad prædicata illis propria, quib. ab eo distinguuntur: quòd quidem hæc, nec formaliter, nec eminenter, continentur in ipsius substantia, esto ipse Angelus superior ac perfectior sit: quippe cum inferiores Angeli effectus nō sint, nec esse possint superioru, vt eos eminenter contineant. Deinde vnusquisque Angelorum non potest alios cognoscere per illorū substantias, saltem quando absentes sunt: èd quòd illud quod in modum speciei intelligibilis influere debet ad intellectiōnem, distare non debeat ab intellectu, cum quo debet eo modo concurrere. Vt ergo vnusquisq; Angelorum possit cæteros, etiam quando distant, intelligere, necesse est, vt in singulis

Angelus à cognitione Dei naturalis non desistere potest.

Angelus in talis cognoscit.

Angelus in D. Th. in rebus propriis non cognoscit alios.

Angelus non potest alios cognoscere per illorū substantias, saltem quando absentes sunt: èd quòd illud quod in modum speciei intelligibilis influere debet ad intellectiōnem, distare non debeat ab intellectu, cum quo debet eo modo concurrere. Vt ergo vnusquisq; Angelorum possit cæteros, etiam quando distant, intelligere, necesse est, vt in singulis

Angelis reliquorum species constituantur : quas cum non possint à rebus accipere, iuxta ea, quæ præcedente quaest. art. 2. late discussa sunt, fateatur opus est, à Deo fuisse in eorum mentibus infusas. Atque hoc est præcipuum fundamentum opinionis Divi Thomæ. Scotus verò, quia arbitratu agens, etiam cum distat, agere posse in id, quod abfens est, quin aliquid in medium effundat, arbitratu eorum substantias, etiam cum distant, concurrere posse instar speciei intelligibilis cum intellectibus aliorum Angelorum, ut ab eis agnoscantur. Verum iam sæpe in superioribus hanc Scoti sententiam reiecit.

Dubium verò est, verum, saltem quando duo Angeli à se inuicem non distant, vnus cognoscere possit intuituè alium per substantiam illius concurrentem in modum speciei intelligibilis: sicut potest seipsum cognoscere intuituè per suam substantiam. Proculdubio (quicquid nonnulli dicant) respondendum est posse. Vt enim sæpe dixi, ad id satis est, quod substantia rei cognoscendæ non distet secundum spacium ab intellectu, qui eam debet cognoscere, & quod sit illi proportionata in gradu spiritualitatis: ridiculum autem est affirmare, substantiam vnus Angeli esse hoc modo improporionatam intellectui alterius Angeli, siue is superior, nobiliórque sit, siue inferior, minúsque nobilis: cum enim proportio ad id necessaria, non sit proportio æqualitatis, sed commensuratio, hoc est, habitudo, vt vnus concurrat cum alio, agatque in eo intentionaliter: quã proportionem fatemur esse inter essentiam diuinam infinitam, & intellectum creatuè perfusum lumine gloria: improbabile profectò est, ac penè ridiculum, eam negare inter substantiam vnus Angeli & intellectum alterius, quicquid is demum sit. Præsertim cum in sensibus experiamur similem habitudinem non consistere in indiuisibili, sed dari latitudinem maximam inter species, quæ cum facultate videndi cuiusque sunt proportionata.

potest quis vnus Angelus alterum, cum non distat, per ipsius substantiam intuituè cognoscere.

Obiectio.

Solutio.

Non potest Angelus aut in alterius aut anima nostra substantiam illabi. Dæmon licet possit excitate cogitationes in sensibus interioribus, aut concupiscentiam commouere, in eis solliciti tamen ac voluntatem operari nequit.

A proinde vis illa æquare non poterit essentiam angeli superioris; atque adeò nec illam poterit comprehendere.

Dicendum tamen est, nullum esse absurdum angelum inferiorem comprehendere naturaliter superiorem. Quia tamen, dato Angelo quantumcumque magnæ perfectionis, Deus in infinitum potest producere alium perfectiorem, sanè comparatione cuiuscunque angeli in particulari, dari potest diuina potentia angelus superior, quem ille nõ valeat comprehendere. Hoc secundum satis est manifestum, quoniam quantumcumque finita potentia ad cognoscendum termino habet perfectionis essentialis: quam possit comprehendere, ita vt in infinitum non possit maiorem, ac maiorem comprehendere. Primum verò ex eo probatur, quoniam in potentiam ad cognoscendum longè diuersa sunt, latitudo perfectionis essentialis, quæ cum cæteris rebus sibi est communis, & latitudo facultatis ad cognoscendum, quæ attenditur per comparationem ad obiecta, quæ vis illa potest attingere, & est propria & peculiaris latitudo potetie cognoscitiuæ, quæ talis potentia est: solèturque esse longè maior quam latitudo perfectionis essentialis. Etenim sicut visus bruti ad longè maiorem distantiam se extendit, quam sit quantitas ipsius bruti: ita se extendit ad videnda longè perfectiora obiecta, quam sit ipsum brutum imperfectum. Noster etiam intellectus, & longè magis angeli ad cognoscendam totam entis latitudinem se extendit. Quare nullum est absurdum, si longè maiorem perfectionem essentialem penetrer, atque cognoscendo adæquet & superet, quam sit perfectio essentialis angeli cognoscentis. Quin potius credendum est, quemcumque angelum inferiorem, totam latitudinem essentialem angelorum, quos Deus creauit, intelligendo penetrare, ac perustrare, ac proinde illam totam comprehendere.

Angelus inferior comprehendere potest superiorem.

C Ad argumentum ergo contrariæ sententiæ dicendum est, quantumvis potentia angeli inferioris non sit maior, quoad latitudinem perfectionis essentialis, quam sit perfectio suæ essentia: eam tamen longo intervallo superare quoad latitudinem essentialem obiectorum, quam cognoscere, ac penetrare valet.

Ad argum.

Circa responsonem ad primum aduerte, obiectum cognoscibile existens in potentia, quæ cognoscere debet, tunc impedit cognitionem aliorum rerum, quando est eius natura, vt determinari nequeat per species aliorum cognoscibilium. Vnde quia calor est actus perspicui terminati per opacum: in perspicuo verò terminato per opacum recipi non possunt species visua: efficitur, vt calor existens in pupilla impediatur visionem. Quando verò obiectum cognoscibile existens in potentia, quæ debet cognoscere, eius est natura, vt determinari queat per species cognoscibilium, tunc non impedit aliorum cognitionem: vt lumen receptum in pupilla, quia efficit illam perspicuam, actu, ac proinde susceptiuam specierum visibilium, non impedit visionem colorum. Eadem ratione, quia substantia spiritalis Angeli, aut anima, eo ipso quod spiritalis est, determinari potest per species spiruales rerum intelligibilium, non impedit earum cognitionem: sicut res corporea in intellectu humano eam impedit. Atque hæc est legitima ratio, ob quam, substantia Angeli cognoscentis coniuncta suo intellectui non impediatur perceptionem cæterorum Angelorum, cæterarumque rerum.

Obiectum cognoscendū existens intra potentia quando aliorum cognitionem impediatur.

* *

Molina in D. Thom.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli per sua naturalia Deum cognoscere possint.



N hac etiam quæstione potissimum immoratur D. Thomas in explicando modo, quo Angeli Deum cognoscunt. Sit ergo hæc conclusio. Angeli naturaliter, neque per essentiam diuinam concurrentem in modum speciei intelligibilis, neque per speciem aliquam diuinæ essentia ipsi impressam, Deum cognoscunt, sed solum ex rebus creatis, quemadmodum & nos, & potissimum ex sua essentia, quam cognoscunt, & perspectam habent. Itaq; Angeli intuentes se ipsos per suam substantiam concurrentem in modum speciei intelligibilis, atque in sua natura cognoscentes se non habere esse à se ipsis, sed ab alio ex nihilo, ad idque necessariam esse potentiam infinitam, sapientissimæ cuiusdam causæ, &c. in seipsis, atque ex se ipsis cognoscunt dari vnam primam causam infinitam ac sapientissimam, à qua emanarint, & in qua ipsi, & cetera omnia virtute, ac eminenter continentur, quam Deum appellamus. Id quod ex cæteris etiam rebus, quæ sunt in hoc vniuerso, multò exactiùs ac euidentiùs, quàm nos, agnoscunt: eò quòd longè excellentiore vim habeant ad intelligendum, multoque meliùs, quàm nos, penetrent naturas rerum. Quare sicut à nobis *inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt* naturali cognitione intellecta conspiciuntur, *sempereterna quoque eius virtus, & diuinitas*, vt Paulus ad Romanos 1. ait: sic etiam ab Angelis: sed exactiùs multò & meliùs quàm à nobis.

Probari etiam potest conclusio, quia quando aliquid cognoscitur naturaliter, & non arguitur ex alio, aut ex aliis, sed vel per speciem, vel per propriam naturam rei, quæ cognoscitur, concurrentem in modum speciei intelligibilis, notitia intuitiua antecedit abstractiuam, neque species abstractiue representans habetur, nisi post notitiam testatur: sed notitia de Deo intuitiua, in qua nostra, Angelorumque beatitudo est posita, tam angelis, quàm nobis est supernaturalis, vt omnes concedunt, ostensumque est quæst. 1. & 12. Ea quippe ratione Paulus 1. ad Timoth. ultimo Deum *lucern inaccessibilem inhabitare dixit*: ergo angeli neque per essentiam diuinam concurrentem instar speciei intelligibilis, neque per speciem impressam diuinæ essentia, possunt Deum naturaliter cognoscere, sed solum arguitur ex iis, atque in iis, quæ facta sunt, tamquam in effectis manu ducentibus quemcumque intellectum creatum in notitiam sui conditoris: quod est per speculum *creaturarum, ac in ænigmati*, vt Paulus 1. ad Corinth. 13. ait, Deum cognoscere. Angeli ergo, sicut & nos, cognoscunt quidem Deum quoad prædicata aliqua sibi propria, in quibus à rebus omnibus creatis distinguitur, qualia sunt, esse substantiam quamdam infinitam, potentiam, ac sapientiam similiter infinitam, actum purum, primam causam sempiternam, &c. quia intellectus creatus assurgere potest per ea, quæ facta sunt ad hæc omnia cognoscenda, præsertim angelicus ob sui maximam nobilitatem & excellentiam. Quamuis autem intellectus angelicus, hæc omnia in creaturis, atque ex creaturis de Deo euidenter cognoscat, non tamen cognoscit quidditatiue Deum, quia non attingit illum, vt est in se, modumque diuinæ substantiæ, cuius hæc omnia

Angeli per quid Deum cognoscant.

Angeli naturaliter non cognoscunt Deum quidditatiue.

A sunt prædicata propria: quod tamen ad cognitionem quidditatiuam de Deo erat necessarium.

Quidam ex sectatoribus D. Thomæ afferunt per eandem notitiam, qua angelus suam substantiam ac naturam intuetur, cognoscere naturaliter Deum esse, cæteraque prædicata, quæ de Deo naturaliter cognoscit: & quoniam, non solum ex seipso cognoscit Deum naturaliter quoad ea omnia, sed etiam ex cæteris creaturis, ordine ac pulchritudine vniuersi, consequenter affirmant, tot numero, totque specie esse in vnoquoque angelorum notitiis, quibus naturaliter Deum cognoscunt, quot sunt in eis notitiæ creaturarum, ex quibus in notitiam conditoris assurgunt. Sententia hæc inde ortum habuit, quòd arbitrentur, numquam angelos discurrere, quasi, dum ex effectu cognoscunt causam, aut ex causa effectum, aliam notitiam, etiam in eodem temporis puncto, forment de effectu, & aliam de causa, aliòve numero intuitu & assensu simplici assentiantur complexionibus, quæ obiectiue sunt à parte rei, de effectibus, & alio complexionibus, quæ sunt de causis, sed vno & eodem.

Sententiam hanc mihi non possum persuadere, quin potius arbitror, distinctam esse notitiam, non solum numero, sed etiam specie, quæ Angeli de se ipsis, aut aliis rebus creatis formant, ab ea, quam de Deo naturaliter cognoscunt, & complexionibus quæ de eo sunt, formant, distinctamque esse assensum, quo veritatibus rerum creaturarum assentiuntur, ab assensu naturali, quo veritates, quæ Deo conueniunt, approbant. Ducor, vt hæc existimem, quoniam notitia, qua Angeli propriam substantiam ac naturam intuentur, cæteraque notitiæ & assensus, quos de aliis rebus creatis formant, vnde in notitiis conditoris ascendunt, sunt notitiæ intuitiue, assensusque visuales: notitiæ verò, quæ de Deo naturaliter cognoscunt, atque assensus, quibus veritatibus, quæ ei conueniunt, assentiuntur, sunt notitiæ & assensus abstractiui: vna autem & eadem notitia non potest esse simul intuitiua & abstractiua: quod etiam habet locum in assensibus: quin potius angeli ex rebus ipsis creatis, quas intuitiue cognoscunt, atque ex notitiis intuitiuis, quas de eis formant, arguitur efformant notitiam abstractiuam substantiæ cuiusdam infinite, actus puri, primæ causæ, &c. quam euidenter ex rebus ipsis creatis, tamquam ex illius effectibus, esse intelligunt: at tamen notitia abstractiua. Notitia autem illa quam quæro ratione esse potest illa alia intuitiua, quam de rebus creatis formant, imò illæ alie intuitiue distinctæ inter se speciei, quibus varias res creatas percipiunt: Certè nulla ratione id esse potest. Potiusque concedam in angelis discursum, sine temporis mora, & sine compositione circa præmissas & conclusiones, sed solum quoad formationem distinctæ notitiæ, & distincti assensus, quo assentiantur rei, quam ex alia cognoscunt, quando vna notitia est intuitiua & alia abstractiua modo explicato, quàm concedam eos eadem prorsus notitia, non solum specie, sed etiam numero, eodemque prorsus assensu, vtrique obiecto assentiri. Illud

F autoribus contrariæ sententiæ darem libenter, si rei natura pateretur, vt vna & eadem notitia apprehensua esset in angelis comparatione vtriusque obiecti, illos eodem intuitu & assensu sine vilo profus discursu cognoscere se, aut qualis alias creaturas, & creatorem, quoad notitiam, quam Angeli de eo habent naturaliter in illis. Verum tamen quia notitiæ apprehensuæ de vtroque obiecto, non possunt esse in angelis eiusdem rationis, ac proinde nec assensus, qui cum eiusdem notitiis sunt necessarii

Intuitiua & abstractiua cognoscuntur eodem modo non potest esse simul intuitiua & abstractiua

Angeli vt per assensum assentiantur

can

coniuncti, inde est quod Angeli per accidens, modo explicato, discurrant in cognoscendo naturaliter creatorem ex creaturis.

Scoti sententia. Scotus in dist. 3. q. 9. affirmat Angelos cognoscere quidem Deum, verum non per suam substantiam cognitam, neque per alias res naturales, sed per speciem diuinam essentiae eorum mentibus in instanti, in quo conditi sunt, a Deo infusam, ea tamen specie non elicere notitiam intuitiuam, sed abstractiuam diuinam essentiae, eod quod non representent eo modo quo species, quae intuitiuam notitiam, sed quo species, quae abstractiuam notitiam inseruiunt. Addit, eiusmodi speciem (& consequenter cognitionem Dei per ipsam elicitam) neque esse Angelis omnino naturalem, neque omnino supernaturalem, sed quodammodo naturalem, & quodammodo supernaturalem: naturalem quidem, quatenus ad ordinem gratiae, mediisque beatitudinis supernaturali proportionata, minime spectat: supernaturalem vero, eod quod Angelus viribus suis naturalibus eam comparare nequirit, neque enim talis erat, qualem per seipsum posset acquirere, ut erant species, quibus Deus Adam mentem, in quo instanti ille conditus est, locupletauerat, sed qualem solus Deus potuit producere.

Eam probat primò. Hanc suam sententiam probat primò, quoniam cognitio vnus per aliud obiectum cognitum, est cognitio discursiua: sed Angeli ex sententia D. Thomae non discurrunt: ergo non cognoscunt diuinam essentiam per suam substantiam, aut per alias res creatas cognitatas, sed per speciem.

Secundò. Secundò, quoniam cognitio, quam Angelus habet de Deo, est distincta: sed hanc haberi nequit, nisi, vel per speciem, vel per aliquid in quo res cognoscenda eminenter contineatur: cum ergo essentia diuina, nec in substantia Angeli, nec in aliis rebus creatis contineatur eminenter: efficitur, ut Angeli nec per suam substantiam, nec per alias res creatas comparent eam notitiam de Deo, sed per speciem diuinam essentiae.

Tertiò. Tertiò, naturalis beatitudo Angeli excedit naturalem beatitudinem hominis, etiam eam quam homo habebat in statu innocetiae: sed quamuis homo in statu naturae lapsae solum habeat cognitionem de vltimo fine generaliter sumpto, in statu tamen innocetiae habere potuit notitiam distinctam de vltimo fine in particulari: ergo Angelus potest habere adhuc cognitionem magis distinctam: hanc autem esse nequit nisi per speciem representantem abstractiuè diuinam essentiam: ergo in Angelo datur species, per quam diuinam essentiam cognoscit.

Quartò. Quartò, talis species abstractiuè representans distinctè diuinam essentiam esse optimè potest: ergo non est deneganda nobilissimo intellectui inter creatos, qualis est angelicus. Consequentia patet: quia non videtur ei neganda omnis ea intellectiua perfectio, quae infra ordinem gratiae & gloriae esse possit. Antecedens verò probatur, quoniam Paulus post raptum recordabatur diuinam essentiam, & eorum, quae vidit: quod esse non potuit nisi per speciem conseruatam, & in memoriae thesauro ex tali visione relictam, abstractiuèque representantem ea quae vidit.

Quintò. Quintò, possumus ita argumentari cum Caietano hoc loco, & Ferrariensi 2. contra gentes, cap. 98. Vnus Angelus per suam substantiam cognitam non potest cognoscere de alio Angelo id, quod est proprium alteri Angelo, sed solum praedicata sibi & alteri Angelo communia: ergo pari ratione de Deo non poterit per suam substantiam cognitam cognoscere, quod est proprium Dei, sed solum praedicata sibi & Deo communia: id quod cum absurditatem

A contineat, dicendum erit, Deum per speciem sibi propriam ab Angelo cognosci.

Diriment quaestionem propositam sequentes conclusiones. Prima sit. Diuina potentia dari potest species abstractiuè representans diuinam essentiam, imò & mysterium gloriosissimae Trinitatis, idque non solum in Angelis, sed etiam in nobis, ac proinde potest tam in Angelis quam in nobis per diuinam virtutem dari notitia abstractiua essentiae diuinae, per quam quidditariuè, & ut est in se, cognoscatur, antequam intuitiuè conspiciatur. Hanc cum Scoto asserimus & ostendimus quaest. 1. artic. 2. disputatione vltima. Lege quae ibi dicta sunt.

B Secunda conclusio. Talis species, aut notitia, si detur, nec Angelo, nec nobis erit naturalis, sed supernaturalis simpliciter. Quare loquendo de notitia, quam Angeli de Deo possunt naturaliter habere, optimè D. Thomas hoc loco docuit, non esse per speciem, sed per ea, quae facta sunt, & potissimum per substantiam ipsorummet cognitam. Haec probatur, tum quia species representans abstractiuè, & notitia per talem speciem elicitam, non datur nisi post notitiam intuitiuam: ergo talis species, & notitia, quae sit ante notitiam intuitiuam diuinam essentiae, non erit naturalis: tum etiam, quia talis species haberi non potest, nisi à Deo infundatur: qua ratione Scotus ipse affirmat ea ex parte eam esse supernaturalem: cum ergo debita non sit naturae Angelorum, eo modo quo, iuxta Doctores qui affirmant Angelos non accipere species à rebus, sed eis à Deo infundi in instanti, quo sunt conditi, debita illis sunt species aliarum rerum: consequens profectò est, ut species illa non sit illis naturalis, quemadmodum illis essent naturales species aliarum rerum, ordo quippe creaturae non postulat ut Deus earum rerum species infundat, quarum cognitionem creaturae intellectu praedita suis viribus aliunde possunt comparare: quare cum Angeli multò melius quam nos, per ea quae facta sunt, & praesertim per suam substantiam, cognoscere potuerint Deum esse, esse primam causam, &c. necesse non fuit, ut acciperent speciem infusam Dei representantem: sicut nec Adamus eam, similem ob causam, accepit.

C Tertia conclusio. Probabilis existimo eiusmodi speciem non fuisse infusam Angelis supernaturaliter. Ratio, quae me mouet, est, quia id non erat necessarium. Licet enim in eis fuerit fides infusa mysterij adorandissimae Trinitatis, reuelatiouque supernaturalis eiusdem mysterij, ad id tamen necessaria non est noua species, sicut nec in nobis: sed ex notitiis, quas de Deo, & ceteris terminis, quos mysterium illud continet, naturaliter formant, possunt illi mysterio dare assensum supernaturalem, si diuinitus ad eum adiuentur, ut de nobis ipsis in Concordia quaest. 1. 4. artic. 13. late ostensum est.

D Ad primum ergo Scoti, neganda est maior, si vniuersim intelligatur. Deus namque optimus maximus per suam essentiam cognitam, & in sua essentia cognita, intelligit creaturas omnes eadem illa notitia, qua suam essentiam comprehendit, idque absque vilo discursu. Quare falsa est maior propositio Scoti. Quod ad rem tamen attinet, de qua sermo est in argumento, iam ostendimus Angelos discurrere per accidens, dum vel ex sua propria substantia cognita, vel ex aliis rebus naturalibus, in Dei notitiam naturaliter ascendunt: eod quod notitia, qua se Deum cognoscunt, abstractiua sit: ea verò qua se, & ceteras res naturales, intuitiua: quae in vnam & eandem numero notitiam coincidere non possunt.

E Ad secundum, si nomine cognitionis distinctae

1. Conclus. Dari posse diuinam virtutem speciem qua abstractiuè diuinam essentiam representat.

2. Conclus.

3. Conclus. Angelis non fuit infusa species, qua Deum supernaturaliter essentiam representaret.

Ad primum Scoti argum.

Ad secundum.



intelligatur quidditatiua, neganda est maior: si verò euidens quoad prædicata, quæ de Deo cognoscunt, nempe quod sit infinitus, sapientissimus, &c. non attingendo eum, vt est in se, concessa maiori neganda est minor: per creaturas namque, quæ Dei sunt effectus, à diuina perfectione infinite deficientes, cognoscuntur illa omnia de Deo euidenter, nõ solum ab Angelis, sed etiam à nobis.

Ad tertium. Ad tertium data maiori, ad minorem negari in primis debet hominem in statu naturæ lapsæ non habere cognitionem in particulari de suo vltimo fine naturali, Deo optimo maximo: licet enim de eo non habeat cognitionem quidditatiuam, habet tamen cognitionem in particulari, quam per ea quæ facta sunt adipiscitur, qualem profectò habuerunt Philosophi naturales, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.* Deinde si nomine, notitiæ distinctæ, intelligatur quidditatiua, neganda est minor, & consequentia: si verò intelligatur euidens, iuxta sensum paulò antea explicatum, concessa minori, & consequentia, neganda est minor vterius subsumpta, eam nempe notitiæ haberi non posse, nisi per speciem: tam enim à nobis, quàm ab Angelis, haberi potest per ea quæ facta sunt, vt paulò antea dictum est.

Ad quartum. Ad quartum si sit sermo de diuina potentia, concessio antecedente, negetur consequentia. Neque enim quicquid Deus per suam omnipotentem virtutem potest supernaturaliter facere, quod ad ordinem gratiæ & ad beatitudinem supernaturalem non pertineat, tribuendum est Angelis.

Ad quintum. Ad quintum concedatur antecedens, & negetur consequentia. Ratio est, quia substantia vnius Angeli non est effectus substantiæ alterius: est verò effectus proprius Dei: per effectum autem proprium causæ prædicatæ illi propria possumus cognoscere, in quibus ab effectu distinguitur.

QVÆSTIO LVII.

De Angelorum cognitione respectu rerum materialium.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angeli cognoscant res materiales.



CONCLUSIO affirmat, & est communis. D. Thomas arbitratrur res materiales ab Angelis cognosci per species infusas. Scotus verò per acquiritas iuxta modum quæst. 55. artic. 2. explicatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum Angeli cognoscat singularia.

Angeli cognoscut singularia.



CONCLUSIO affirmat, contrariumque esset error in fide. Probatrur, quoniam Angeli in Scripturis sanctis narratur fuisse locuti cum singularibus hominibus de rebus singularibus, vt cum Abrahamo, Loth, Moysè, vtroque Tobia, beata Virgine, &c. *Omnesque sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*, vt ad Hebræos primo habetur. Eorumque naturæ & custodiæ traditi sunt homines in particulari, vt ex illo

Matthai 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in caelis est*, constat: hæc autem præstare non possent, nisi cognoscerent singularia. Adde, quod demones tentant homines, vt ex Scripturis sacris est manifestum: id autem efficere non possent, nisi eos cognoscerent in particulari. Reliqua quæ hoc loco dici poterant, dicta sunt quæstione 55. articulo secundo.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli cognoscant futura.



SPRIMA conclusio. Ea futura, quæ idcirco necessaria sunt, quod à causis necessariis proueniant, ab Angelis certò, & sine vlla fallentia cognoscuntur: vt solem oriturum cras, posito quod motus cæli non esset: tali, vel tali die futuram eclipsim Luna, aut Solis, &c. Hæc probatur, quoniam Angeli sua scientia naturali penetrant causas omnes naturales: ergo in causis atque ex causis cognoscent multò meliùs, quàm nos omnes effectus inde necessariò profecturos.

CONCLUSIO Secunda conclusio. Effectus futuri, qui pendent à causis quidem, quæ suapte natura impediri possunt, sed ad vnum sunt determinatæ, certò cognosci possunt ab Angelis, quatenus præcisè ab eis pendent, & quatenus, quod impediantur, pender à similibus causis agentibus ex necessitate naturæ, determinatisque ad vnum: non verò vt pendent à causis indeterminatis ad vnum, aut in quantum ab eiusmodi causis possunt impediri. Causas indeterminatas ad vnum, seu indifferentes ad plura, diximus quæst. 14. artic. 13. disputat. 12. esse in primis liberum arbitrium, tam diuinum quàm angelicum & humanum, & voluntatem puerorum, & amentium, in quibus licet non sit libertas cum ea notitia boni & mali, quæ sit satis ad culpam, est tamen aliqualis libertas. Deinde appetitũ sentientem brutorum, in quo quasi vestigium quoddam libertatis ad quosdam actus cernitur. In paucis etiam quibusdam aliis euenientibus asseruimus indeterminatorem ad vnum, seu indifferentiam ad multa reperiri. In reliquis verò causis naturalibus inueniri quidem determinationem ad vnum, licet magna ex parte sint eius naturæ, vt impediri possint. Si ergo omnes causæ, quæ continentur in hoc vniuerso, essent huius posterioris generis, sanè Angeli certò cognoscere possent effectus omnes futuros, etiam eos, qui à causis, quæ suapte natura impediri possent emanarent, siue effectus essent de numero rarò contingentium, siue vt plurimum, siue eorum, qui æquè à causis naturalibus euenire solent, & non euenire. Ratio est, quia penetratis causis, cognoscerent certò, quæ essent de facto impediendæ, & quæ non, & subinde, qui effectus essent de facto futuri, & qui non: quæ causa est, cur dixerimus paulò ante, Angelos certò cognoscere effectus futuros, quatenus pendent ab huiusmodi causis, & quatenus à similibus aliis possunt impediri: non verò quatenus mediâtè vel immediâtè pendent à causis indeterminatis ad vnum, quales sunt illæ, quas numerauimus, & quatenus ab eisdem mediâtè vel immediâtè impediri possunt. Lege quæ diximus disputatione duodecima citata.

FERTIA conclusio. Illos solos effectus futuros Angeli non possunt certò cognoscere, qui proximè vel remotè pendent à libero arbitrio, aliisque causis indeterminatis ad vnum, ab eisve proximè, vel remotè

motu impediri possunt. Coniecturis tamen, spectata complexione cuiusque harum causarum, si corporeae sint, spectatisque aliis circumstantiis concurrentibus, conicere possunt Angeli quid probabilius sit euenturum. Hae posterior pars conclusionis notissima est, praesertim si habeatur ratio, tum acuminis intellectus Angelorum quo naturas rerum optime penetrant, tum etiam diurnae experientiae, qua longo tempore quid in similibus euentibus soleat ut plurimum euenire, sunt experti. Ex ea vero & ex praecedente conclusione facile quiuis intelliget, quam multa arte demonum praedici possint: solum quippe excipimus à certa ipsorum cognitione futura, quae à libero arbitrio, paucisque aliis causis ad vnum minime determinatis, proximè vel remotè pendet, & praecisè quatenus ab eis pendet: & in his adhuc, ex iudiciis, circumstantiisque concurrentibus, ob diurnam experientiam, quam habent, conicere optime possunt, quid probabilius sit euenturum. Vnde Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxae, cap. 4. *Praedictum, inquit, demones quandoque ea, quae longe futura sunt, perspicentes, quandoque verò conicientes, unde, & pleraque mentiuntur: quibus non prestanda fides, & si sepenumerò (cecu diximus) vera proferunt. Sciunt autem & Scripturas. Omnis igitur praedictas ab ipsis excogitata est, &c.*

Prior verò pars conclusionis non solum est receptissima, sed etiam est de fide: illa namque sola sunt, quae propriè sunt futura contingentia, vtpote quae ab omni fatali necessitate sunt libera, possuntque, spectato etiam ordine toto causarum vniuersi, euenire, & non euenire, ut ex dictis quaestione 14. articulo 13. est manifestum: cognoscere autem futura contingentia propria virtute solius est Dei, iuxta illud Isaia 41. *Annuncians quae ventura sunt in futurum, & sciens, quia Dixit estis vos. Et cap. 49. Ego sum Deus, & non est similis mei, annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quae nondum facta sunt.* Ratione etiam probatur, quoniam eiusmodi contingentia non cognoscuntur ab Angelis esse futura in ipsismet: eò quod nondum sint, possintque re ipsa non esse: neque in causis, eò quod causae indifferentes sint, ut ex eis, vel eueniant, vel non eueniant: neque ex rationibus terminatorum, eò quod neutrum extremum vendicat sibi alterum, sed indifferentia sunt, ut vnum, vel conueniat, vel non conueniat alteri: nec item erit indicare aliud, vnde certò ab eis cognoscantur esse futura: ergo non cognoscuntur ab Angelis, sed à solo Deo, qui ob altitudinem ac eminentiam suae scientiae, certò illa cognoscit certitudine proveniente, non ex re ipsa cognita, sed ex altitudine & perfectione diuinae cognitionis, ut quaest. 14. artic. 13. explicatum est.

ARTICVLVS IV.

Virum Angeli cognoscant cogitationes cordium.

Sensus quaest. explicatur.

ICERT, si vim nominis spectes, nomine cogitationum cordis, eae intellectus cogitationes intelligantur, quae à voluntate imperantur: quaestio tamè vniuersum excitatur de operationibus tantum intellectus, quam voluntatis, praesertim de liberis: quamvis & de merè naturalibus, idem, quod de liberis, videatur etiam dicendum.

Quomodo Angeli ex effectibus cognoscant cogitationes cordium.

Conueniant omnes in prima conclusione, quam D. Thomas statuit hoc loco, nempe non solum Angelos, sed & nos, posse per effectus cognoscere cogitationes & affectiones cordium. Aliquando qui-

Adem certò (ut Durandus in 2. dist. 8. q. 5. adnotauit) quando videlicet effectus sunt tales, ut ex eis certò colliganur cogitationes & affectus cordis: si namque Angelus, aut homo conspiciat alium hominem nullo alio eum impellente, currere, certò inde colliget & intelliget, eum velle currere. Aliquando verò solum probabilitè, quando scilicet coniectura solum est indicium probabile: quo pacto ex vultu, pulsu, aliisque iudiciis, intelligitur saepe cogitatio, aut effectus cordis. Tantoque plures cogitationes & affectus intelliguntur ab Angelis, quam à nobis, eoque meliùs & subtilius, quò plures magisque occultos effectus, quam nos, cognoscunt, cum profundiori penetratione, & certiori illatione, per qua meliùs inferunt & coniiciunt cordium affectus & cogitationes.

Tota controuersia est, vtrum Angeli suis viribus naturalibus possint immediatè intueri cogitationes intellectus nostri, & volitiones nostras, aliorumque Angelorum: non secus ac immediatè possunt videre substantiam animae nostrae, & aliorum Angelorum. Scotus in dist. 9. q. 1. & 2. & in 4. dist. 10. q. 8. ad tertium; Gabriel in 2. dist. 9. q. 2. & in canonem lect. 11. Maior in 2. dist. 9. q. 3. Ockhamus & quidam alij, in ea sunt sententia ut dicant, Angelos posse quidem suis viribus naturalibus cognoscere cogitationes & volitiones nostras, aliorumque Angelorum: eas tamen de facto non cognoscere, eò quòd id ita expediens sit. Ea verò ratione eas non cognoscere, quòd Deus subtrahat suum concursum generalem, ne intellectum earum eliciant: non secus ac subtrahendo similiter suum generalem concursum effectus, ut ignis in fornace Babylonica non exureret tres illos pueros, quos alioquin suapte natura combussisset: *Quando verò, inquit, vnus Angelus suum dirigit conceptum ad aliū, aut ad alios, ut cum eis mentaliter loquatur, tunc Deus concurrit cum eo, aut cum eis concursu generali, ut inspiciant, agnoscantque conceptum, qui ad eos per mentalem locutionem dirigitur: eoque ratione vnus Angelus loquitur cum alio, aut cum aliis cum quibus vult loqui, ceteris non audientibus.*

Scoti & aliorum opinio.

Probant hi Doctores suam sententiam. Primò, quoniam cogitationes intellectus & volitiones, sunt obiecta intelligibilia: eò quòd ens & intelligibile recurrant: praeterea existunt actu, nec minus videtur proportionata intellectui cuiusuis Angeli, quam potentiae quibus insunt, tanquam causis à quibus emanant, nempe quam intellectus & voluntas: eum ergo quiuis Angelus intuitiue cognoscat intellectum & voluntatem alterius, poterit etiam intellectiones & volitiones, quae eis potentiis inhaerent, intuitiue agnoscere, nisi Deus suum illis subtrahat concursum vniuersalem.

Probatum Primò.

Secundo, vnus Angelus intuitiue cognoscit suas intellectiones & volitiones: anima item nostra intuitiue cognoscit suas intellectiones & volitiones: sed intellectiones vnus Angeli, aut animae, non minus proportionatae sunt intellectui Angeli superioris, quam intellectui eius Angeli, aut animae, in qua sunt: eò quòd in quodcumque obiectu potest potentia intellectiua inferior, possit superior, & quodcumque obiectum proportionatum est potentiae intellectiuae inferiori, sit etiam superiori: ergo vnusquisque Angelus, si Deus illi non subtrahat concursum suum, poterit optime intueri intellectiones & volitiones animae nostrae, & Angelus superior intellectiones, & volitiones Angeli inferioris.

Secundò.

Tertiò, vel in vno Angelo est species intelligibilis, qua aliquando possit intuitiue cognoscere intellectiones & volitiones alterius, vel non. Si des hoc

Tertiò.

secun

secundum: ergo nequam poterit eas intuituē cognoscere, ac proinde non poterit esse inter eos mutua intellectualis locutio: quandoquidem intellectualis auditio, ad quam intellectualis locutio ordinatur, & quam requirit, nihil aliud est, quam intuitus & perceptio conceptus seu cognitionis, quam Angelus, qui mente loquitur, dirigit ad eum, qui mente etiam audit. Si verò des primum: ergo statim ac intellectio, aut volitio fuerit in alio, intuebitur eam Angelus per speciem, quam in se habet: non secus ac per species aliarum rerum intruetur res alias statim ac ille sunt in rerum natura. Nec videtur satisfacere, quod D. Thomas, sectatorēque illius dicunt, nempe intellectus cogitationes ac volitiones, quae libero arbitrio subiacent, esse suapte natura occultas, quousque cogitans, aut volens per suam liberam voluntatem eas alteri manifestet. Hoc, inquam, non videtur satisfacere. Tum quia non videtur, quid efficiendo, quāve ratione voluntas cogitantis aut volentis eas in ipsismet manifestet, si suapte natura sunt occultae. Praefertim, cum obiectum, postquam actu existit, nō liberē, sed naturaliter concurrat ex parte sua cum potentia cognoscēte, vt percipiatur. Vnde sicut in potestate voluntatis non est, vt ignis, in competenti distantia ad calefaciendum constitutus, nō calefaciat: ita in potestate volentis, aut cogitantis non est, vt volitio aut cogitatio ipsius, postquam actu existit, vel percipiatur, vel nō percipiatur ab alieno intellectu: vt item percipiatur ab vno intellectu, & non ab aliis, vt D. Thomas, sectatorēque illius volunt. Tum vel maximē, quoniam sicut cogitationes intellectus libero subiacent arbitrio, ab eoque imperantur, sic etiā eidem subiacent, ab eoque imperantur actus externi, vt ambulatio: actum verò externum subiacere libero arbitrio, non tollit quin ab Angelo, eo ipso quod actu existit, percipiatur: quare neque tollit, quominus intellectus cogitationes similiter cognoscantur. Neque refert has esse spirituales, illos verò corporeos: quippe cum Angeli substantias spirituales, potentias item spirituales in eis existentes percipiant. Præterea motus locales Angelorum res spirituales sunt, libero Angelorum arbitrio subiacentes, vt quaest. 53. ostendimus: & tamen ab aliis Angelis, eo ipso quod in rerum natura sunt, percipiuntur. Adde, libertatem eximere quidem actum liberum a coactione ac necessitate naturae, vt precludatur: non verò vt cognoscatur eo ipso, quod est in rerum natura: quippe cum libertas coactioni ac necessitati naturae, comparatione causa, à qua producitur, opponatur: non verò cognitioni.

Quætionem diriment sequentes conclusiones. Prima, Angeli de facto, neque cordis nostri cogitationes & affectiones, neque aliorum Angelorum intelligunt. Hæc est communis, & contrarium pugnat apertē cum Scriptura sacra. Probat ex illo 2. Paralip. 6. & 3. Reg. 8. *Tu solus nostri corda filiorum hominum.* Hierem. 17. *Præsum est cor hominis. & in scrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam.* Tob 6. *Ecce in celo testis meus, & conscius meus in excelsis.* Sapient. 1. *Renum testis est Deus, & cordis scrutator est verus.* Act. 1. *Tu Domine, qui corda nostri omnium.* Ad Hebr. 4. *Discretor est cogitationum, & intentionum cordis.* 1. ad Corinth. 14. *Si omnes propbetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: occulta enim cordis eius manifesta sunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quod verè Deus in nobis sit.* Vbi manifestē docet Paulus, reuelationem secretorum

2. Conclus. Angeli non cognoscunt cogitationes aliorum Angelorum, nec hominum.

A cordis à solo Deo, qui solus propria virtute corda hominum nouit, euenire posse. Vnde de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 80. rectè dicitur: *Inernas cogitationes diabolum non videre, certi sumus, sed motibus eas corporis ab illo, & affectionum indicis colligi experimento didicimus. Secreta cordis ille solus nouit, ad quem dicitur: Tu solus nostri corda filiorum hominum.* Hæc ibi. Meritò etiam ex eisdem testimoniis colligunt sancti Patres, cognoscere cogitationes cordis esse indicium manifestū diuinitatis, indèque Christum fati se esse verum Deum, vt ipse asserbat, comprobasse, quòd Pharisaorum cogitationes percipieret, & manifestaret. Ita Chrylóstomus homil. 30. in Matth. Hieronymus in illud Matth. *Sciens cogitationes eorum.* Ambros. 5. lib. in Luc. cap. 2. & in illud 1. ad Corinth. 2. *Quis hominum scit que sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & que Dei sunt, nemo cognoscit nisi Spiritus Dei.* Et in oratione de obitu Theodosij, Cyrillus lib. 2. in Ioannis Euangelium, cap. 37. Beda lib. 2. in Luc. cap. 17. & Origenes, aut quicumque alius eius operis autor, in illud Iob 1. *Circum uertam.* Cauenda est ergo Durandi opinio in dist. 8. q. 4. asserentis, de fendi posse, Angelos cognoscere cogitationes cordis præfentes, non tamen futuras: atque hoc solum esse Dei proprium, quod nō solum præfentes, sed etiam præteritas, futuras, & possibiles cognoscit.

C Secunda conclusio. Consonantius Scripturis sanctis, atque ad eò probabilius multò existimo, Angelos suis viribus naturalibus cognoscere non posse cogitationes, & affectiones cordis. Hæc est D. Thomae, & Caietani hoc loco, D. Bonaventuræ in 2. distinct. 8. quaest. vltima. Richardi ibidem artic. 2. q. 4. Gregorij dist. 9. q. 1. Capreoli dist. 8. q. 1. & complurium aliorum. Probarique potest primò, quoniam vt ostensum est, communis vox Ecclesie & Sanctorum dicit, solum Deum esse scrutatorem cordium, quam ex testimoniis citatis colligunt. Si autem Angeli suapte natura essent etiam scrutatores cordiū, idèque solum illa de facto non scrutarentur, quòd Deus suum concursum generalem supernaturaliter illis subtraheret, utique non solum Deus sic absolute, vt à Sanctis & Scripturis dicitur, esset appellandus cordium scrutator.

Secundò, Sancti viri ex eo quòd Christus Math. 9. Lucæ 5. & aliis sæpe cognouerit & aperuerit hominum cogitationes, colligit ipsius diuinitatem: posseque colligi innuit satis aperte Paulus testimonio illo 1. ad Corinth. 14. citato: si autem demones suapte natura eas etiam possent cognoscere, sanè non rectè inde colligeretur: ergo Angeli suapte natura cognoscere nequeunt cogitationes cordium. Tertio, nulla species priuatur vt plurimum à Deo optimo maximo operatione sibi naturali: esto ratio per miraculum destituta aliquando, vt ignis olim in fornace Babylonica ne exureret tres illos pueros. Vnde Augustinus 7. de ciuitate Dei, cap. 3. Sic, inquit, *Deus administrat omnia qua creauit, vt etiam ipsa proprios exercere, & agere motus sinat.* Et lib. 5. contra Iulianum: *Neque Deus, inquit, ita naturam creat, vt leges auferat, quas dedit motibus cuiusque nature:* ergo cognoscere cogitationes & affectiones cordiū, non est Angelis naturale, sed supernaturale: alioquin Deus non solum speciem infimam, sed genus etiam integrum Angelorum de facto priuaret operatione sibi naturaliter debita. Quarto, nō solum demones de facto ignorant cogitationes, & affectus cordis nostri, sed etiam Angeli boni: aliàs non diceretur 1. Paralip. 6. *Solum Deum cognoscere corda filiorum hominum:* sed licet reddi possent ratio, quare Deus da-

Solum De...
Angeli in...
cogita...
motibus...

monibus denegat cognitionem cogitationum, & affectuum cordis nostri, ipsis alioquin naturalem, ne scilicet vehementius & grauius nobis infidentur, si nouerint statum conscientiae nostrae: nulla tamen reddi potest rationabilis ratio, cur eandem Angelis, sanctis denegat. Cum ergo Deus, nec suum concursum vniuersale subtrahat, nec ceteras naturales leges infringere soleat, nisi rationabilissima maximaque aliqua de causa efficiatur profectò, vt naturale Angelis non sit cogitationes & affectus cordis nostri cognoscere.

Fateor, iuxta Scoti & aliorum opinionem, multò facilius & melius posse explicari quo modo Angeli inter se mente loquantur, quam iuxta hanc nostram, de qua re inferius suo loco est dicendum. Fateor item iuxta hanc nostram opinionem, esse difficile rationem reddere, quare potius cogitationes & affectiones cordis suapte natura Angelos lateant, quam ex substantiae & potentiae spirituales, quibus insunt, tamen propter rationes, quibus secundam conclusionem confirmauimus, & quòd consonantius id sit Scripturis sacris, adhaerendum potiùs puro opinioni, quam sequimur. Neque mirum alicui videri debet, si in rebus ad eò sensibus & experientia nostra semotis, nostram aliquando profiteamur ignorantiam, aut non tam exactas, quam in aliis rebus, rationes afferamus. Vt enim Aristoteles 1. Ethicorum, cap. 3. prudenter docuit, *eruditus est, eas omnes exactam in vnoquoque genere explanationem requirere, quatenus pati rei ipsius natura potest.*

Angeli cur naturaliter cognoscere non possint eorum cogitationes.

Iuxta opinionem ergo D. Thomae, asserentis Angelos non accipere species à rebus, sed eos per species infusas intelligere, non alia mihi commodior occurrit ratio, quare cogitationes & affectiones cordis nostri, aliorumque Angelorum, suapte natura notitiam eorum intuitiuam fugiant, quam quia non acceperunt species earum à Deo, idque propterea quòd ordo naturalis (vt supra ostensum est) postulat, vt earum tantum rerum infusas infundatur, quarum ipsi per seipso non possunt acquirere cognitionem, & quarum ordo ipse, optimaque constitutio vniuersi postulat, vt per species à Deo infusas intelligant: quare quia Angeli proprietarium cogitationum & volitionum quasi per experientiam, siue infusione aliarum ad id specierum, habent cognitionem: non secus ac nos, siue vllis aliis speciebus ab speciebus obiectorum, quasi per experientiam cognoscimus cogitationes, ac volitiones nostras (experitur enim quibus nostrum se intelligere, quando intelligit, & se velle, quando vult) Angeli verò ex proprijs intelligentionibus & volitionibus conicere poterant similes intelligentiones & volitiones in alijs notitia abstractiua (non secus ac nos ex nostra conicimus similes in alijs) idque quando eis manifestarentur signis aliquibus per liberum arbitriū aliorum factis, vel ipsi intuerentur indicia earum: & insuper ordo, & constitutio optima vniuersi postulabat, vt cogitationes cordis cuiusque intellectualis, ac liberae creaturae essent alijs occultae, nisi quatenus ipsa locutione vellent eas manifestare: inde est, vt data eis non fuerint species intuitiuae representantes cogitationes & volitiones cordium, & nostras, & aliorum Angelorum. Haec dilucidiora fient ex iis quae statim subiungam, dum exposuero, quid dici possit iuxta eorum sententiam qui arbitrantur, Angelos accipere species à rebus.

Angelorum locutiones & illuminationes, nisi per signa externa.

Iuxta haec igitur dicendum est, tam illuminationes, quibus Angeli superiores illuminant inferiores, quam mutuas locutiones, quas inter se conferunt, fieri per signa externa, nutritque externos: spirituales tamen, quos modis nobis occultis sibi inuicem

A poterunt multò melius exhibere, quàm nos, dum verbis, aut nutibus inter nos loquimur. Dicendum praeterea est, Angelos numquam habere intuitiuos conceptus volitionum, aut cogitationum aliorum Angelorum, qui cum ipsis loquuntur, aut à quibus illuminantur: posse tamen habere intuitiuos conceptus earum rerum, de quibus illuminantur, aut de quibus alij cum eis loquuntur, pro qualitate rerum, de quibus inter eos agitur. Sicut enim inter nos, discipulus habere nequit intuitiuum conceptum cognitionis magistri: potest tamen eum habere de rebus, de quibus à magistro eruditur, modò illa intuitiuum conceptum patiantur: sic etiam in Angelis, licet vnus habere non possit intuitiuum conceptum de conceptu alterius, à quo illuminatur, vel qui cum ipso loquitur: habere tamen illum potest de re, de qua illuminatur, aut de qua alius cum ipso loquitur, si talis res eum ferat. Quòd si eum non patiantur, eò quòd res sit futurum contingens, aut cogitatio alicuius hominis, habebit solum conceptum abstractiuum.

Angeli non habent intuitiuam cognitionem cogitationum ceterorum.

B Nemo autem arbitretur nos rationem, quam data opinione D. Thomae, & aliorum qui arbitrantur Angelos non accipere species à rebus, reddidimus hactenus, quare cogitationes cordis sint suapte natura Angelis occultae, existimare esse de mente D. Thomae: longè enim aliter philosophatur D. Thomas hac de re. Arbitratur namque, dum Angeli inuicem loquuntur, vnusve illuminat alium, eum, qui mente audit, aut illuminatur, cognoscere intuitiuè conceptus, seu locutionem mentis, qua alius cum ipso loquitur: conceptusque & volitiones, tam nostras, quam Angelorum, esse solum suapte natura alijs Angelis ignotas, interim dum is, cuius sunt, non dirigit illas in alium, quo cum vult loqui: per liberam autem solum volitionem ac directionem eorum in alium, abique alio signo aut nutu, vult illa esse naturaliter nota, ab eo tantum ad quem dirigitur: non verò ab alijs: etsi tunc cognoscibilia conceptu intuitiuo. Quae sanè difficillima sunt intellectu, nec nobis vera videntur, propter argumenta, quae supra pro opinione Scoti proposuimus, & propter ea quae, dum de locutione Angelorum erit sermo, dicemus.

Opinio D. Thomae de locutione Angelorum.

C Sunt nonnulli ex sectatoribus D. Thomae, qui ea ratione arbitrantur cogitationes cordis ignotas esse Angelis, quòd Angeli à principio non acceperint species earum. At vobis, inquit, quando vnus Angelus suas cogitationes dirigit in alium, vultque illas esse illi notas, Deus in Sundis demò species earum illi, ad quem dirigitur, & quo cum ille alius vult loqui: eaque ratione ille solus, & non alij, illas percipit, notitia intuitiua. Sententia haec modum explicat, quo vnus Angelus pro suo arbitrio loqui possit mente cum alio, aut alijs, ceteris non audientibus. Non tamen credo eam esse de mente D. Thomae, qui meo iudicio arbitrat, Deum à principio infudisse Angelis species omnium rerum, quas successu temporis possent intuitiuè cognoscere. Praeterea, iuxta hanc sententiam non esset dicturus D. Thomas, idè cogitationes cordis esse Angelis occultas, quia subiacerent libero arbitrio eius, cuius sunt, fierique manifestas per hoc quod is, cuius sunt, vult eas esse alteri manifestas: sed dicturus esset, esse suapte natura occultas, quia Deus non infudit species earum: fieri verò naturaliter manifestas, quando Deus temporis successu infudit earum species: easque, quasi lege naturali, infudere iis tantum, quibus Angelus, cuius sūt, vult esse manifestas. Praeterea, praeterquam quòd incredibile videatur, Deum eam legem ita statuisse, etsi tunc tam frequenter paratum ad infundendas

Sectatorum D. Thomae opinio.

Impugnatur.

tot species, pro arbitrio singulorum Angelorum, qui vno, aut altero tempore cum his, aut cum illis vellect loqui: esset multiplicare in Angelis innumeras species infusas singulorum conceptuum ac volitionum, quas alii vellect manifestare. Præterea id non esset cogitationes cordis esse suapte natura Angelis occultas, sed Deum non infundendo à principio species, illas occultasse: successu verò temporis eas infusione specierum manifestare: quod nescio quàm consonum sit Scripturis sanctis, ac dictis Patrum.

Quid dicendum iuxta eorum sententiam qui dicunt angelos accipere à rebus species.

Iuxta eorum verò sententiam, qui arbitrantur Angelos intelligere per species acceptas à rebus, non aliud dicendum occurrit, nisi intellectiones & volitiones, tam nostras, quàm Angelorum, eius videri esse naturæ, ut non ab aliis per experientiam & suo modo intuitivè percipiuntur, quàm ab iis, qui eas eliciunt. Cuius rei hæc est ratio. Quia vno duorum modorum videntur percipi per experientiam. Primum, per ipsamet, quasi primariò sint perceptiones suorum obiectorum, & consequenter ipsarummet: ita videlicet, ut quemadmodum existentia rei creatæ, efficiendo formaliter existere rem, cuius est existentia, facit se ipsam existere existitque se ipsa, sine alia existentia superaddita: sic quoque visio, verbi gratia, coloris, efficiendo formaliter potentiam visivam videre colorem, cuius est visio, & perceptio tamquam obiecti, eo ipso quòd eandem potentiam informat, estque actus vitalis illius, se ipsa, absque alia notitia, facit eandem potentiam experiri ipsamet visionem, quam in se habet, ac vitaliter dicit. Quis enim nostrum, percipiendo quodcumque obiectum, videtur, in se ipso per experimētum comprehendere, quòd per eandem potentiam percipit ipsam notitiam, qua percipit obiectum, absque aliqua alia cognitione, per hoc solùm quòd vitaliter eam elicit, habetque sibi formaliter insidentem. Itaque duobus modis potentia cognoscitivā percipit, aut experitur aliquid. Vno modo, tamquam obiectum perceptionis & cognitionis: & hac ratione potentia visiva solùm percipit obiectum coloratum aut lucidum: quo proinde modo non percipit suam visionem, quæ ut nec colorata, nec lucida est, ita nec cadit sub visivam potentiam tamquam obiectum actus videndi. Atque in hoc sensu negat Aristoteles 3, de Anima cap. 2. & in libro de somno & vigilia cap. 2. visum videre suam visionem. Alio modo potentia cognoscitivā quasi percipit & experitur aliquid, tamquam perceptionem ipsam & cognitionem: & ad hoc non indiget actu cognoscendi superaddito, quo illud cognoscat: quia percipit & experitur illud ipsum in se habendo, atque in se vitaliter producendo. Secundo modo cognitiones percipiuntur quasi per experientiam à potentiis, per notitias, quas de eis formant, & hoc modo sensus exterior non percipit suam sensationem, ut visus non percipit suam visionem, ut vult Aristoteles locis citatis: sed sensus communis percipit sensationes externas: & inter potentias organicas, ut nulla potest reflectere supra se ipsam, sic nulla suam hoc modo cognitionem percipit: sed id pertinet semper ad potentiam superiorem. Intellectus verò, quia reflectere potest supra se ipsum, eò quòd sit potentia spiritalis, percipere potest per distinctam notitiam suam intellectionem. Potentia ergo superior non percipit cognitionem potentiæ inferioris, ut sensus communis visionem, nisi per speciem à notitia visiva obiecti transmissam per nervuum opticum in sensum communem: vna tamen atque eadem species repræsentat sensui communi

A intuitivè obiectum visu perceptum, & cognitionem, qua illud percipit, ac proinde mediante illa eadem specie sensus communis, & apprehendit intuitivè obiectum per potentiam videndi perceptum, & visionem, qua à facultate videndi fuit perceptum: sicut enim species infervens ad memoriam, quia resultat ex notitia obiecti antea cognitum, non solùm repræsentat obiectum ipsum, sed etiam cognitionem, qua cognitum fuit: repræsentatur namque illud, ut antea cognitum: & ideo est ratio non solùm apprehendendi iterum obiectum, sed etiam apprehendendi illud, ut antea cognitum, ita quòd per concursum talis speciei redit simul in memoriam, tum obiectum antea cognitum, tum etiam cognitio, qua antea fuit cognitum, & vtriusque recordamur: sic quoque species illa transmissa in sensum communem, quia resultat ex notitia visiva obiecti, non solùm est ratio sensui communi intuendi obiectum visu perceptum, sed etiam visionem, qua cognitum est: eòque modo potentia superior percipit directè actum & cognitionem potentiæ inferioris per speciem transmissam à notitia, & repræsentativam obiecti cognitum à potentia inferiori, utendoque illa ad perceptionem talis obiecti. Observandum est tamen, intellectum non videri percipere intuitivè suam cognitionem, nisi primo modo dumtaxat: notitia namque reflexa, quam de sua cognitione format, non videtur esse nisi abstractiva, quasi arguitivè ex eo, quod in se experitur, efformata.

Quia ergo cognitio suapte natura non videtur cognoscibilis intuitivè, nisi formando illam, aut per speciem notitiæ inferioris potentiæ in potentiam superiorem transmissam, qua repræsentat obiectum, ut cognitum à potentia inferiori residente in eodè supposito: efficitur, ut cognitionem vnius supposito, cognoscere intuitivè non possit naturaliter aliud suppositum, ac proinde, ut angeli naturaliter non possint intuitivè cognoscere cognitiones nostras, aliorumque angelorum. Hæc ratio vim etiam habet in opinione D. Thomæ, negantis speciem acquisite in Angelis, & asserentis infusas. Cui hæc rationes non placuerint, quæ certè non videntur contemnenda, confugiat ad naturas rerum nobis in hac vita occultas, vel aliam quarat: libenter enim meam hæc de re profiteor ignorantiam.

De volitionibus etiam idem videtur dicendum, eius videlicet esse naturæ, ut non cognoscantur intuitivè & per experientiam, nisi ab eis, à quibus eliciuntur vitaliter. Salvo autem meliori iudicio, puto, ex motibus seu actibus appetitus sensitivi in corde & hepate residentibus, derivari ad phantasiam residentem in capite species, quibus illos intuitivè & per experientiam cognoscit: ex tali verò cognitione remanere imaginem, & quasi vestigia quædam in thesauro memoriæ sensitivæ, quibus illorum postea recordamur. De volitionibus verò nostris, vel dicendum est, cum resident in spiritali potentia animæ, nempe in voluntate, nec ab intellectu distent, ipsamet sufficientes esse, ut concurrant in modum speciei intelligibilis cū intellectu, ut intellectus intuitivam notitiam earum eliciat, animæque, & homo per intellectum experiat, se habere illas in se ipso: quod magis placet, vel dicendum est, ab illis produci species in intellectum, quibus easdem intuitivè intelligit: quòd minus approbo. Ex notitia autem intuitiva & quasi experimentalis, quam intellectus de eis format, resultat in memoria intellectiva imago & quasi vestigium quoddam, quo postea anima recordatur se eas volitiones habuisse.
Lego.

Lege hac de re August. 10. confessionum cap. 15. & 10. de Trinitate cap. 9. 10. & 11. & Dium Thomam infra quaestione 87. articulo 4. In Angelis dubitandum non est, ipsaer volitiones concurrere in modum speciei intelligibilis cum intellectu Angeli, cuius sunt, vt eadem intuitiue intelligat.

Supereft respondeamus ad argumenta, quibus probatur Angelos suis viribus naturalibus intueri posse intellectiones & volitiones nostras, caeterorumque Angelorum, nisi Deus suum subtrahat concursum vniuersalem.

Ad primum Scoti & aliorum. Ad primum ergo, concessio antecedente (cogitationes namque cordis intelligi posunt abstractiue & intuitiue a quocumque intellectu eius suppositi, in quo sunt, vt diximus: idque est satis, vt sint obiecta intelligibilia. Prater ea non ideo intelligi nequeunt intuitiue ab intellectu alterius suppositi, quod improportionata illi sunt, sed ob causas, quas reddidimus) neganda est consequentia.

Potentiarum namque, in quibus cogitationes cordis sunt, dantur species intelligibiles in intellectibus aliorum Angelorum intuitiue eas representantes: ipsarum vero cogitationum non dantur, vt offensum est.

Ad 2. Ad secundum, concessio maiori, & minori, neganda est consequentia. Non enim ideo cognosci nequeunt intuitiue ab Angelo superiori, quod improportionatae sint intellectui illius: quandoquidem, si illi inessent, ab eoue essent vitaliter elicita, non minus eas intuitiue cognosceret, quam Angelus, aut anima in qua sunt: sed quia, ob rationes redditas, non dantur earum species intelligibiles, quibus ab alieno supposito intelligi intuitiue valeant.

Ad 3. Ad tertium, quidquid Dium Thomas, sectatoreseque illius affirmare videantur, dicendum est, non dari species intelligibiles in Angelis, quibus aliquando intuitiue cognoscant cogitationes & volitiones aliorum Angelorum, vt dictum est. Vnde concedendum est, numquam posse eas intuitiue cognoscere. Neque inde sequitur, non posse, dari inter Angelos locutionem per signa & nutus spirituales: ad id namque necessaria non est intuitiua cognitio conceptuum angelorum, qui loquuntur, sed praeter intuitum signorum perceptionem, sufficit perceptio rerum, de quibus per talia signa loquuntur, vt explicatum est. Ea vero, quae obiciuntur contra primum eorum, quae in argumnto assumuntur, videntur sufficienter probare institutum.

A corum malitia redemptio generis humani per mortem Christi, & alia bona impedirentur. Vnde daemones incarnationem, etiam postquam facta est, ignorauerunt. Etenim quando diabolus ad tentandum Christum in deserto accessit, ignorabat Christum esse Filium Dei, eiusque naturam non existere in suo proprio supposito.

Probat Scotus suam sententiam. Primo, quoniam omnia mysteria gratiae, quae ex tempore executioni sunt mandata, sunt entia creata: nullum vero ens creatum improportionem habet, vt, quando actu in reru natura exiit, intuitiue cognosci possit ab intellectu angelico: quod fit, vt, nisi Deus suum concursum generalem eis subtrahat, singuli Angeli omnia mysteria gratiae possint naturaliter intuitiue cognoscere, quando illa actu existunt.

Secundo, quonia si mysteria gratiae non possent naturaliter cognosci ab Angelis postquam facta sunt, ideo vel maxime esset, quod essent entia supernaturalia, ensque supernaturaliter cognosci non possit: sed esse quippiam ens supernaturale, non tollit quin, postquam actu exiit, cognosci valeat naturaliter: ergo Angeli cognoscere possunt mysteria gratiae naturaliter. Minorem probat, quia ens non dicitur supernaturale comparatione causae cognoscentis, sed comparatione causae efficientis: illud quippe ens, quod produci nequit, nisi a causa supernaturali, dicitur ens naturale: quod fit, vt esse aliquid ens supernaturale, non tollat quin, quando actu existit, cognosci naturaliter possit a causa naturali.

Tertio, quoniam vnus Angelus beatus vider naturaliter actum beatificum alterius: qui tamen est supernaturalis. Quarto, Angeli naturaliter vident in sacramento altaris non esse substantiam panis, atque adeo accidentia esse ibi sine subiecto: ergo cognoscere possunt modum supernaturalem, quo accidentia illa existunt sine subiecto, nec non existentiam supernaturalem corporis Christi loco substantiae panis in sacramento altaris. Quinto possumus argumentari, Angeli naturaliter cognoscere poterant in humanitate Christi deesse propriam personalitatem, atque adeo naturam illam non esse in proprio supposito, idque esse supernaturale: cognoscebant praeter ea eam nullo modo existere posse in rerum natura nisi vel in proprio, vel in alieno supposito: ergo naturaliter cognoscebant vnitam esse alieno supposito diuino, atque adeo cognoscebant naturaliter mysterium supernaturale incarnationis.

E Amplectenda est nihilominus Diui Thomae sententia, quae est probabilior. Ad cuius intelligentiam sciendum est, duobus modis dici aliquid supernaturale, vt quaestione i. articulo. i. dictum est. Vno, perse, quia scilicet suapte natura aliter produci nequit, quam supernaturalter, vt gratia, vnio hypostatica, & alia huiusmodi. Altero, per accidens, quia scilicet res ipsa producta de numero est earum, quae per causas naturales produci possunt, producit tamen supernaturaliter: huiusmodi est oculus restitutus caeco nato, vinum a Christo Domino in nuptiis factum, natura humana per resurrectionem reproducta, &c. Entia supernaturalia prioris generis vult Dium Thomas cognosci non posse naturaliter a creaturis intellectu praeditis, etiam postquam talia entia facta sunt: quia sicut suapte natura excedunt facultatem naturae, vt producantur, sic quoque vt cognoscantur: eaque de causa affirmat, nec a nobis, nec ab Angelis cognosci posse intuitiue, nisi solum

Suadet ab eode Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

D. Th. ma. sententia probabilior.

duobus modis dici aliquid supernaturale.

Quae gratia mysteria cognoscere angelis nequeant natura viribus.

ARTICVLVS V.

Virum Angeli cognoscant naturaliter mysteria gratiae.

DISPUTATIO I.

RIM A conclusio Diui Thomae est. Angeli ex suis tantum naturalibus mysteria gratiae nequeunt agnoscere, non solum antequam fiant, vt est notissimum, sed quod sint de numero futurorum contingentium, quae ex libera voluntate Dei pendent, sed etiam postquam facta sunt.

Contrarium huius conclusionis asseuerat Scotus in 4. distin. 10. quaestione 8. dicens, omnes angelos ex suis naturalibus mysteria gratiae posse cognoscere, non quidem antequam fiant, sed postquam facta sunt. Angelis vero malis denegatum fuisse quaedam eorum agnoscere, Deo cum eis non concurrente ad eam cognitionem elicendam, ne

Molina in D. Thom.

D d d super

D. Th. ma. conclusio.

Scoti contraria sententia.

supernaturaliter : quod facultatem naturalem virtutum angelici etiam intellectus excedant , eique improportionate sint. Et quidem cum naturalis ordo solum postulat , ut Angelis infundantur species accommodatæ ad intelligendas res , quæ in eo ordine rerum , in quo Angeli constituuntur , naturaliter produci possunt , ut quæstione 55. art. 2. & articulo præcedente explicatum est : sanè , iuxta D. Thomæ sententiam , Angelis non infunduntur species ad intelligendas res suapte natura supernaturales , sed solum ad intelligenda alia , atque adeo non possunt eas naturaliter notitia intuitiva intelligere. Iuxta sententiam verò eorum , qui arbitrantur Angelos intelligere per species desumptas à rebus , dicendum erit : intellectum angelicum & huiusmodi res suapte natura supernaturales esse improportionem quamdam ex natura rei , ut ab eis species naturaliter accipiant : sicut etiam est inter intellectum nostrum & easdem res , ac plures alias.

In mysteriis itaque gratiæ , si quæ interueniant ex se naturalia , vel tunc producta , vel relicta , aut resultantia , poterunt Angeli , tam boni quam mali , ea percipere notitia intuitiva naturali , ex eisque aliqua alia , etiam supernaturalia , coniciere , quæ per notitiam abstractiuam attingant , quantum ex naturalibus , quæ cognoscunt , pro mentis acumine valuerint asurgere , modò ad illa attendant , nec peculiari aliqua de causa concursu generali , ad ea percipienda prorsus necessario , destituantur. Verbi gratia , circa mysterium incarnationis , etiam demones potuerunt intueri humanitatem Christi in puncto temporis intra virginis uterum absque femine viri de purissimis virginis sanguinibus fuisse fabricatam , virginitatis claustra integra , iniuitataque permansisse , non solum in fabrica , sed etiam in egressu , & post egressum humanitatis Christi. Videre etiam potuerunt penetrationem corporis Christi cum corpore virginis , cum natum est , & in lucem prodire : ad id enim satis fuit utrumque corpus in eodem prorsus loco intueri. Potuerunt etiam resurrectionem Christi , & Lazari , nec non alia miracula , quæ Christus Dominus patravit intueri , scilicet quæ ea omnia esse supernaturalia. At verò quod natura Christi humana producta subito in téporis momento sine femine viri , vnita esset Verbo diuino , modùmque ineffabilis illius vnionis , & quod homo ille , qui mirabiliter natus , & post mortem mirabiliter resurrexit , ac tunc miracula fecit , esset verus Deus , nulla ratione valuerunt intueri : tamen si tum ex iis omnibus iudiciis , tum etiam ex iis quæ prophete in Scripturis de Christo fuerant variatim additis iis quæ Simeon , Anna prophetissa , Angeli que de eodem ad pastores dixerunt , & ex plerisque aliis , demones , etiam ante mortem , descensum ad inferos , ac resurrectionem Christi , coniciere optime , imò & certò scire valuerunt , eum esse Messiam in lege promissum , Deumque verum & hominem , atque adeo humanitatem illam supposito diuino esse vnitam , nisi Deus , in commodum & utilitatem generis humani , ut commodius mysterium nostre redemptionis perficeretur , illis concursum generalem denegasset , ne ad multa attendere , & nisi ipsi præ malitia sua se ipsos excocassent. Propter primum horum ait August. 9. de Ciuitate Dei cap. 21. *Christum tantum innotuisse demonibus , quantum voluit : voluit autem quantum oportuit.*

Quæ verò in mysteriis gratiæ supernaturalia ex se , & ex sua natura sunt , ut præter vnionem hypostaticam sunt effectus sacramentorum , & vnuer-

sim habitus omnes infusi ex se supernaturales , ut character , fides , spes , caritas , & alij similes , visio beatifica , & id genus alia , nec demones , nec angeli boni , ex suis tantum naturalibus intueri possunt in animabus nostris , aut in aliis Angelis , sed contemplantur demaxat ea coniciere ac exultare.

Sententia Diui Thomæ confirmari potest , quoniam Dionysius 7. cap. cælestis Hierarchia docet , inferiores Angelos à superioribus didicisse Christum , qui ut homo ad cælos ascendebat , regem esse gloriæ , Deumque verum , & hominem : superiores verò Angelos à Deo immediatè id accepisse. Exponit autem Dionysius illud Psalmi 23. *Attollite portas principes vestras , &c. quasi superiores Angeli , qui à Deo immediatè incarnationis mysterium acceperunt , inferiores alloquantur , eisque rei notitiam interrogantibus tradant.* Quo eodem modo exponit eundem locum Hieronymus in illud ad Eph. 3. *Ut innotescat principibus & potentatibus , &c. Quare , ex mente Dionysij , Angeli ex suis naturalibus cognoscere non potuerunt mysterium incarnationis , etiam postquam factum est.* Verba Dionysij hæc sunt : *Hæc Theologi planè tradunt , inferiores cælestium naturarum ordines à superioribus rite diuinas scientias disceptare. Summos autem à Deo ipso suo capti doceri mysteria. Dominum esse virtutum cælestium , regemque gloriæ , cum qui in cælo , ut hominum docuit , elatus est.* Item Iulianus Martyr in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos affirmat Angelos ex ignorantia dixisse : *Quis est iste rex gloriæ ? Quoniam ij , inquit , qui in cælis erant principes , deforme eum sine honore & gloria videbant , cum eum non cognoscere , querebant : Quis est iste rex gloriæ ? Idem affirmat Gregorius Nazianzenus oratione 42. cum sic ait : *His qui propter corpus , & passionis signa , que in descensu non allata , secum ascendens tulit , mente dubia , & ancipiti sunt , atque ideo percuntiantur : Quis est iste rex gloriæ ?**

Præterea ibidem subiungit Dionysius , ab ipso merito Christo , ut homo erat , aliqua eos circa mysterium incarnationis , eave , quæ pro nobis ut homo gessit , didicisse : in eumque modum exponit illud Isaiæ 63. *Quis est iste , qui venit de Edon , iunctis vestibus de Bosra , iste formosus in stola sua , gradens in multitudine fortitudinis suæ ?* Et infra : *Quare ergo rubrum est indumentum tuum , & vestimenta tua sicut calcantium in torculari ?* Ut sit vox Angelorum , qui , extra se quodammodo positi , & hæsitabundi , Christum in cælum ascendente interrogabant. Verba autem illa : *Ego qui loquor iustitiam , & propugnator sum ad saluandum.* Et rursus : *Torcular calcavi solus , & de genibus non fuit vir mecum , &c.* quasi sint Christi responso , qua eos doceat. Eodemque modo exponunt eadem verba Hieron. in illud ad Eph. 3. citatum , Cyillus lib. 12. in Ioann. c. 38. arque hi duo Patres , & Theod. Dionys. Carthuf. & plerique alij in eodem Isaiæ locum. Origenes tra. 15. in Marthæum , Pamphilus etià in Apologia pro Origene , quid de resurrectione senserit , citat testimonium ex Origene in expositione Pl. 15. vbi eodem modo illud exponit , tamen aliij ad alias discrepantes expositiones diuerterint. Verba Dion. sic habent : *Alia autem ad ipsum IESUM aspectum herentes , diuinitati eius pro nobis suscepti operis scientiâ discentes , IESUM quæ ipsum eas per se docerem , ac primum eis suam in homines benignitatem explicantem. Ego enim inquit , loquor iustitiam , & iudicium saluatoris. Miror autem primas etiam cælestes naturis & essentias , quæ tantum præstant omnibus diuinarum illustrationum , atque disciplinarum quasi medium locum teneant , timide cupiditate duci.*

Neque

Quæ naturaliter possunt tam boni , quam mali percipere.

Dæmones quæ & quælibet de Christo agnouerunt , & quæ non.

Neque enim per se quarunt: cur rubra sunt vestimenta tua: sed secum primo dubitant in quo declarant quidem se dicere diuinamque scientiam cupere, sed doctrinam & illustrationem qua concedatur diuino progressu & ordine, non occupant.

Eandem sententiam sequitur Gregorius Nazianzenus oratione 42. & Ambrosius de institutione virginis cap. 5. cum dixisset: Ioseph, cum beatam virginem grauidam agnouit, ignorasse eam esse virginem, addit: Resurrectionem Christi Angeli ignorauerunt, quod significat versiculi: Tollite portas principes vestras, &c. Interrogant, quasi ignorent. Et alij respondent, dominus fortis & potens, Dominus potens in praesidio, ipse est rex gloria. Quomodo ergo potuit diuinum scire secretum, quod Angeli nesciebant? & in Isaie libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosphoro, & virique minus erat hominem resurrexisse, quam Virginem parturire, &c. Quibus verbis perspicue Ambrosius affirmat, Angelos ignorasse resurrectionem Christi, etiam postquam gesta fuit. Verum de hac re disputatione sequenti redibit sermo.

Ad primum Scoti responsum. Ad primum argumentum Scoti neganda est minor: ostensum namque est, entia per se supernaturalia improporionata esse, vt per cognitionem intuitiuam naturalem ab intellectu creato cognoscantur.

Ad secundum. Ad secundum, neganda est etiam minor, si de ente supernaturali per se intelligatur. Ad probationem dicendum est, quamuis eiusmodi ens supernaturale dicatur comparatione causa, a qua potest produci, ostensum tamen esse id quod eo modo supernaturale est comparatione causa efficientis, esse etiam obiectum supernaturale, ac improporionata comparatione causa naturaliter cognoscens.

Ad tertium. Ad tertium negandum est antecedens. Praesertim si sermo sit de Angelo beato, non qua beatus est, sed qua Angelus est: tunc enim concedendum esset visionem beatificam, atque adeo beatitudinem essentialem cuiusque beati, etiam a malis Angelis per cognitionem intuitiuam naturaliter attingi posse, quod nullam habet probabilitatem. Si vero sit sermo de Angelo beato, qua beatus est, tunc esto id concederetur, inde non fieret, vt intellectus ille naturaliter id videret, sed supernaturaliter ratione luminis gloriae, virtutisque supernaturalis intellectui adiuncta. Quod ad rem attinet, num scilicet certus Angelus beatus, vt Michael, qua beatus est, videre possit visionem beatificam, habitusque supernaturales, virtutibus luminis gloriae, quo est affectus. Respondendum arbitror, si sermo sit de propria ipsius visione beatifica, lumine gloriae proprio eiusdem, & de propriis habitibus supernaturalibus, qui Michaeli, verbi gratia, insunt, arbitror, inquam, respondendum, non solum posse, sed etiam de facto illa videre. Ducor in hanc sententiam, quoniam sunt sufficienter coniuncta cum intellectu beato: lumen autem gloriae sicut proportionata efficit beatam mentem, vt inuenitur diuinam essentiam, qua infinito intervallo in gradu spiritualitatis, rei que supernaturalis, omnia qua numerata sunt superat: sic etiam, imò multo magis, eam reddit proportionatam, vt ea omnia inueniatur. Quod si loquamur de visione beatifica, & lumine gloriae caeterorum beatorum, atque de habitibus supernaturalibus, qui vel comprehensores reliquos, vel viatores ornant, arbitror, ea ab illo certo Angelo cognosci non posse, non quidem quod obiecta non sint proportionata ad eius intellectum, sed quod non habeat species intelligibiles eiusmodi obiectorum, quibus illa, qua suapte na-

Molina in D. Thom.

tura occulta sunt, intelligat, nec debita illi sint. Quod si Deus alicui beatorum infundat aliquas species eorum obiectorum, tunc habebit eorum notitiam per reuelationem eorum in proprio genere: quod nullus negat posse accidere. Poterit etiam Deus eadem illis ostendere in Verbo, prout ad statum, aut ministerium cuiusque eorum, visio spectauerit, quod nullus etiam inficiatur.

B Ad quartum concedendum est antecedens: quoniam sicut naturaliter videntur substantiam panis si ibi esset, ita respiciendo ad species sacramentales, nec ibi eam inueniendo, naturaliter cognoscunt non esse ibi: non secus ac nos naturaliter videmus tenebras esse, inspiciendo aërem, qui poterat illuminari, nec tamen illuminatur, vt Aristoteles 2. de anima cap. 10. text. 103. docet. Cum verè naturaliter videantur accidentia in Sacramento existere & abesse subiectum cui inhaereant, sanè naturaliter vident ea sine subiecto existere. Eo tamen antea concedente concessio, si in prima parte consequentis (quam Scotus loco citato non inuitit: solam enim secundam collegit) sermo sit de modo supernaturali, quo accidentia ibi existunt, quoad influxum supernaturalem, quo Deus efficiendi modum eis praebet, neganda est consequentia: influxus namque ille, modusque efficiendi illum effectum, supernaturalis est suapte natura, & Angelos later, nisi Deus, vel in proprio genere, vel in Verbo cum modum alicui manifestet. Si verò loquamur de modo quo ibi existunt, quoad effectum illius influxus, quia videlicet conspiciunt illa existere sine subiecto in quo sint, concedenda est consequentia: quoniam id non est aliud, quam cognoscere ipsummet accidens, quod est res naturalis, cum negatione existentiae illius in subiecto, quem effectum intelligunt optime, esse non posse per vires naturae, atque adeo arguitur cognoscunt notitia abstractiuam, Deum ibi operari supernaturaliter: ignorant tamen modum, seu influxum illum specialem & supernaturalem, quo id efficiat. Quod attinet ad secundam partem consequentis, de existentia supernaturali, qua corpus Christi loco substantiae panis sub speciebus sacramentalibus desinit, si Scotus eam intelligat, quasi Angeli cognoscant modum illum quoad influxum supernaturalem in humanitatem Christi, per quem ibi Deus sacramentaliter eam collocat, neganda est consequentia: quoniam influxus, modusque ille existendi suapte natura est supernaturalis, ideoque Angelis, etiam beatis, naturaliter occultus. Si verò sit sermo de ipso corpore Christi ibi sacramentaliter, indubitanterque collocato coparatione cuiusque puncti specierum ac spacij, quod illa occupant, res est discutienda cum de venerabili, reconditoque Eucharistiae sacramento disputabitur.

C **D** **E** **F** Ad quintum, qui affirmant suppositum in rebus creatis addere aliquid reale supra naturam, confiteri coguntur, non solum Angelos beatos, sed etiam daemones, naturaliter posse cognoscere (nisi Deus, vel per subtractionem concursus generalis, vel aliqua alia supernaturali ratione tenebras eis offundat) non quidem influxum supernaturalem, quo Deus efficiebat naturam humanam Christi existere sine proprio supposito, sed eam esse sine proprio supposito, atque adeo ab aliquo alio, vel supposito, vel natura subsistente, tamquam a sustentante eam, pendere, neque illud esse aliquid naturalium, qua ipsi essent nota: atque adeo summa cum probabilitate (ne cum euidentia dicam) eos conuicere potuisse vnionem hypostaticam, myste-

Ddd 2 rumve

Ad quartum. Angeli tam boni quam mali, quantum videntur accidentia ab ipso subiecto in eucharistia existere.

Ad quintum. An cognouerint angeli humanitatem Christi non esse in proprio supposito.

Angelus beatus an mediantes luminis gloriae propriae, aliorumque visiones beatificas inueniri possit.

riūmve incarnationis. Hac tamen de re cūm de incarnatione disputabitur plura Deo dante dicemus: tunc planè credo me offensusum, naturalem Angelorum vim latuisse vitum natura illa in proprio esset supposito, an in alieno: non secus ac homines, qui Christum conspiciebant, id ipsum, naturaliter latebat. Ne verò communeantur, qui nihil verum posse esse arbitrantur, nisi quod ex suis ipsi principijs deducunt, quòdque eorum animis iam antea infederit, modum non innuo, quo id defendendum, ostendendumque sit, quousque in materia de incarnatione ex veris principijs illum deducam, efficiamque manifestum.

DISPVATIO II.

Quousque angeli supernaturaliter cognoverint mysteria gratiæ.

Secunda conclusio Diui Thomæ in hoc articulo est. Angeli per visionem beatificam vident in Verbo mysteria gratiæ, non quidem omnia, neque omnes aequaliter, sed superiores & beatores vident plura & altiora, quæ alijs aperiunt, eorum mentes illuminando. Addit Diuus Thomas, quædam ex gratiæ mysterijs esse nota Angelis iam inde à principio suæ creationis: quædam verò post eam ipsis aperiunt, prout eorum officijs congruit: vident autem per principium creationis Angelorum intelligere, non quidem moram, in qua fuerunt in via, antequam diuinam essentiam viderent, sed durationem illam, in qua diuinitatem intueri ceperunt, quæ paulò post primum momentum, quo conditi sunt angeli, inceptit.

Contraria Scoti sententia. Arguētū, soluitur.

Scotus ubi supra negat Angelos videre mysteria gratiæ per visionem beatificam, videre tamen affirmat per reuelationes in proprio genere. Pro qua re argumentatur in hunc modum. Beatus non distinguitur à non beato, nisi quia intuetur obiectum beatificum, quæ tale est, eaque, quæ in eo, quæ beatifici est, continentur: sed mysteria gratiæ non continentur in obiecto beatifico, quæ beatificum est: ergo non cognoscuntur visione beatifica, per quam beatus à non beato distinguitur. Minorem probat, quia non spectat ad beatitudinem cognoscere, quòd gratia huic, vel illi conferatur.

Ad hoc argumentum dicendum est in primis. Licet beatus à non beato distinguatur, quia beatus intuetur obiectum beatificum, non beatus verò non item: simul etiam distingui posse, tam à non beato, quàm à minus beato, quia ea ipsa visione beatifica videt aliqua in obiecto primatio (quod per se ad beatitudinem pertinet) quæ, nec non beatus, nec minus beatus in eo vident. Qui enim magis beatus est, diuinamque essentiam plus penetrat, ea ipsa visione, quæ beatus est, plures creaturas in ea videt, quàm qui minus beatus est, vt quæst. 12. art. 8. ostensum est. Dicendum est deinde, quamuis mysteria gratiæ de numero sint complexionum contingentium, quæ non cognoscuntur vi solius intuitus, quo diuina cernitur essentia, sed necessariò simul sit voluntaria offensio, vel determinationis diuinæ voluntatis, vel diuinæ præscientiæ, quæ Deus prænoit hoc vel illud futurum esse, cūm tamen possit non esse, vt quæstione 12. & 14. art. 13. ostensum est, atque adeò cognitio eorum, nec supponat nec efficiat magis beatum essentialiter, quàm si illa in Verbo non cognoscerentur, vt quæstione 12. art. 3. ostendimus: posse nihilominus manifestari à Deo per visionem beatificam extendendo

A illam peculiari suo influxu ad hæc, vel ad illa obiecta, prout status cuiusque postulatuerit, nec esse opus, vt extensio illa, & offensio in Verbo complexionum contingentium, quæ ad statum cuiusque beati spectant, fiat cūm primùm aliquis beator (modò Christum Dominum, sanctissimamque illius Matrem excipias) sed satis esse, si multa decursu temporis, quando illa eueniunt, ei ostendantur, vt quæst. 12. art. 8. disp. 6. & disp. 5. versus finem in responsione ad primum, & secundum dubium probauimus. Quibus in locis lege quousque complexionibus contingentes, siue ad mysteria gratiæ spectent, siue non, beatis, vel in proprio genere, vel in Verbo ostendantur

B Dubium est, quousque Angeli mysterium incarnationis, antequam fieret, cognouerint. Didisti autem postea de cognitione supernaturali per fidem, quam angeli omnes, tam boni quam mali, habuerunt, dum in via fuerunt, dicimus modò solum de angelis beatis.

C Patres illi, quos disputatione præcedente citauimus, nempe Dionysius, Origenes, Ambrosius, Hieronymus, Theodoretus, & Cyrillus, ac alij plerique, apertè videntur docere, angelos beatos habuisse ignorantiam circa mysterium incarnationis antequam fieret. Imò quidam illorum asserunt illos habuisse ignorantiam multarum circumstantiarum eiusdem mysterij, etiam postquam factæ sunt, vt disp. præcedente ex parte retulimus. Hanc sententiam suadere videntur duo illa testimonia ex Psalmo 23. & Isaia, quibus patres illi ducti id asseruerant. Suadere idem videtur illud ad Ephesios 3. Prout potestis, inquit Paulus, intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus nõ est agnatum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius in Spiritu, gentes esse coheredes, &c.

D Et infra: Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, et innotescat principibus & potestatibus in caelestibus per Ecclesiæ multiformis gratia Dei secundum præfinitionem saeculorum, quam fecit in Christo IESU Domino nostro. In quæ verba Hieronymus: Crux, inquit, Christi non solum nobis, sed & Angelis, cunctisque, in celo virtutibus aperuit sacramentum, quod ante nesciebant. Deniq, ad celum cum corpore reuerentem miratur & dicitur: Quis est iste qui ascendit de Edon, fulgida vestimenta eius ex Bofor. In alio loco: Quis est iste rex gloria. Hac Hieronymus. Et Anselmus in eadem verba Pauli, in cognitione, inquit, huius sapientiæ etiam angelici spiritus profecerunt: quia dum eam Christus, vel per se, vel per Apostolos instrueret, plurima secreta didicerunt angeli, quæ ignorabant. Idè censent Theophylactus, & Oecumenius, Sedulius, & plerique alij dum eum locum expendunt. Nec verò adduximus disputatione præcedente testimonium hoc, neque hos Doctores in confirmationem eius rei, de qua ibi quærebatur: quoniam (si Hieronymum excipias) neque ex eo testimonio, neque ex his Doctoribus colligitur, quicquam eorum quæ ad incarnationem & circumstantias, de quibus in eo est sermo, spectat, latuisse angelos postquam gesta sunt, sed solum antequam gererentur, manifestarenturque Ecclesiæ. Eandem sententiam videtur etiam suadere illud 1. ad Timoth. 3. Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

E F Augustinus 5. super Genesim ad literam cap. 19. aperit vultu, mysterium incarnationis innotuisse in Verbo angelis à principio suæ beatitudinis, tamen si possit

tias, & ea quæ ex mysterio incarnationis secreta sunt illudque supponunt, didicisse eos per militantem Ecclesiā, inter quæ fuit modus vocationis gentium, de quo Paulus ad Ephes. 3. ad literam loquitur, nempe sine vlla obseruatione legalium & sine vlllo prolixo discrimine gentes esse coheredes, & corporales (hoc est, pars corporis mystici Ecclesiæ sub capite Christo, vnâ cum conuersis ex Iudæis) & participes promissionis in Christo Iesu, per Euangelium, vt Ambrosius egregie in eum locum exponit. Idem Paulus, Actorum 9. dum Christus Damascum pergenti apparuit dignitatem doctoris gentium concessit, atque Euangelium per seipsum reuelauit, plenius & apertius, quàm vquam antea manifestauit, per Paulumque prædicari cepit, immo etserque principibus, & potestatibus in cœlestibus, vt ad Ephes. 3. affirmat. Postea verò Petro, ignorantia mysterium illud, reuelatio illa cœli aperti, descendensque vas velut lineæ quatuor iniis de cœlo in terram submissi, in quo mysterium illud significabatur, Actorum 10. facta est. Et licet in ea, & baptismo Cornelij, vocationem sine vlllo discrimine gentium agnouerit, non videtur tamen planè cognouisse cessationem legalium, quousq; post prædicationem Pauli Actorum 15. conquesto ea de re in primo Ecclesiæ Concilio magna celebritate facta est. In quo Petrus, & reliqui, qui cum Paulo & Barnaba conuenerant, plenè ea de re videntur ab Spiritu sancto illuminati, vt definitio illa eiusdem Concilij, visum est Spiritus sancto, & nobis, &c. satis indicat. Non solum autem mysterium illud, sed & pleraque alia, quæ incarnationem sunt consecuta, vt institutionem sacramentorum, Eucharistiæ præsertim, & alia similia videntur Angeli ignorasse, antequàm per Christum in militante Ecclesiā fierent, quæ proinde per militantem eo ipso illis innotuerunt.

Angeli à principio sue beatitudinis an mysterij incarnationis cognouerint.

Primum verò, quod D. Thomas affirmat, omnes scilicet Angelos beatos à principio suæ beatitudinis vidisse in Verbo mysterium incarnationis in genere, alios tamen cognouisse plura, & alios pauciora, circa circumstantias illius, successumque Ecclesiæ post peractam incarnationem, est satis probabile, estque expressa sententia Augustini loco citato. Non tamen est negandum multa postea de currente tempore circa illud mysterium fuisse illis, aliquibusve eorum reuelata, etiam antequàm fierent. Vt Gabrieli tempus, in quo mysterium illud in vtero Beatæ Virginis fuit celebrandum, & modum, vt legatione ad beatam Virginem fungeretur. Et Gabrieli, ac aliis pleraque alia successu Ecclesiæ militantis, iuxta mensuram, quæ muneris & dignitati singulorum expediebat. Atque in hunc modum intelligo Bernardum in sermonibus de aduentu, homilia secunda in laudibus Virginis, dum arbitratur secretum Dei circa incarnationem soli Gabrieli Archangelo ante Virginem fuisse manifestatum. Porro eiusmodi reuelationes, vel in proprio genere, vel etiam in Verbo fieri optimè annis labentibus potuerunt, vt q. 12. art. 8. disp. 6. & ad finem disp. 5. in responsione ad primum & secundum dubium ostendimus. Neque hæc consequentia apud me quicquam valet, hic Angelus, aut hæc anima beata hoc vel illud vidit modò in Verbo: ergo vidit illud à principio suæ beatitudinis, modò (vt locus citatus dictum est) Christum Dominum, sacratissimamque illius Matrem excipias.

Quòd ergo omnes Angeli à principio suæ beatitudinis cognouerint mysterij incarnationis, probatur primò. Quoniam Christus constituendus erat rex gloriæ, caputque proinde, non solum ho-

minum, sed etiam Angelorù, iuxta illud ad Ephes. 1. suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, vt interim præmittam alia scripturæ testimonia: expediens ergo fuit, vt angeli à principio suæ beatitudinis id intelligerent, & expectarent, imò ad eorum statum spectabat id cognoscere. Secundò, quoniam, vt habetur ad Hebræos 1. Angeli omnes sùt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, idque statim cum primum beatitudinem sunt affecti, & cum primum Ecclesiā militans in hoc sublunari mundo incepit: quorū autem hereditatem capiunt salutis, salute facti sunt à lapsu primorum parentum, saluti siue per mysterium incarnationis, atque mortis Christi, omnèque gratiæ, & auxilia in genus humanum post lapsum primorum parentum collata, propter incarnationem & mortem Christi in homines deriuata sunt: ergo Angeli omnes à principio suæ beatitudinis, militanti que Ecclesiæ, cognouerunt in genere incarnationis mysterium, redemptionemque generis humani, tamquam principium quoddam vniuersale ad quod omnia eorum ministeria ordinantur, à quo deriuantur, & vnde vim habent. Tertiò, Prophete cognouerunt, & prædixerunt mysterium incarnationis, mortis, resurrectionis, & ascensionis Christi, redemptionisque generis humani: sed vt ex Dionysio cap. 4. cœlestis Hierarchiæ relatum est, probatque ibi sufficienter ex Scripturis, reuelationes factæ prophetis, ministerio Angelorum factæ sunt, & esto ministerio eorum non essent factæ, negandum non est Angelos sanctos intellexisse sacras literas, & quæ à prophetis prædicebantur: ergo omnes Angeli beati, siue in Verbo, siue in proprio genere, cognouerunt de mysterio incarnationis, antequàm executioni mandarentur, ea omnia, quæ à prophetis cognouerunt, & prædixerunt in Scripturis.

Atque hinc sumitur argumentum cur affirmemus Angelos in die ascensionis Christi non ignorasse ea, de quibus in testimonio illis Psalm. 27. & Isaia 63. est sermo. Ex Scripturis namque ipsi, in quibus illa continentur, quæque tot annis Christi ascensionem præcesserunt, illa eadem didicissent, quando ex aliis capitibus ea non agnouissent. Vt ex saluatione, qua Gabriel Beatam Virginem salutauit, ex qua, & ex iis quæ in natiuitate Christi acciderunt, nec non ex doctrina & miraculis Christi Domini, euidenter colligere potuerunt, Christum esse Deum & hominem: præterquam quòd eum naturaliter videre potuerunt, morientem, descendentem ad inferos, inde quoque sanctorum Patrum animas eruentem, ac resurgentem. Vnde quidam duo illa testimonia Psal. 23. & Isaia 63. exponunt, quasi ex admiratione processerint interrogationes illæ Angelorum, atque ex animo magnificandi Christum: non verò ex ignorantia. Atque in hunc modum exponit testimonium illud ex Psal. 23. August. sermone 5. de ascensione. Alij, meo iudicio, rectius eadem interpretantur, vt sint quasi dialogus quidam Dauidis, & Isaia, in quo, vt magna illa de Christo vaticinentur, Angelos loquentes introducunt, quasi in Dauidis testimonio angelorum exercitus, vel propheta ipse regius Christum ascendentem comitatus dicat: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini porte æternales, & introibit*

rex gloria. Et alijs Angelis rogantibus: *Quis est iste rex gloria?* respondeat: *Dominus fortis & potens, &c.* In testimonio verò Isaie, quasi beati spiritus Christum interrogent, Christi que ipse reddat magnalia illa de se ipso. Itaque verè utriusque testimonij expressiones sunt conceptum ipsorummet prophetarum, quos de Christo ipsiusque dignitate, & ascensione formabant: non verò conceptum Angelorum, ac Christi.

Reuelationes in hoc mundo factæ plurimæ quæ ministerio Angelorum non omnes tamen.

Illud circa verba Dionysij 4. cap. celestis Hierarchiæ admonuerim: Mentem Dionysij non esse, omnia vniuersum, quæ hominibus in hoc mundo reuelantur, ministerio Angelorum eis reuelari. Etenim, quæ Angelis per Pauli prædicationem innotuerunt, non fuerunt Paulo per Angelorum ministerium reuelata, sed immediatè à Christo. Adde, Angelos neque in mentibus hominum, neque aliorum Angelorum producere quicquam posse immediatè, atque adeò neque cognitionem, & reuelationem, sed solummodò proponendo exterius obiecta, aut mouendo imaginationem: quare reuelationes, quæ interius prophetis fiunt, aliæque spirituales illuminationes, quibus & prophetas ipsos, & alios Sanctos viros Spiritus sanctus illustrat, à Deo efficiuntur immediatè sine interuentu ministerij Angelorum. Solum ergo vult Dionysius, reuelationes factas, aut per signa externa, aut exterius Deo alicui apparere factas fuisse ministerio Angelorum Dei personam sustinentium, neminemque Deum vidisse vquam. Vnde quod Exodi 3. dicitur apparuisse Dominum Moysi in flamma ignis de medio rubi, Actorum 7. quasi exponens Stephanus ait, *Apparuit illi Angelus in igne flamma rubi.* Et cum Exod. 19 & 20. dicitur, *Dominum tradidisse legem Moysi,* ad Galatas 3. eadem illa lex dicitur ministrata per Angelos in manu mediatoris, hoc est, Moysi, qui sequester & minister erat inter Deum & populum. Quibus, ad Hebræos 2. de eadem lege additur, *Sienim qui per Angelos factus est sermo, &c.*

Incarnationis verbi an fuerit Angelis in via reuelata.

Quod ad cognitionem supernaturalem per fidem de mysterio incarnationis attinet, quidam affirmant id fuisse Angelis omnibus reuelatum, dum fuerunt in via. Non quidem quoad omnes circumstantias, nempe quod Christus reparaturus esset genus humanum, moriturus, resurrecturus, &c. sed solum, quod futurus esset quidam homo, qui simul esset verus Deus & homo, & caput ac Dominus Angelorum & hominum. Imò sunt, qui asserant Luciferum, & demones eius sectatores, ex ea reuelatione lapsisse ansam rebellandi contra Deum per superbiam & inobedientiam, vt constabit, cum de peccato Angelorum disputabitur. Sunt qui citent D. Thomam 2. 2. q. 2. art. 7. in responsione ad primum, & Augustinum 5. super Genesim ad literam cap. 9. quasi asseruerint Angelos dum fuerunt in via habuisse reuelationem & fidem de mysterio incarnationis. At certè, si attentè legantur, neuter loquitur nisi de Angelis beatis. Clarius videtur D. Thomas innuere eandem sententiam infra q. 64. articulo 1. ad quartum, *vbi mysterium,* inquit, *regni Dei, quod est impletum per Christum, omnes quidem Angeli à principio aliquo modo cognouerunt, maxime ex quo beati sunt visione Verbi, quam demones non habuerunt. Non tamen omnes Angeli cognouerunt perfecte, neque equaliter. Vnde demones multò minus Christo existente in mundo, mysterium incarnationis cognouerunt. Si autem perfectè & per certitudinem cognouissent, ipsum esse filium Dei, & effectum passionis eius, nunquam Dominum glorie crucifixissent.* Hæc D. Thomas.

A Probant hi autores suam sententiam, quoniam vt D. Thomas 2. 2. quaest. 2. art. 7. & 3. parte q. 1. art. 3. ad primum affirmat, consonatque satis Aug. 9. super Genesim ad literam cap. ultimo. Primus patrens in statu innocentiae habuit fidem explicitam Christi, mysterijque incarnationis, non quidem quatenus illa ordinanda erat in redemptionem generis humani, eò quòd homo præsciens non fuerit suæ ruinæ, sed quatenus ad consummationem gloriæ, atque Christus caput esset hominum & Angelorum erat ordinanda. Videriturque id satis colligi ex scripturis sacris. Geneleos enim 2. excitatus Adamus à sopore, quem ei Deus immiserat cum Euam de costa illius fabricauit (quem soporem Augustinus loco citato, & Bernardus sermone 2. dominicæ septuagesimæ, & multi alij, & alij per excessum contemplationis fuisse affirmant, tamen Bernardus non sit admodum ea in re firmus) vidensque mulierem spiritu prophético, vt Augustinus loco citato ait, dicit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Que verba referens & exponens Paulus ad Eph. 5. *Sacramentum,* inquit, *hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* cū ergo de iis, de quibus primi parentes in statu innocentiae habuerunt fidem, habuerunt etiam Angeli dum fuerunt in via, consequens profectò est, vt Angeli omnes, dum in via fuerunt, reuelationem, ac fidem mysterij incarnationis acceperint.

Angelos dum fuerunt in via habuisse notitiam incarnationis futurae sua dicitur primò.

B Adami soporè plerique asserit fuisse excusam.
C Secundo, Christus prædestinatus erat, vt esset caput & Dominus hominum & Angelorum: ergo decens fuit, vt Angelis, dum fuerunt in via, Christus, quæ eorum Dominus, reuelaretur.
Adde, eiusmodi notitiam de Christo per fidem cedere in dignitatem Angelorum, & in honorem Christi, & nec scripturis, nec dictis Patrum repugnare, eaque ratione non videri eis denegandam.
Sententia hæc, nec certa est, nec improbabilis, modò tamen ne talis cognitio de Christo futuro in Angelis concedatur, quæ satis esset, vt ipso adueniente, demones eum certò possent cognoscere, quam notitiam D. Thomas, vt retulimus infra q. 64. negat, dici tamen posset, licet demones eam notitiam, quæ ad id sufficeret, habuerint, Deum tamen cum eis non concurrissè, vt eum certò cognoscerent, demonesque seiplos, ne eum certò cognoscerent, excusasse.

Adami soporè plerique asserit fuisse excusam.

Secundò.

Tertiò.

Angelos omnes in via reuelatione aliquā accepisse Christi futuri nã est improbabile.

E Qui argumentis propõsitis eam sententiam sibi non persuaderet, ad primum negare posset, Adamum spiritu prophético ea, in sensu, quem Paulus exposuit, protulisse: cū ve esse sensum literalem eorum verborum, diceretque eum esse sensum spirituales, quem Adamus non cognouit, sed reuelatus fuit postea Paulo. Id quod satis verba Pauli innunt, dum inquit, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia,* quasi dicat, mihi hoc reuelatum est, & ego sum qui eiusmodi mysterium, ab Spiritu sancto in sensu spiritali intentum, in illis verbis Adami agnosco.

Ad 1.

F Ad secundum ita respondebit. Cū Christus prædestinatus sit vt esset caput hominum & Angelorum, ex præscientia, quòd Adamus esset paraturus, & quòd incarnatio necessaria erat futura ad reparationem generis humani, tamquam ex conditione sine qua non, iuxta D. Thomæ, & sanctorum Patrum communior sententiam, decens non fuisse, vt ante ruinam generis humani, id hominibus, aut Angelis, dum essent in via, manifestaretur.

Ad 2.

Ad tertium negandum est, id omne concedendum fuisse in Angelis dum erant in via ; quod in dignitatem illorum tunc cederet, si status ille id non postulabat. Negandum etiam est, consonantius esse dictis Sanctorum ut plurimum affirmantium incarnationem futuram non fuisse, si Adamus non peccasset, tunc Angelis eam reuelationem fuisse factam.

A moralibus in angelis: at ostendimus t. 2. quæstione 51. art. 1. in nobis concedendos esse habitus primorum principiorum, qui qualitates sint menti superaddita; genereturque ex assensibus primorum principiorum: ergo & in angelis sunt huiusmodi habitus concedendi, qui ex assensibus, & appetitionibus eorum generarentur, & in intellectu, & in voluntate: & quoniam fundamenta huius nostre sententiæ ibi iacta sunt, ne eadem multis in locis inutiliter repetantur, supercedo hoc loco à longiori hac de re disputatione.

QVÆSTIO LVIII.

De modo cognitionis angelicæ.

ARTICVLVS I.

Utrum intellectus Angeli quandoque sit in potentia, quandoque in actu.

Prima D. Thomæ conclusio.

PRIMA conclusio est. Angelus numquam est in potentia ad actum primum comparisonem eorum, quæ potest naturaliter intelligere. Hæc ex eo est manifesta, quoniam ex sententia D. Thomæ Angelus creatus est repletus speciebus intelligibilibus eorum omnium, quæ potest naturaliter intelligere, per quas est in actu primo ad illa omnia intelligenda.

Secunda.

Secunda est. Comparationem eorum, quæ diuinitus ei reuelantur, nihil prohibet esse in potentia ad actum primum, ut ad speciem intelligibilem, qua intelligat gratiam, aut donum supernaturale alicuius.

Tertia.

Tertia est. Angelus potest esse in potentia ad actum secundum comparisonem eorum, quæ naturaliter cognoscit, id est, potest esse in potentia ad actum cognitionem eorum. Probat, quia non cognoscit actu omnia simul: ergo poterit esse in potentia ad actum cognitionem aliorum.

Quarta.

Quarta est. Comparationem visionis beatificæ, qua Verbum, & ea quæ in Verbo illi representantur, intuetur, Angelus beatus semper est in actu. Hæc patet, quoniam visio beatifica, in qua supernaturalis beatitudo angeli est posita, nec omnino, nec ex parte potest corumpi, ut q. 12. art. 8. & 1. 2. dum esset de beatitudine sermo, ostendimus. Ad nouam verò reuelationem faciendam in Verbo, esse potest in potentia antequam fiat, ut art. 8. cicato dictum est. Utrum autem angelus cessare possit à suis ipsius cognitione, diximus q. 56. art. 1. disp. 1.

5. Conclusio. An sine in Angelis habitus infusæ et naturales.

Utrum verò in angelis sint concedendi habitus, tam infusæ, quam naturales, scientiarum & virtutum, quos suis actibus, ad quos sunt in potentia naturali, comparent, si quis quærat, sequens quinta conclusio respondebit. In angelis negari non possunt habitus infusæ, fidei & spei, dum fuerunt in via, & caritatis, atque gratiæ, qui perseuerauerunt in eis, qui beatitudinem sunt adepti. Probat, quoniam ex suis viribus elicere non poterunt actus supernaturales illarum virtutum, quibus vitam æternam promerentur, dum erant in via, neque modò actus supernaturales quos eliciunt in patria: ergo indigebant habitibus supernaturalibus earum, quibus, quoties vellent, elicere eos possent, qui que actus illos ad esse supernaturale eueherent.

6. Conclusio. Angelos suis actibus comparare habitus.

Sexta conclusio. Præter species intelligibiles, concedendi sunt in angelis habitus acquisiti per actus, tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis non secus ac in nobis. Probat, quoniam par est ratio de habitibus primorum principiorum in nobis, & de habitibus tam intellectualibus, quæ

ARTICVLVS II.

Utrum Angelus possit simul multa intelligere.

DISPUTATIO I.



SENTENTIA D. Thomæ hoc loco est, angelos non posse simul cognoscere multa per modum multorum, posse tamen per modum vnius.

Exempli gratia posse cognoscere simul multas partes continui, quando per modum vnius cognoscunt eas in toto, & posse cognoscere simul prædicatum & subiectum quando cognoscunt ea, ut partes totius propositionis: posse item cognoscere simul multa comparata, ut in vna comparatione conueniunt. Pro qua re ponit D. Thomas regulam sequentem. Quæ per vnam speciem, aut rationem intelligendi cognoscuntur, cognosci possunt per modum vnius ac proinde simul: quæ verò cognoscuntur per diuersas species, cognoscuntur in istis multorum, atque ad eò nequeunt simul cognosci.

Contraria sententia semper mihi visa est probabilior, nempe, non solum angelos, sed & nos, posse simul cognoscere multa per modum multorum: posseque simul cognoscere distinctis actibus ea, quæ representantur per distinctas species, non tamen æque perfectè & intensè, ac si potentia ad vnum dumtaxat eorum attenderet: eò quòd pluribus in mentis minor est ad singula sensus. Nec desunt ex secltoribus D. Thomæ, junioribus præsertim, qui non aliud D. Thomam asseuerare voluisse arbitrentur, quàm multa in modum multorum non posse æque perfectè cognosci, ac si vnum dumtaxat cognoscere. Caictanus tamen hoc loco, & alij D. Thomæ antiquiores secltores, D. Thomam existimasse arbitrantur, multa, per modum multorum, nulla ratione posse simul cognosci. Atque hæc sanè videtur eius mens fuisse.

Quicquid tamen de mente D. Thomæ sit, probatur nostra sententia. Primò, quoniam angeli simul intelligunt suam substantiã, & res alias (cum enim ex sententia D. Thomæ, secltorumque illius semper intelligant suam substantiam, ut quæst. 59. artic. 1. disputatione 2. dictum est, sanè, si nõ intelligerent simul alia, numquã ea intelligerent, quod est absurdum) sed substantia angeli, & res materiales non representantur angelis per eamdem speciem, aut rationem intelligendi, eò quòd sua substantiam per ipsammet in ista speciei intelligibilis concurrentem, res verò materiales per species intelligant: ergo quæ representantur per distinctas rationes intelligendi, & quæ cognoscuntur distinctis actibus, possunt angeli simul percipere, atque ad eò cognoscere simul possunt multa multorum in ista. Secundò, inferiores angeli simul possunt cognoscere hominem non esse lapidem, & res corporeas non esse Michaëlem Archangelum: sed hæc non

no representatur illis per eamdem speciem, eò quòd diuersarum naturarum praedicamenti substantia distinctas habeant species, ac proinde hominis & lapidis, rerum corporarum & Michaëlis, diuersas ad intelligendum species acciperint: ergo cognoscere simul possunt, quae representantur per diuersas species. Tertio, & in idem ferè redit, nos & angeli cognoscimus simul differentia rerum, quae representantur per diuersas species, & de quibus rebus in se spectatis formare non possumus vnum & eundem conceptum: sed non possumus cognoscere differentiam earum, nisi simul res ipsas, quarum differentiam agnoscimus in se ipsis apprehendamus: ergo possumus cognoscere simul quae representantur per diuersas species, & quae distinctis conceptibus distinctis que actibus cognoscendi agnoscimus, atque adeò possumus simul multa quasi multa cognoscere. Quarto, visus, ut experientia testatur, simul percipit album, & nigrum, ut hos characteres nigras, & hanc papyrum albam, quorum non potest esse eadem species visiva, aut idem actus videndi: similique modo intellectus simul percipit hanc eadè notitia intuitiua: ergo cognosci simul possunt multa in modum multorum distinctis actibus cognoscendi. Quinto, multi actus cognoscendi distincti inter se specie non repugnant simul in eadem potentia: cum ergo neque species cognoscitiuae repugnent, neque sit repugnantia potentia aliquam cognoscentem attendere simul ad obiecta representata per diuersas species, esto minus intensè ad singulas attendat, quam si eodem conatu, ac vi ad vnum eorum tantum attenderet, efficitur profectò, ut nullum absurdum sit potentiam cognoscentem simul multa per modum multorum, iuxta sensum explicatum, agnoscere. Quaedam ex his argumentis nituntur solvere Caietanus hoc loco, Capiteolus in 2. d. 3. q. 2. ad argumenta contra nonam conclusionem, & Ferras. 1. contra gentes cap. 55. sed sanè eorum solutiones nequaquam satisfaciunt.

Ad testimonium illud Aristotelis 2. Topicorum, loco 33. *Contingit multa scire, cogitare autem non*, cui potissimum innotuntur auctores contrariae sententiae, imò vnde contraria sententia ortum habuisse videtur, dicendum est, Aristotelem eo loco docere, nos posse probare aliqua non esse idem ex eo, quòd non eodem modo sese habeant ad vnitatem, aut pluralitatem: ut nos posse probare, scire, & intelligere seu cogitare, non esse idem, quia si essent idem, tunc multa scire, & multa cogitare, essent etiam idem, quòd est falsum: quia contingit multa scire, cogitare autem non, id est fieri potest, ut aliquando sciantur aliqua multa, quae non possint simul cogitari: ut potest quis simul scire conclusiones omnes Euclidis, cum tamen eas omnes simul cogitare nequeat. Ex quibus verbis, ita intellectis, nihil contra nostram sententiam colligitur.

DISPUTATIO II.

Utrum Angelus possit simul cognoscere omnia, quorum habet species.

Durand. & Greg. opin.
Durandus in 2. dist. 3. quaest. 4. & Gregorius d. 11. quaest. 1. in quadam alia extrema sunt sententia. Arbitrantur namque angelos posse simul ea omnia intelligere, quae neque futura sunt contingentia, neque entia supernaturalia: vnde omnia naturalia entia, quae vel actu existunt, vel antea existuerunt, censent posse simul singulos angelos actu intelligere.

A Suaderi autem potest haec sententia. Primò, *Suaderi potest 1.* quia angelus potest intelligere simul se, & omnes perfectiones, quae in ipso sunt, ergo potest intelligere simul omnes species, quas habet: eas autem nequit intelligere nisi simul ea omnia, quae per eas representantur, agnoscat: ergo potest simul intelligere omnia, quae per species, quas habet, representantur, atque adeò potest intelligere simul omnia, quae intelligere valeat naturaliter.

Secundò argumentatur Gregorius, quando alii *Secundò.* quid coëcurrit itaque pars causa efficiens cum diuersis formis, sanè per concursum cum vna, nihil impeditur, quin simul concurrere valeat cum aliis: ut idem lumen ex eo, quòd cum vno colore concurrat ad effusionem speciei illius in medium, nihil impeditur, quin simul concurrere possit cum aliis coloribus, quin potius, si per impossibile daretur infiniti colores cum eo coniuncti, posset simul cum illis omnibus producere infinitas species intentionales eorù: ergo ex eo quòd angelicus intellectus coëcurrit cum vna specie ad productionem notitiae vnus obiecti, nihil impeditur, quin possit simul concurrere cum reliquis, ac proinde poterit simul ea omnia intelligere, quorum habet species.

C Tertio, species, quae sunt in intellectu angeli, *Tertio.* sunt agentia naturalia: ergo naturaliter producunt intelligentiones sibi proportionatas, absque vlla dependentia à voluntate angeli, ac proinde angelus cognoscit simul omnia, quae per species, quas in se habet, representantur. Antecedens probatur, quia formae, quae sunt in intellectu, non perinde sub sunt libertati voluntatis, ac subest intellectus ipse.

Confirmatio. Confirmatur haec ratio, quoniam si species, quae sunt in intellectu angelico, non determinarentur à natura sua ad operationes proprias tamquam naturalia agentia, quae ex necessitate naturae agerent, sed à libertate voluntatis dependerent, à qua per liberum voluntatis imperium determinarentur, sequeretur intellectum angeli semper esse in potentia ad intelligendum, & numquam ad id posse determinari. Cōsecutio probatur quoniam cum voluntas nihil velle possit, quin illud praecognoscat, eò quòd nihil sit volitum quin praecognitum, sanè cum intellectus, nec species ipsas, quas in se habet, neque obiecta earum intelligat, ante quàm species ipsae cum eo efficienter concurrant ad intelligendum, si concutus earum cum intellectu, libero voluntatis imperio & applicatione voluntatis ad agendum indigeret, numquam produci posset intellectio per concursum specierum cum illo, neque voluntas imperare posset, ut homo potius, quam lapis, aut quouis alia res intelligeretur, cum intellectus nullam, tam earum naturarum, quam specierum intelligibilitatem, quas in se habet, adhuc cognoscat.

Postremò. Postremò eadem sententia potest suaderi ex Augustino 4. super Genesim ad literam cap. 32. vbi *Postremò.* Angelus docet, Angelum facilissima notitia cuncta, quae voluerit simul comprehendere. Contraria sententia est D. Thomae his duobus articulis, angelos videlicet nequaquam posse simul cognoscere ea omnia, quae per species, quas habent, representantur: quae sanè nobis est amplectenda. Quis enim credat, in angelo tantam vim esse ad intelligendum, ut simul ad tantam multitudinem possit attendere, eaque omnia simul actu intelligere? pluribus namque intentus minor est ad singula sensus, ut experientia riturumque philosophorum proloquium, testantur. Adde, nos supra q. 55. artic. 2. ostendisse, neque ea omnia, quae per vnam tantum speciem angelo representantur, posse simul ab eo percipi: eò quòd ex eorum

Expositio Aristot.

eorum sententia, qui species innatas in angelis constituunt, unaquæque earum representat infinita individua, quæ per causas naturales, sub specie substantia per eam representata multiplicari possunt, & que ipsa multiplicarentur, nisi in die iudicii motus cæli supernaturaliter cessaret: representat præterea infinitas affectiones singulares, quæ per totam æternitatem conveniant singulis substantiis indiuiduis, quæ post iudicii diem durabunt: fieri autem nequit, ut angelus ad infinita simul aduertat. Quod si, neque ea omnia quæ per unam speciem representantur, potest angelus simul percipere, quanto magis ea omnia, quæ per omnes species representantur.

*Ad 1. contra-
via sententia
respondetur.*

Ad primum igitur argumentum in contrarium, prætermissa solutione Caietani hoc loco, qui concedit angelum posse naturaliter cognoscere simul ea omnia per modum unius, quæ per omnes species ipsi representantur, negandum est antecedens, si loquatur de omni modo, quo perfectiones angelo inharerentes cognosci valent. Potest quippe unusquisque angelus cognoscere simul omnes species, quas in se habet, quatenus qualitates quædam sunt, & quatenus in genere sunt quædam formæ, quibus percipere valet obiecta, si illa præsentia sunt, ipsæque ad ea aduertat: id namque in genere cognoscere potest de illis: non verò potest eas cognoscere quatenus in particulari representatiuæ sunt omnium suorum obiectorum: ad id enim necessarium esset percipere omnia, infinitæque singularum obiecta, quæ tamen Caietanus, ne quidem per modum unius, cognosci simul posse affirmare potest, præsertim cum neget species, quas habent angeli ad intelligendum, posse illis representare obiecta, antequam illa existant. Quare quemadmodum, ut angeli suas species agnoscant, necesse non est, ut eas intelligant, quatenus representatiuæ sunt suorum omnium obiectorum, quæ naturaliter possunt existere: ita necesse non est, ut eas cognoscant, quatenus representatiuæ sunt omnium uniuersarum obiectorum, quæ actu existunt.

Ad 2.

Ad secundum negandum est antecedens, quando pars causæ concurret cum diuersis formis aduertendo ad earum obiecta, quo acto concurrent potentia cognoscentes unâ cum speciebus obiectorum notitiâ elicientium. Quo enim potentia finita ad plura obiecta aduertit, quæ non in aliquo vno obiecto cognito, sed in seipsis cospicit, eò debilius ad singula attendit, debiliusque illa cognoscit: unde tot poterit multiplicari obiecta, ut nequeat ad omnia simul aduertere, ut experientia ipsa in nobis testatur: nec in re proposita maior est ratio de potentiis corporeis, quam incorporeis, quicquid Gregorius dicat. Exceptisque potentiis cognoscentibus, quæ attendendo ad obiecta eliciunt suas operationes, in aliis merè naturalibus, hoc est quæ nec appetitiuæ præuia cognitione sunt, nec harum imperio subiacent, æquè verum est antecedens Gregorij, siue illæ spirituales, siue corporeæ sint. Et quidem si antecedens Gregorij verum est, memoria nostra sensitiua attendere potest simul ad ea omnia, quorum forma repleta est: quod cum ipsa experientia pugnat.

Ad 3.

Ad tertium dicendum est, antecedens esse verum, si intelligatur de speciebus quoad proprias naturas consideratis: quia tamen non sunt integra ac sufficientes causa cognitionis sine intellectus influxu, inde est, ut quatenus influxus à libero voluntatis imperio pendet, eatenus & species, & habitus mentis ab imperio voluntatis per accidens pendeant, non

A quidem quasi volùtas aliquid imprimat speciebus, vel habitibus intellectualibus, quorum causalitas merè naturalis est, sed quia cum intellectu quasi causa aduertentiam ad obiecta, sine qua nec intellectus ipse, nec habitus ei inharerentes, cum ipso poterunt notitiâ elicerere. Quia ergo habitus sine partiali influxu potentiarum, quibus insunt, nihil efficere possunt: influxus verò eiusmodi potentiarum à libero arbitrio pēdet, meritò affirmari solet, vniuersum habituum à libero arbitrio pendere, nõque habitibus uti, quando volumus. Ad argumentum ergo in forma, concesso antecedente, de speciebus, si secundum se spectentur, concedenda est etiam prima cõsequentiã, si cõsequens velit, ut naturaliter producant intellectiones tamquam causa partiales independenter à voluntate, quantum est ex se: seu autem, quatenus, ut ipse cognitionem efficiat, necessarius est simul influxus intellectus, qui pendet à voluntate. Vnde neganda est vltior cõsequentiã, quæ tacitè infertur Angelum posse simul cognoscere omnia, quæ per species, quas in se habet representantur.

Quod attinet ad antecedens cõfirmationis, iam explicatum est, species non determinari ab imperio voluntatis, quasi volùtas aliquid in eas aut per eas influat, sed eatenus pendere quoad suum influxum à volùtate, quatenus influxus intellectus cum speciebus, aduertentiã intellectus ad obiecta, siue qua illæ influere nequeunt, pendet à voluntate. Ut tamen difficultas, quam confirmatio illa tangit, enoderetur, sciendum est, potentias cognoscentes non omnino quoad suum influxum pendere à libero imperio voluntatis, sed solum ex parte quaedam tamen plus, & quaedam minus pro natura cuiusque. Ut enim in voluntate quidam actus sunt naturales, hoc est, non liberi, vel quia emanant à voluntate, quæ natura est, nec secundum se pendet ab ea, ut liberum arbitrium est, vel quia licet secundum se, ac suam speciem, reprimi aliàs possent à voluntate, surreptitij tamen sunt, emanantque sine sufficiente deliberatione intellectus: ita à potentiis cognoscentibus emanant multi actus sine imperio voluntatis, tamen eadem potentia magna ex parte prædicto imperio subsunt. In præsentia quippe obiecti debet pro qualitate potentia cognoscentis approximari, præsentique lumine, si de visu sit sermo, nec apposito obstaculo, ut esset, si quis palpebras clauderet, aut aures, vel nares occluderet, solent potentia non solum externæ, sed etiam internæ, ac intellectus suapte natura producere actus sine villo voluntatis imperio, quibus obiecta cognoscunt: voluntatis verò est, vel auertere cogitationem, actum illius comprimendo, aut applicando illam ad intendendum aliis (tamen neque hisce viis semper id consecui possit) aut discedendo à loco, obruturadque sensus, ne species obiecti ad eos perueniat: vel imperare cognitionem, efficiendo ut potentia cognoscentis in illa persistat, alia circa rem cognitam inquirat, & de quibusdam ad alia pro qualitate rei oblatæ procedat. Tales namque Deus sua sapientiã vires cognoscentes fabricauit, eatenusque solum libertati voluntatis eas subiecit, quatenus acquirendis finibus, ad quos eas condidit, expedire iudicauit, ut & ante omnem actum voluntatis, appetitusque sensitiui, qui ferri non possunt in rem à supposito, in quo sunt, minimè cognitam, antecederet cognitio, velut lumen quod ostenderet, quid appetendum, aut fugiendum esset: & nihilominus eadem facultates quoad sequentes actus, qui post voluntatem

& appe

Capreol. & Caietani solutio restituitur.

Ad argumenta Gregorij Capreolus ubi supra concedit Angelum cognoscere illa omnia acta: ad eandemque sententiam videtur accedere hoc loco Caietanus. Non tamen credo eam vim inesse Angelo, ut suis viribus naturalibus simul possit ad infinita aduertere, ut supra sæpe diximus. Vnde ad primum argumentum Gregorij, neganda est prima consequentia: ut enim Angelus non discutat, non est necesse, ut omnes effectus cognoscat simul: sed ut ad quemcumque aduertat, & quemcumque cognoscat, illum in sua causa, & per notitiam, qua eam cognoscit, percipiat, si à priori cognoscere debeat. Vnde quemadmodum non est necesse, ut Angelus simul attendat ad omnem motum solis, & ceterorum corporum caelestium, qui per naturam esse potest, sed poterit solum attendere ad tantam, vel tantam partem motus, quæ esse poterit in tanto, vel tanto tempore finito: ita non est necesse, ut attendat ad omnes eclipses, quæ in futuro esse poterunt, sed poterit solum attendere ad eas, quæ in eo tempore finito esse poterunt: cum verò illas agnoscat in causa, eadem notitia & intuitu quo causam agnoscat, agnoscat sine villo discursu.

Ad 1. Greg.

Ad 2. Ad secundum neganda est propter eandem rationem sequela: non enim est necesse, ut simul attendat ad omnes species numerorum aut figurarum: sed poterit aduertere solum ad quasdam certas ac finitas, in eisque cognoscere passiones earum, eadem notitia & intuitu, quo species ipsas numerorum ac figurarum agnoscat, ac proinde sine villo discursu.

Angeli cur per accidens aliquando discurrant.

Ex alio capite, ut quæst. 6. art. 3. dicebamus, longè probabilius est, Angelos posse per accidens discurrere, nèpe quando id quod ex alio coniiiciunt, ac intelligunt, non possunt vna & eadem notitia intelligere cù eo, vnde illud coniiiciunt: vel quia vna est intuitiva, & alia abstractiua, quas arbitramur non posse in vnam & eandem numero notitiam coincidere, vel aliqua alia ratione. Quia ergo Angeli non eadē notitia intuitiva, qua res creatas concipiunt, eformare possunt notitiam abstractiuam, qua Deum concipiunt in ratione cuiusdam substantiæ infinitæ, omnipotentis, omnium rerum principij, &c. quasi vna notitia sit alia, sed notitiæ illæ diuerse inter se sunt, non solum numero, sed etiam specie, realitèrque inter se distinguuntur: inde est, quod quâdo ex notitiâ intuitivâ creaturarum colligebant Deum esse, discurrebant per accidens, quatenus notitia vna diuersa erat ab alia, ab eaque efficienter producebatur, tamquam à parte causæ. Eodem modo, quando demones ex effectibus supernaturalibus, quos Christus præstabat, quosque ipsi notitia intuitivâ percipiebant, ut ex resurrectione Lazari, coniicebant Christum esse verum Deum, verè discurrebant: eò quod notitia vna non esset alia. Item quando ex effectu, aut signo externo, quod euidenter cognoscunt, coniiiciunt cogitationem in corde alicuius hominis, aut Angeli latentem & oclusam, videntur discurrere: quoniam notitia intuitiva effectus, aut signis externis, non videtur esse notitia abstractiua, quam de cogitatione cordis formant, imò nec illa videtur effici, & formari ex solo signo externo, quod nullatenus est eius similitudo, sed etiam ex notitiâ simili, quam Angelus, qui eam elicit, solet eadem de re simul habere, ut q. 57. art. 4. explicatum est. Denique quâdo Angeli rem vnam ex alia coniiiciunt, si vtriusque in eis non potest eadem esse notitia, quacumque de causa id eueniat, discurrunt per accidens. Scio multos esse, qui nullum reputerent absurdum eandem

Notitiâ intuitivâ, & abstractiua.

A notitiam simul esse intuitivam, & abstractiuam comparatione diuersorum obiectorum: id tamen ad eum durum videtur, ut mihi persuaderi non possit, maxime in exemplis propositis. Quoniam quâdo notitia est vnius obiecti primarij, in quo eminenter continentur alia, quæ esse possunt, nec tamen existunt, bene eadem notitia esse potest intuitiva comparatione obiecti primarij, & abstractiua, seu potius simplicis intelligentiæ comparatione eorum, quæ in eo continentur eminenter, nec existunt. Hac ratione, simplicissima cognitio diuina, simul est intuitiva comparatione obiecti primarij, & simplicis intelligentiæ comparatione creaturarum, quæ numquam existunt. Eadem ratione visio beatifica cuiusque beati penetrantis diuinam essentiam quoad effectus aliquos, qui numquam erunt, est simplicis intelligentiæ comparatione eorum. Quo loco attende, in eiusmodi euentibus, esse notitiâ aliquam simplicis intelligentiæ nihil minuere de perfectione illius. Quoniam æquè bene cognoscuntur tunc effectus in obiecto primario, siue illi reuera acta existant, siue non: imò si existent, eadem notitia, prorsus in se inuariata, esset intuitiva talium effectuum. Atque hac ratione scientia diuina, & visio beatifica comparatione earum creaturarum, quæ in diuina essentia penetrantur & numquam erunt, non minus perfecta & euidentis est, quàm si creaturæ illæ existerent. Illud præterea obserua, non valere argumentum, quod si fides, quæ est habitus infusus non inclinans primò ad credendum hoc vel illud reuelatum, sed in genere ad credendum reuelata, potest vna numero esse speculatiua & practica comparatione diuersorum, ut q. 1. dictum est, vna etiam numero naturalis notitia possit esse intuitiva & abstractiua comparatione diuersorum, quando vnum non continetur eminenter in alio, in quo solo, & ex quo solo æquè bene cognoscatur, ac si cognosceretur in seipso, actiue in rerum natura existeret.

C Secundo loco D. Thomas in hoc articulo argumentatur. Quicquid potest virtus inferior, potest virtus superior: sed homo potest discurrere à causis ad effectus, aut è contra: ergo & Angelus. Respondendum est, virtutem superiorem posse, quicquid potest virtus inferior, sed non eodem modo, sed seclusa imperfectione inferioris, quando ea superiori repugnat. Vnde argumentum bene probat, virtutem superiorem cognoscere, quicquid inferior discurrendo agnoscat, etiam discursum ipsum, quem circa illam potest vis inferior texere: non tamen concludit, cognoscere illud discurrendo: quia modus ille cognoscendi est talis imperfectio in inferiori qua repugnat virtuti superiori. Vnde sicut illud argumentum non probat, Deum, qui virtus est suprema intelligens, discurrere: ita nec probat Angelos uti discursu.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angeli intelligant componendo & diuidendo.

SOLVSIO D. Thomæ est. Angeli non componunt, aut diuidunt. Quoniam licet intelligant ea, quæ nos componendo, & diuidendo intelligimus, compositionisque ipsas & diuisiones, quas nos formamus: nihil tamen horum intelligunt componendo & diuidendo, sed simplici intuitu. Ratio est, quoniam propter vim maximam

MOLAN
13. J. 1. 1. 1.
D. 1. 1. 1.

maximam ad intelligendum, plenitudinemque luminis, quam habent, in altero extremo intuentur, quae ei conueniunt, aut non conueniunt: quod tamen nos, propter debilitatem nostrae mentis, efficere non valemus.

Quando per accidens Angeli componuntur, & diuidantur.

Obserua, quando complexio, quae sese offert intelligenda, est res necessaria, & vtrumque extremum, praedicatum videlicet & subiectum, iuxta D. Thomae sententiam, repraesentantur in intellectu Angelico per eandem speciem, opinionem hanc D. Thomae nullam continere difficultatem: apprehenso quippe homine, in natura illius potest Angelus simpliciter introitu conspiceri, ipsum esse animal, habere facultatem ad ridendum, &c. idque illo intuitu iudicare. At verò quando extrema repraesentantur per diuersas species (qua ratione lapis & homo ex sententia D. Thomae repraesentantur intellectui inferioris Angeli) cum, vt cognoscatur hoc pronuntiatum, hominem esse lapidem, non satis sit cognoscere hominem, sed simul oporteat agnoscere lapidem, neque vtrumque (quicquid nonnulli dicant) possit apprehendi per eandem simplicem notitiam: eò quod illorum sint diuersae species, notitiaeque speciebus respondere debeant: sanè nulla ratione videri concedendum, Angelum tunc sine vlla compositione ac diuisione iudicare hominem non esse lapidem: quandoquidem iudicium in assertionem, aut negationem intellectus est positum: id quod fit per copulam extremae complexions connectentem, aut diuidentem: hanc autem sine extremis, neque nostre, neque Angelicus intellectus, vt Aristoteles i. de interpretatione capite 3. est autor, valet intelligere. Quare sicut articulo praecedente tamquam regulam statuimus, toties Angelum per accidens concurrere, quoties intellectus Angelicus id, quod conuincit, & intelligit ex alio non potest intelligere per eandem notitiam, per quam id, quod illud conuincit, intelligit: ita hoc loco haec alia similis est statuenda. Quoties intellectus Angelicus non potest per eandem notitiam apprehendere extremae complexions non potest componere, aut diuidere, dum talem complexionem agnoscit, & de ea iudicat: solius namque Dei est proprium vnam simplicissimam notitiam formare, quae nullam in se compositionem admittat: idque tum propter omnimodam ipsius simpliciter, tum etiam quod vnica simplicissima ratione intelligendi, nimirum diuinitate, instar speciei intelligibilis concurrente, ea omnia percipiat.

Dei proprium est nullam partem de securrere.

Quod ad complexiones contingentes atinet, vt quod Socrates sit albus, aut ambulet, veritatem eorum cognoscit Angelus per notitiam intuitiuam extremorum, qua illa coniuncta esse à parte rei, aut non esse coniuncta conspiciat: non secus ac nos id inspicimus: cum autem ex sententia D. Thomae extremae complexions contingentis repraesentari possint per eandem speciem, notitia, quam de vtroque extremo Angelus format, potest esse vna & simplex, quemadmodum est species, qua repraesentantur, ac proinde poterit Angelus sine vlla compositione, aut diuisione intueri has complexiones, & de eis iudicare. Obserua tamen, quando extremae complexions contingentis eius essent naturae, vt Angelus de vtroque formare non posset eandem numero simplicem notitiam: vt si de Angelo alio, aut homine, quem intuitiuè videt, velle iudicare illum interius hoc vel illud cogitare quod concipere nequit, nisi notitia abstractiua, aut si de Petro nunc existente iudicare velle aliquod futurum contingens, quod modo apprehendere non potest, nisi notitia abstractiua, Angelum tunc iuxta regulam traditam copo-

Molina in D. Thom.

Art. v. vj. & vij. 601
A nere, aut diuidere. Hanc sententiam non reputat improbabilem Caiet. art. sequenti, tamen contrariam menti D. Thomae iudicat consonantior.

ARTICVLVS V.

Virum in intellectu Angeli possit esse falsitas.

D I CENDVM est, tam circa necessaria quam circa ea contingentia, quae actu existunt, quaeque Angeli intuitiuè possunt cognoscere, non posse esse falsitatem in intellectu Angelico. Circa supernaturalia verò, cogitationes cordium, & futura contingentia, in Angelis quidem beatis non potest esse falsitas: eò quod eorum statui repugnet, semperque Angeli beati iudicium suspendant, vbi periculum falsitatis pendet: daemones verò circa haec decipi possunt, saepeque seipsos decipiunt: eò quod nullam circa ea habeant euidenciam, de eisque non vereantur iudicare.

Daemones circa cogitationes cordium, & futura contingentia errant frequenter.

Cùm verò artic. praecedente ostensum sit, Angelos circa haec componere, & diuidere, non erit difficile intelligere, quam ratione in iudicio, quod de rebus huiusmodi fertur, possit sententiarum falsitas esse in demonum intellectu. Quia verò iudicium, quo Angeli de complexionibus sine compositione aut diuisione iudicant, licet compositio & diuisio non sit, verè tamen compositioni ac diuisioni acquipollet: in illo esse potest veritas aut falsitas formaliter, esto compositio & diuisio sit in eo virtute solùm ac eminenti. Quae dictis adiungi potuissent, ex quaestione 16. petantur.

In simplici Angelorum iudicio cur veritas aut falsitas detur.

ARTICVLVS VI. & VII.

Virum in Angelis sit cognitio matutina & vespertina.

D I S T I N C T I O cognitionis matutinae, & vespertinae in Angelo introducta est ab August. c. 4. super Genesim ad litteram à c. 22. & 11. de Ciuit. Dei c. 7. 29. 30. Arbitratur namque Deum creasse omnia in eodem puncto temporis nostri, iuxta illud Eccles. c. 18. Qui viuunt in aeternum, creauit omnia simul. Sex autem dies, in quibus res in principio Genesis à Deo creatae narrantur, exponit de Angelica intellectu, comparata cum sex rerum generibus, quae sex illis diebus dicuntur creatae. Ita scilicet, vt cognitio rerum, quae primo die creatae narratur, dicatur prima dies, cognitio verò rerum, quae secundo die dicuntur creatae, dicatur secunda dies, & ita consequenter. In vno quoque autem horum dierum distinguit mane & vespere: & mane appellat cognitionem vniuscuiusque; illorum sex generum, quae Angelus illud cognouit in Verbo, prius natura quam produceretur: vespere verò cognitionem qua illud idem cognouit in proprio genere postquam productum est: sicut enim mane antecedit vespere, sic etiam cognitio rerum in Verbo antecedit cognitionem earundem rerum in proprio genere. D. Th. hoc loco, & inferius q. 62. artic. 1. ad tertium, Gabriel super canonem lect. 3. 1. & in 2. dist. 3. q. 2. dubio vltimo, & multi alij, nomine, *cognitionis in Verbo*, intelligunt visionem beatificam; & haec sanè videtur esse sententia Augustini, quamuis hac de re variè locutus sit, difficileque eius doctrina defendi valeat. Scotus in 2. dist. 1. q. 9. intelligit cognitionem illam naturalem per speciem, de qua quaest. 5. 6. artic. 3. locuti sumus, quam dicit fuisse communem

Matutina Angelorum & vespertina cognitio quid apud Augustinum.

Ecc omni

omnibus Angelis, tam bonis, quam malis. Durandus verò in secunda distinct. 4. quæstion. 1. ad primum, & Marfilii in 2. quæst. 4. in responsione ad confirmationem octavi argumenti, intelligunt quamdam aliam cognitionem, non beatificam tamen. Hæc dicta sint, ut Doctores intelligantur, quando de cognitione matutina, & vespertina loquuntur.

Duo verò admonerim. Alterum est, expositionem illam Augustini, quod nomine sex dierum intelligatur cognitio Angelica, communiter non teneri. Adde, cognitionem Angelorum in Verbo perceptionem beatificam, nec antecedere potuisse res creatas primo die, neque esse potuisse simul cum illis, sed post: eò quod Angeli, ut infra dicitur: non fuerint conditi ante res corporeas, sed simul cum illis, viæque illorum antecesserit præmium & visionem beatificam eorum, qui non ceciderunt. Alterum verò, difficile esse creditur, per aliam cognitionem Dei, à visione beatifica, cognosci posse res in Verbo & essentia diuina tamquam in obiecto cognito.

QVÆSTIO LIX.

De voluntate Angelorum.

ARTICVLVS I. II. & III.

Utrum in Angelis sit voluntas, ab intellectu distincta, eaque liberi arbitrij rationem sortiatur.

Angeli voluntatem ac liberum arbitrium habent.

ABSOLVTIS iis quæ ad intellectum Angelorum spectant, hac & sequenti quæst. differit de iis quæ pertinent ad voluntatem. Esse in Angelis voluntatem, eamque rationem habere liberi arbitrij, ex eo est manifestum: quod de fide sit quosdam ex Angelis peccasse, & quosdam vitam æternam promeruisse: quod sine voluntate & libero arbitrio accidere non potuit. Ratione etiam naturali idem probatur, quoniam, ut q. 19. art. 1. ostensum est, vim ad intelligendum consequitur voluntas: cum ergo ostensum sit in Angelis esse intellectum: consequens est, ut in eis concedi debeat esse voluntatem. Et cum voluntas non necessitetur, quoad exercitium quidem, nisi ab infinito bono clarè viso, quoad speciem verò actus, non nisi à maximo aliquo bono, ut 1. 2. quæst. 10. ostendimus, efficitur, ut voluntas Angelorum sit libera, præsertim cum ad eundem finem plura media in singulari æquè accommodata eis represententur, integrumque eis sit eligere, quod maluerint. Confirmari hæc possunt, quoniam voluntas & liberum arbitrium sunt in homine, pertinentque ad maximam illius dignitatem & perfectionem: quippe cum ratione voluntatis, liberiq; arbitrij Dominus sit suarum actionum, atque ad imaginem & similitudinem Dei: sed quoad perfectionem hominum quoad partem intellectiuam spectat. Angelis non est denegandum: ergo in Angelis est voluntas, liberumque arbitrium. Cætera, quæ hoc loco dici poterant, dicta sunt à nobis secundo de Anima c. 3. & 4. & 1. 2. variis in locis.

ARTICVLVS IV.

Utrum in Angelis sit irascibilis, & concupiscibilis.

BSERVA, necesse non esse, ut quæ obiecta comparatione inferiorum potentiarum diuiduntur, diuidantur etiam comparatio-

ne potentia superioris: obiecta namque, quæ quinque sensibus exterioribus percipiuntur, quæque eorum comparatione sunt distincta obiecta, vnicò sensu communi percipiuntur, suntque comparatione illius vnus obiectum: quare cum voluntas tam in Angelis, quam in nobis superior potentia sit, quam appetitus sensitivus, non secus ac intellectus superior potentia est, quam sensus: efficitur sanè, ut necesse non sit ea obiecta, quæ comparatione appetitus sensitivi distincta sunt, distincta quoque sint comparatione voluntatis. Quò fit, ut non ita sicut appetitus sensitivus diuiditur in duas potentias, non solum specie, sed etiam organo distinctas, nempe in irascibilem, & concupiscibilem: sic quoque necesse sit appetitum intellectiuum, qualis est voluntas, in totidem potentias diuidi. Ratio autem, quare ad delectabile apprehensum per sensum, & ad eius contrarium, nempe ad id quod tristitiam parit, necessaria sit vna potentia sensitiva, qua appetantur, nempe concupiscibilis, quæ in corde residet, & ad hæc ipsa, quatenus apprehenduntur ut ardua, verbi gratia, ut coniuncta cum aliquo impediète, necessaria sit alia, nempe irascibilis, quæ in hepate iuxta fel residet: ad bonum autem apprehensum vtroque modo per intellectum sufficit vnus appetitus intellectivus, nempe vna voluntas, hæc est. Quoniam actus, qui feruntur in delectabile absolute sumptum, & in idem bonum apprehensum in ratione ardui, quando per organum corporeum exercentur, requirunt diuersam complexionem ex parte organi, atque adeo diuersas potentias organicas, quæ ex variis complexionibus oriuntur, eòque actus exercentur. Vnde experientia compertum est biliosos melius exercere actus irascibilis, quam qui tales non sunt: sanguineos verò melius exercere actus concupiscibilis. Ad actus verò circa bonum, siue absolute, siue in ratione ardui, apprehensum per intellectum, quando per potentiam superiorem, merèque spiritualem exercentur, necessaria non est talis diuersa complexio, ac proinde nec diuisio potentiarum. Atque hæc est ratio cur natura appetitum sensitivum in duas potentias specie & organo distinctas diuiserit: appetitum verò intellectiuum non item. Multi voluerunt, irascibilem in corde residere. Negari tamen non potest has potentias varias organi complexionis sibi vindicare, vnâque cholericâ, alteram sanguinea multum iuuari.

QVÆSTIO LX.

De amore, & dilectione Angelorum.

ARTICVLVS I. & II.

Utrum in Angelo sit amor, seu dilectio, tum naturalis, tum electiua.

DILECTIO sumitur hoc loco pro actu elicitò voluntatis. Queritur verò, utrum in Angelo sit dilectio naturalis: ut distinguitur tum contra supernaturalem, tum etiam contra liberam, siue quo ad exercitium tantum, siue quo ad exercitium, & speciem actus. Quoniam verò 1. 2. præsertim quæst. 10. exposuimus, quo pacto actus voluntatis humanæ circa finem naturalis sit quoad speciem actus. Dictum præterea est, actum voluntatis circa ea, quæ sunt ad finem (qui electio dicitur) esse liberum quoad exercitium, & speciem actus: idemque dicendum est de actibus voluntatis Angelicæ, super sedendum duxi ab explanatione horum quorū articulorum. Ad vtrumque affirmantur est

est respondendum. Quae vero tam haec, quam praecedente quaest. dicuntur, plenius intelligentur ex iis quae diximus. 1. 2. quaest. 1. artic. 6. & quaest. 10. 13. & 14. Illud admonuerim in Angelis non esse actus surreptitios, atque indeliberatos, vt sunt in nobis. Quare ex eo capite non dantur in eis actus naturales, vt distinguuntur contra liberos.

ARTICVLVS III.

Utrum Angelus diligat seipsum dilectione naturali & electiua.

Amor amicitiae, & concupiscentia quid.



VANDO alicui volumus aliquod bonum, id cui volumus tale bonum, diligimus amore amicitiae: bonum vero, quod illi volumus, diligimus amore concupiscentiae, siue ergo Angelus sibi velit vltimum finem, siue medium ad illud consequendum, seipsum diligit amore amicitiae. Quia igitur Angelus sibi vult vltimum finem dilectione naturali quoad speciem actus: ea vero, quae sunt ad finem, dilectione electiua, & omnino libera: efficitur, vt seipsum diligit, & dilectione naturali, & electiua.

ARTICVLVS IV.

Utrum Angelus naturali dilectione diligat alium sicut seipsum.

Angelus vnus quo amore Angelum alterum diligit.



SERMO est de dilectione amicitiae, respondetque D. Thomas: Si alius Angelus praecise spectetur, quatenus est vnus secum in specie, diligit eum dilectione naturali quoad speciem actus. Si vero spectetur secundum alias circumstantias, potest eum habere odio. Minus tamen naturalis, & necessaria quoad speciem actus est talis dilectio, qua vnus Angelus diligit naturaliter alium priori modo spectatum, quam ea, qua diligit seipsum, propterea quod minor fit vnitas vnus cuiusque eum altero, etiam illo modo spectato, quam secum, tamen si utraque dilectio ab inclinatione naturali proficiatur.

ARTICVLVS V.

Utrum Angelus naturali dilectione diligat Deum plus quam seipsum.



QUESTIONEM hanc discussimus 2. 2. quaest. 26. art. 3. quo in loco similem de homine excitat D. Thomas questionem.

QVÆSTIO LXI.

De productione Angelorum in esse natura.

ARTICVLVS I.

Utrum Angeli habeant causam sui esse.

Ratio ordinis.



ABSOLVTA tractatione de iis, quae ad potentias Angelorum pertinebant, disserit D. Thomas questionibus sequentibus de illorum creatione. Licet autem haec quaestio praeposita disputationi de potentia alicui videri posset, intendens tamen D. Thomas simul explicare, quales emanauerint à Deo, non solum secundum esse naturae, sed etiam gratiae, & quales seipsum postea per Molina in D. Thom.

Molina in D. Thom.

A suum liberum arbitrium effecerint, ad quod necessaria erat praecognitio potentiarum Angelorum, distulit huc usque disputationem de eorum emanatione à Deo.

In hoc articulo sermo est de causa efficiente esse angelorum. Conclusio affirmat. Angeli efficienter sunt à Deo. Est de fide, vt constat ex definitione Ecclesiae in Conc. Later. 2. c. Firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica: Vnum est vniuersorum principium, creator omnium inuisibile & visibile, spirituale & corporale, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtraque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales, Angelicam videlicet & mundanam. In simbolo Concil. Nicen. Factorem visibile & inuisibile. Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Cum dicat, omnia, nullum sane ens aliud à Deo excludit. Ad Coloss. 1. In ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Ad Heb. c. 1. de Filio Dei ait Paul. Portans omnia verbo virtutis suae. Omnia dixit etiam Angelos. Et infra: Cum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Adorem eum omnes Angeli eius. Et ad Angelos dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Et infra. Omnes sum administratorij spiritus, &c. Rationibus vero à lumine naturali petitis satis constat ex dictis q. 2. artic. 3. q. 3. artic. 4. quaest. 11. quaest. 44. & 45. artic. 2. & 5. Omne ens aliud à Deo, fuisse à Deo creatum.

Angelorum Deus est effector.

ARTICVLVS II.

Utrum Angelus sit productus à Deo ab aeterno.



CONCLVSIO negat, estque de fide, vt D. Thomas hoc loco, & August. 1. 2. de Ciuit. Dei cap. 15. affirmant, constatque ex definitione illa citata cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Proverb. 8. Dominus possedit me, antequam quicquam faceret. Eccles. 18. Qui vixit in aeternum, creauit omnia simul: ergo nihil ex aeternitate: cum confet condidisse mundum in principio temporis. Imò ex illo Genes. 1. In principio creauit Deus caelum & terram: idem aperte colligitur: Idem est enim in principio, atque antequam quicquam aliud produceret. De qua re latius art. sequenti. Ecclesiast. 24. de sapientia genita dicitur: Primogenita ante omnem creaturam. Et ad Coloss. cap. 1. post verba artic. precedente citata ait Paulus: Ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Angeli non sunt ex aeternitate producti.

ARTICVLVS III.

Utrum Angeli sint creati ante mundum corporeum.



EX GRACIS plerique affirmant, Angelos ante mundum corporeum fuisse creatos. In primis Orig. hom. 1. in Gen. exponens illa verba: In principio creauit Deus caelum & terram: quasi sensus sit, In principio, id est, in Filio, addit: Non ergo hic temporale aliquod principium dicit, sed in principio, id est, saluatore factum esse dicit caelum & terram, & factum qua facta sunt. Et infra, exponens verba illa, & factum est vespere & mane dies vna, ait, No dixit, dies prima, sed dixit, dies vna: quia tempus nondum erat, antequam esset mundus. Tempus autem esse incipit ex sequentibus diebus. Et in illa verba: Fecit Deus firmamentum. Cum, inquit, iam ante à Deo fecisset caelum, nunc firmamentum facit. Fecit enim caelum prius de quo dicit: Caelum mihi sedes est: post illud autem firmamentum fecit, id est, corporeum caelum.

Qui asserant Angelos creatos ante mundum corporeum.

Ecc 2 omne

omne enim corpus firmum est sine dubio & solidum : & hoc est quod dividit inter aquam quae est supra caelum, & aquam quae est sub caelo. Cum enim ea quae facturus erat Deus, ex spiritu constarent & corpore. ista de causa in principio & ante omnia caelum dicit factum, id est omnis spiritalis substantia, super quam velut in throno quodam, & sed deus requisitum. Aliud autem caelum, id est, firmamentum, corporeum est. Et ideo illud quidem primum caelum, quod spirituale diximus, mens nostra est, quae & ipsa spiritus est, id est, spiritalis homo noster qui videt ac respicit Deum. Quibus verbis etiam reddenet creationem animarum nostrarum fuisse ante mundum corporeum Praeterea tractatu 9. in Matth. exponens verba illa: Erunt primi novissimi. Vide, inquit, si potes dicere primum genus esse angelorum, quasi honorabilius hominibus, qui novissimi pra Angelis esse videntur. Nam sicut scriptum est in Job. Quando facta sunt stella, laudaverunt cum omnes Angeli eius, quasi antiquiores, non solum homine post creatura, sed & omni creatura propter eum creata. Et sic audebit aliquis dicere, quod multi Angelorum, qui priores fuerunt hominibus, efficiuntur inferiores quibusdam hominibus. Haec Origenes.

Deinde Basilius homilia 1. in Hexaëmeron, De iis, inquit, enarraturus Moyses, quae ex tempore sortita sunt ut essent necessariis, caeteris ex tempore conditis hanc praeteriit vocem, in principio, nec tamen absmile vero fuerit credere, fuisse quiddam, vel ante mundi istius constitutionem, id quod arcana quadam animi contemplatione licuerit intelligi, tamen si haec de re nihil in literas Moyses transferit, quod rei tanta cognitio parum idonea videretur istis paruulis, qui lacte dum doctrinae rudimentorum fidei veniunt, & instruend. Erat sane status quidam mundi generatione superior abstractis illis à concrectione materiae potentius, mundo praestantioribus pro decoro accommodatus, temporis etiam conditione antiquior, aeternus nimirum, ac perpetuus. Creaturas autem in ipso creator omnium, atque opifex perfecit, lucem spiritualem eorum beatitudini accommodatam, qui Dominum amat naturas rationis vi maxime praeditas, atque investigabiles, omnesque beatarum mentium ordines, quotquot nostra mentis quamta amibet dixeris, facultatem exuperant, quorum ne nomen elaturus quidem possumus invenire. Et haec substantiam complent mundi illius invisibile, ut & ipsi instruitur doctore Paulo. In ipso, ait, condita sunt omnia sive visibilia, sive invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive principatus, sive potestates, sive Virtutes, sive Angelorum exercitus, sive Archangelorum praefecturae. Tum demum conveniebat his conditis, mundus ut accederet, & adungeretur, corporeus scilicet, ut latè exponit.

Gregorius Nazianzenus oratione 38. de Nativitate: Primum, inquit, angelicas & caelestes virtutes cognovit, atque illa cognitio opus erat, quod verbo conficiebatur, ac spiritu explebatur. Atque ita secundi splendoris procreati sunt, primi splendoris administri, &c. Addit: Sic igitur, atque ob has causas intellectualis mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas expendens. Postquam autem primas creationis partes praclare constitutas vidit, alterum mundum materia consistentem, & aspectabilem cogitavit, hanc nimirum ex caelo, & terra, & rebus, quae eorum complexu continentur coagmentationem, & concrectionem, &c. Idem docet in carminibus Iambicis, Iambico 15.

Gregorio Nazianzeno subscribit Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxae cap. 3. vbi, Nonnulli, inquit, ante omnem creaturam factos Angelos, ut divinitus quis dicit Gregorius, & primum quidem Deum cognovisse angelicas & caelestes virtutes, & eius cogitatione opus fuisse. Alij autem post primum caelum factum. At quod ante

A hominis plasationem creati sunt; concordant omnes. Ego vero de illo Gregorio accedo. Nam par fuit primum intellectualem substantiam creati, atque sic sensibilem, & tunc ex utrisque hominem.

In eadem sententia videtur esse Chrysostomus lib. 1. de providentia, cum sic scribit: Post angelorum creationem fecit hominem, mundumque omnem.

In eadem sententiam aperte beatus Maximus in Centuriis Theologicis, quem refert, & sequitur Ioannes Cypariffonius decade 8. rerum theologiarum c. 3. & 4. Denique tam communis inter auctores Graecos fuit haec sententia, ut Cassianus collatione 8. c. 7. ex Abbate Sereno haec verba referebat: Ante conditionem huius visibilis creaturae spirituales, caelestesque virtutes Deum fecisse, quae pro hoc ipso quod seorsum se ad tantam beatitudinis gloriam beneficio creatoris ex nihilo fuisse productas, perpetuas ei gratias referentes indefinenter eius laudibus inhaerent, nemo fidelium dubitat. Quibus multa in eandem sententiam subiungit Cassianus, ex eodem Abbate. Porro D. Tho. hoc loco in responstone ad primum his verbis Cassiani ductus videtur, ut assereret, Graecos omnes concorditer sentire angelos ante mundum corporeum fuisse creatos.

Cum tamen multi ex doctoribus Graecis, ut statim referemus, sint qui contrariam sententiam asserunt. Ex Latinis etiam non pauci eandem sententiam secuti sunt. Hilarius 12. de Trinitate versus finem. Angelorum, inquit, origo terra creatione reperitur antiquior: idem repetit in libro contra Auxantium Ariarium.

Ambrosius in Hexaëmeron cap. 5. Factus est, inquit, mundus, & caput esse qui non erat, sed Angeli, & si aliquando esse coepimus erant: tamen quando hic mundus est factus. Et in praefatione in psalmos, Laudant, inquit, Angeli Dominum, & ante ipsum mundi initium Cherubim & Seraphim cum suavitate canora vocis dicebant. Sanctus, sanctus, sanctus.

Hieronymus in epistolam ad Titum cap. 1. in illa verba: Ante tempora secularia, suum, ut videtur, secutus magistrum Gregorium Nazianzenum sic ait, Sex millia nondum nostri temporis complentur annorum, & quanta tempora, quantaeque seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, caeterisque ordines Deo servierunt.

Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. sententia 4. Ante omnem, inquit, creaturam mundi creati sunt Angeli. Beda item in libello separatarum questionum q. 9. ita loquitur: Angeli ante creationem mundi creati sunt, & ante omnem creationem Angelorum diabolus est conditus.

Suaderi potest haec sententia primò. Ex eius verbis ad Titum. In spem vitae aeternae, quam promissit, qui non meruitur, Deus ante tempora secularia, id est, ante mundi sensibilis constitutionem, cum ergo, quod promittitur; alieui aut aliquibus promittatur, conseqvens est, ut ante mundi constitutionem fuerint Angeli, quibus Deus vitam aeternam hominibus per Christum conferendam promissit: promissio namque rei intellectus praedita fir, neque alia, quam angelis, ante mundi constitutionem intelligi valet. Idem significare videtur illud 2. ad Tim. 1. Qui nos liberavit, & vocavit secundum propositum suum, & gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia, manifestata autem est nunc per illuminationem Salvatoris nostri Iesu Christi. fuit ergo ex sententia Pauli saeculum non saeculare, nempe angelorum aevi: ante saecula huius mundi, in quo Deus angelis promisit gratiam per Christum hominibus communicandam.

Secundò ex illo Job. 38. Vbi et us quando poneb a firmamenta terre, cum me laudabant simul astra maritima.

Scilicet hanc sententiam Prima.

Secundam

Et iubilarent omnes filij Dei: quem locum exponunt sancti Patres de angelis sanctis, qui, dum Deus mundum hunc visibilem fabricabat, admirantes sapientiam & potentiam illius in operibus, quæ moliebatur, laudabant Deum, iubilabantque tantæ sapientiæ, potentiaque spectaculo: cum ergo creatio terræ, atque in mediâ mundi sede locatio, fuerit statim à principio fabricæ mundi huius sensibilis, fit, ut creatio angelorum totam fabricam huius mundi antecesserit.

Tertia. Tertio, ex illo Iob. 40. de Behemoth, hoc est, Luciferi, de quo dicitur *ipse est principium viarum Dei*, id est, qui primò à Deo creatus est: ergo fuit creatus ante mundum corporeum.

Quarta. Quarto, ex illo Ecclesiastici 1. *Prior omnium creata est sapientia*: quod intelligi nequit de Filio qui est sapientia increata: intelligendum ergo est de Angelis, qui ante omnes alias creaturas sint producti. His accedit, quòd ratio videtur flagitare, ut sicut angeli dignitate res corporeas antecedunt, ita sint ante eas conditi. Item quia ut Cassian. loc. cit. ait, *Incongruum est sentire Deum in innumeris sæculis, quæ ante rerum corporearum creationem præcesserunt, ab omni providentia, & dispensatione fuisse orisum, neque habuisse, in quos sue honoris exerceret beneficia.*

Gennadij & quorundam aliorum sententia.
 Ut missam faciamus sententiam Gennadii. cap. 10. de Ecclesiasticis dogmatibus tertio tomo operû Augustini, & quorundam aliorum, asserentium, angelos creatos quidem fuisse ante hominem, & ante opera quæ Gen. 1. facta narrantur, postquàm Deus dixit, *fiat lux*: attamen creatos fuisse post cælum & terram, in ea mora, in qua terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: quã sententiam recitat Damasus. loc. citat. Prætermittis item quibusdam aliis minus probabilibus sententiis: Communis scholasticorum sententia cum Magistro in 2. d. 1. & D. Thom. hoc loco, est, angelos creatos fuisse simul cum terra & cælo empyreo, atque adeò nec creationem angelorum fuisse priorem creatione mundi corporei, neque hanc fuisse priorem angelorum creatione. Eadem ex Græcis asseruerunt Epiphanius. tom. 2. contra hæreses ferè in princip. hæresi 65. contra Paulû Samosatensem his verbis: *Cum cælo & terra simul angeli facti sunt. Nisi enim unã cum cælo & terra angeli quoque creati essent, non utique dixisset ad Iob. Quando genita fuerint sidera, laudauerunt me omnes angeli mei.* Et infra: *Clare, inquit, indicat Scriptura, quòd neque post sidera facti sunt angeli, neque ante cælum & terram, cum palam intramutabile sit dictum hoc, quòd ante cælum & terram nihil erat ex creatis. Nam in principio fecit Deus cælum & terram: ut principium sit, & nihil ex creatis ante hoc ipsum sit.* Hæc Epiph. Theodoret. q. 3. in Genes. multi citant etiam Athanasium q. 3. ad Antiochum, nihil tamen ea de re dicit. Sixtus Senens. lib. 5. bibliothecæ annotatione 5. citat etiam Acacium Casariensem Episcopum, & Diodorum Tharsensem Episcopum.

Ex Latinis verò eamdem asserunt August. 11. de Civit. Dei cap. 6. & 9. Greg. 32. Moralium cap. 9. iuxta impressionem Parisiensem anni 1571. Et iuxta vetustiorcm c. 10. eiusdem libri 32. Et plerique alij. Possunt fortè pro eadè sententia citari Beda, & Isidorus, locis supra citatis, qui eodem proflus modo loquuntur, & ideò satis erit eorum alterum referre. Isidorus ubi supra licet sententia tertia, sic loquatur, *Ante omnem creaturam angeli facti sunt*: addit tamen, dum dictum est, *fiat lux*: de ipsis enim dicit Scriptura: *Prior omnium creata est sapientia: lux enim dicuntur participando luci æternæ. Sapientia verò dicuntur, ingenite inherendo sapientiæ.* Item licet sententia quarta dicat, *Ante omnem creaturam mundi, creati sunt angeli*: Molina in D. Thom.

A li, addit: *Et ante omnem creationem angelorum diabolus conditus est, sicut scriptum est, Ipse est principium viarum Dei.* Unde ad comparationem angelorum archangelus appellatus est. Primus enim creatus extitit ordine praelationis, non temporis antiquitate. Et sententia septima: *Prius, inquit, de cælo cecidisse diabolus creditur, quam homo conderetur: nam mox, ut factus est, in superbiam erupit, & præcipitatus est de cælo.* Ecce Isidorus, & Beda de prioritate praelationis, non durationis loquuntur, & dum affirmant angelos creatos fuisse, dum dictum fuit, *Fiat lux*, item cecidisse de cælo, antequàm homo conderetur, moxque diabolum, ut factus est, in superbiam erupisse, manifestè sentiunt angelos non fuisse creatos, antequàm Deus cælum & terram conderet.

B Probari potest, angelos non fuisse creatos ante mundum corporeum, primò, & potissimum ex illo Genes. 1. *In principio creavit Deus cælum & terram.* Cui testimonio Epiphanius, Augustinus, & plerique alij potissimum innituntur. Etenim licet inter sensus literales computari possit, & debeat sensus ille, *In principio, id est, in Filio, creavit Deus cælum & terram*, quatenus idem Scripturæ locus habere optimè potest multos literales sensus, ut q. 1. art. 10. ostendimus, attamen, ut ibidem diximus, hic alius, *in principio, id est, ante omnia, seu in exordio, habédus est pro indubitato: eò quòd plus hunc, quàm illum alium, textus facer præ se ferat: id quod in tractatu de opere sex dierum disputation. 6. clariùs ostenditur*: fit ergo, ut angeli conditi non fuerint ante cælum & terram, sed simul: alioquin non cælum & terram, sed angeli facti dicerentur in principio, id est, ante omnia, ut August. & Epiphanius argumentatur. Et meo iudicio licet tamquam literalis sensus admitti possit, & debeat, quòd Deus in principio temporis creaverit cælum & terram, ut in tractatu de opere sex dierum disput. 6. & 7. dicimus, in eoque sensu Lateranense Concilium fuerit locutum, non tamen ita ut prior sensus negari possit, aut debeat literalis esse, & fuisse intentus ab Spiritu sancto, de qua re loco citato fusior erit sermo. Confirmari potest hæc expositio ex illo Prouerb. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio.* Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequàm terra fieret, nondum erant abyssi, & ego iam cœcepta eram. Quo in loco asserens diuina sapientia, se Dei esse possessionem, antequàm quicquam faceret, id explicat dicens, *antequam terra fieret, & antequàm essent abyssi, quasi ante terram & aquarum abyssum, de quibus Genes. 1. dicitur, In principio creavit Deus cælum & terram, & tenebræ erant super faciem abyssi, nihil omnino à Deo fuerit conditum.*

C Secundo idem probatur ex illo Ecclesiast. 18. *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* creatione videlicet propriè dicta, qua aliquid ex nihilo produci-tur. Quæ enim Deus Genes. 1. post cæli, terræ, & abyssi productionem, creasse dicitur, non de nihilo, sed de aliquo produxit, ac proinde productio eorum non fuit creatio propria, quin potiùs ea omnia quoad substantiam, seu materiam, producta fuerint à principio, ut Greg. lib. 32. Moral. cap. 9. adnotauit. Habet tamen locus ille Ecclesiastici varias alias expositiones, sed certè expositio Gregorij citata, quæ etiam est aliorum, optima censerit debet.

F Tertio ex illo ad Colos. 1. *In ipso condita sunt diuersa in cælis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sue throni, sue dominationes, sue principatus, sue potestates, omnia per ipsũ, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt.* Connumerans autè condita in cælis, ait, *sue throni, sue dominationes, &c. fit* Ergo

ergo ut angeli in caelo sint conditi, ac proinde non ante caelum & mundum corporeum.

Quartò, ex illo Genes. 2. Et requieuit Deus die septimo ab uniuerso opere suo quod pararat: fit ergo, ut sex praecedentibus diebus uniuersa opera sua pararet, ac proinde ut angelos etiam illis diebus condiderit, vt August. 11. de Ciuitate Dei cap. 9. colligit.

Quintò, Angeli post mundum corporeum factum peccauerunt in caelo, vt constat ex illo Apocal. 12. de dracone. Et cauda eius trahabat tertiam partem stellarum caeli. Et infra: Et factum est praelium magnum in caelo, Michael & angeli eius praeliabantur cum dracone, & draco pugnat, & angeli eius. & non ualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo, & proiectus est draco ille magnus, & serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanas. Et ex illo Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem: peccauerunt autem ante ruinam primorum parentum, vt constat, quoniam diabolus serpens antiquus Euam seduxit. Isaia 14. Quo modo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Cum ergo ex communi Sanctorum sententia peccauerint statim post sui creationem, vt ex Isidoro, & Beda supra relatu est, mox quippe vt diabolus creatus est in superbiam erupit, efficitur, vt angeli non fuerint creati ante caelum & mundum corporeum. Confirmatur haec ratio, quoniam daemones statim, ac peccauerunt cruciati sunt igne inferni, qui vt Christus Math. 25. ait, paratus est diabolo, & angelis eius: ergo ignis inferni fuit statim ac angeli peccauerunt, atque adeò mundus corporeus iam erat, quando angeli lapsi sunt: cum ergo ex Patrum sententia modica mora fuerit inter angelorum creationem, & eorundem peccatum, efficitur, vt angeli creati non fuerint ante mundum corporeum.

Deinde quod angeli conditi non fuerint ante mundum corporeum videtur aperte affirmare Sophronius in sua epistola, qua habetur in 6. Synodo actione 11. suscipiturque vt orthodoxa à toto Concilio actione 13. Ait namque: De principio visibilis mundi, & constitutione, qua facta est, confiteor, quod omnia, non tantum visibilia, sed & inuisibilia, vnus Deus condidit, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, illa sempiterna natura, qua nascitur exordium, & ex non existentibus protulit ut existerent, & non existentia repente protulit: horum multorum millium differentias prudenter praxit. Omnia enim per unigenitum Filium Pater in Spiritu sancto fecit, qua & sapienter providentia conuertit vt Deus suis operibus praedens, principiumque omnibus temporale constituens, sensibilia quidem fini temporali supposuit, intellectualia uero & inuisibilia haec meliori dignitate dignatus est, & nullatenus quid moriantur, neque corrumpuntur, iuxta quod sensibilia deficiunt, atque pertranscunt. Haec tenet Sophronius.

Longè apertior est definitio Ecclesiae in Concilio Lateranen. 2. c. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, ubi Innocentius tertius cum uniuersa synodo in hunc modum definit: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus est solus uerus Deus, vnus uniuersorum principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, spiritalium & corporalium, qui sua omnipotenti uirtute simul, ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporeas, angelicam uidelicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constituitam.

Dicere angelos conditos esse ante mundum corporeum an sit error in fide.

Dubium uero est, utrum post tam apertam Ecclesiae definitionem, error sit hodie in fide asserere, angelos conditos fuisse ante mundum corporeum. Multi sunt qui affirmant, id non esse errorem in fide. Et in primis D. Thom. hoc loco, qui licet longè proba-

Abilius, & omnino uerè existimet, angelos simul cum mundo corporeo fuisse conditos, addit: Quamuis contrarium non sit reputandū erroneum, praecipue propter sententiam Gregorij Nazianzeni cuius tanta est in doctrina Christiana auctoritas, ut nullus umquam eius dictis calumniam inferre praesumpserit, sicut nec Athanasij documentis, ut Hieronymus dicit. Non desunt qui arbitrentur, dū D. Thom. haec scripsit, non meminisse definitionis Concilii Lateran. Si naque illius recorderetur, sanè mentionem aliquam de ea fecisset hoc loco, rationemq; reddidisset, quare, nihil obstante definitione illa, contrariu non esset error in fide. Alij contra obiciunt D. Thom. edidisse opusculu 23. quod nihil aliud continet, quam expositionem decreti Concilii Lateran. quare uerisimile non est dum haec scripsit, definitionem illam in mentem ei non uenisse. Canus negasse fertur opusculum illud esse D. Thom. ac sanè in eo opusculo aperte censet D. Thom. uerba, quae ex Concilio Lateran. retulimus, definitionem esse fidei, non quidè occasione dirimendi controuersia, de qua nobis modò est sermo, sed occasione excludendi errorem Origen. sanctam. Dum enim ad exponenda uerba, quae ad rem praesentem faciunt, deuenit, sic ait: Alius fuit error Origenis ponens, quod Deus à principio creauit solum spirituales creaturas, & postea, quibusdam earum peccantibus, creauit corpora, quibus quibusdam uinculis spirituales substantias alligarentur, ac si corporales creaturae non fuerint ex principio Dei intentione productae, quia bonum esset eas esse, sed solum ad puniendum peccatum spiritualium creaturarum, cum tamen dicatur Gen. 1. Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant ualde bona. Unde ad hoc excludendum, dicit concilium, simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spirituales & corporeas, angelicam uidelicet & mundanam. Haec tenet D. Thomas, Censet ergo illam esse definitionem fidei, ut & ceteras, tam praecedentes, quam sequentes eiusdem decretalis, quam exponit, at esse definitionem contra errorem Origen. In quo ergo alio preceor, error Origen. uerbis illis damnatur, nisi quia tamquam certu in fide definitur, angelos non fuisse creatos ante mundum corporeum, sed simul cum illo? Certum nullo alio, nec uerba illa aliam definitionem sonant. Et ea definitio funditus euerit errorem Origenis, quod supponit Angelos ante mundum corporeum fuisse conditos. Licet ergo definitio illa sancta non fuerit occasione dirimendi controuersiam, de qua hoc loco disputamus, sed eueritendi ac dampnandi errorem Origen. eam tamen per accidens dirimit. Ex his constat, quòd opusculu illud potius probat D. Thom. fuisse arbitratu errorem esse in fide post eam definitionem asserere angelos ante mundum corporeum fuisse creatos, illiusq; definitionis fuisse oblitum, dum hoc loco scriberet, quam quòd in contraria sententia fuerit; & idcirco quidam ex discipulis D. Thomae, vt non obstante definitione Concilii Lateran. doctrinam D. Thom. hoc loco defendat, potius negant opusculum illud fuisse D. Thomae, quam ex iis, quae in eo docet, confirmare audeant, non errare in fide, qui post Lateran. Concil. assereret, uerè esse sententiam Graecorum. Haec dixerim, quia sunt, qui uolentet trahere conentur opusculum illud D. Thomae, vt contrarium probetur.

Caetanus hoc loco, & Canus (tamen ubique perfecta firmitate 5. de locis c. 5. ad finem quaest. 4.) censent, uerba illa Concilii non continere fidei definitionem ea in parte, sed obiter esse inserta praeter praecipua definitionem, quam Concilium intendebar, quòd nimiru neq; angeli, neq; res corporeae ab aeterno fuerint aduersus Peripateticos & Chaldaeos. Verique

Caetanus
Canus

Vterque tamen addit, longe probabilius, fideique Catholica consonantius esse, Angelos non fuisse conditos ante mundum corporeum, contrariumque addit Canus, non posse iam hodie defendi sine temeritatis nota, ne quid amplius addat: Caietano subscribunt Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotheca: annot. 5. & alij ex iunioribus discipulis D. Thomae, vt alios omitram, qui, non sine violentis dictae decretalis Lateranensis, & epistolae Sophronij expositionibus, contendunt fas esse hodie adherere illorum Patrum sententia, qui asseruerunt Angelos ante mundum corporeum fuisse creatos. Quin & Euphanium, vt idem sentiat, perducere conantur.

Potest horum Doctorum sententia confirmari primo. Quoniam durum admodum videtur, Patres Concilij Lateranensis quicquam aduersus tot grauissimorum Patrum sententiam voluisse constituere tamquam fidei documentum, praesertim cum in Scripturis sacris nullum sit solidum fundamentum, vnde id possit definiti: & cum August. 11. de ciuitate Dei, cap. 32. & Theodoretus quaest. 3. in Genesis affirmant, posse sine errore in fide defendi, Angelos ante mundum corporeum fuisse conditos, modò non asseueretur, fuisse conditos ex aeternitate: Ecclesia autem nihil sine solido fundamento definit, praesertim cum assistentiam Spiritus sancti non habeat ad condendas Scripturas sacras, sed solum ad deducendum ex iam antea reuelatis, & ad explicanda, quae reuelata sunt, atque ad constituendum quid in Ecclesia sentiri debeat.

Secundò, quoniam ante Ferrariensem secundo contra gentes, cap. 93. nullus Scholasticorum in tribus centenis annorum, quae à Concilio Lateranensi vsque ad Ferrariensem fluxerunt, tamquam errorem damnauit, Angelos conditos fuisse ante mundum corporeum.

Contrarium videtur verum Ferrariensi loco citato, quibusdam ex Salmanticensibus, nonnullisque alijs viris doctis, qui commentarios in primum caput Genesis nostris temporibus ediderunt, nempe post definitionem Concilij Lateranensis errorem esse asserere Angelos ante mundum corporeum fuisse conditos. Quae sententia mihi sanè vera videtur: tum quòd testimonia Scripturae, quibus ostendimus, Angelos simul cum mundo corporeo fuisse conditos (si expendantur, vt nos ea expendimus, & corroborauimus) sufficientissima proculdubio videantur, vt Ecclesia id definiret: tum etiam quoniam re vera verba Concilij Lateranensis definitionem fidei aperte sonant, qua Concilium errorem Origenis, vt D. Thomas, vel quiuis illius opusculi 23. autor, exponit, damnare intendit: eo autem errore ex eo capite euerso, quòd Angeli conditi non fuerint ante mundum corporeum, vt ex Scripturis sacris aperte constat, per accidens occasione erroris Origenis effectum est, vt sententia illorum Patrum post eam definitionem error esset in fide. Ac sanè si similibus expositionibus integrum esset, vel testimonia aperta Scripturae sacrae, vel definitiones Ecclesiae adeò apertas eneuare, omnia facile ruerent, nulliusque redderentur vigor. Nec dubito, quin si D. Thomas non asseruisset sententiam illorum Patrum non esse vt erroneam condemnandam, numquam Caietanus diciturus hoc loco esset, oportere definitionem illam Ecclesiae, magis iuxta Concilij intentionem quam iuxta sensum verborum interpretari. Imò nò dubito, quin sectatores omnes D. Thomae vno ore forent asseueraturi, sententiam illam post eam definitionem errorem esse in fide.

Verum cum tam multi viri docti asseuerent, il-

lud non esse definitionem Ecclesiae, esto quis sibi persuadeat id esse definitionem, & idcirco contrarium esse hodie errorem in fide, condemnandus is non est, vel haereticus, vel erroneae sententiae, qui affirmauerit Angelos ante mundum corporeum fuisse creatos, sed solum temeritatis (à qua nullus videtur hodie excusandus) quousque haec nostra, Ferrariensis, & aliorum sententia communis sit in Ecclesia.

Ad primam ergo probationem, qua per contraria probabatur, dicendum est in primis, Patres illos, si attentè legantur, non tam testimonij Scripturae sacrae ductos (neque enim vllum est, quòd vel mediocrem probabilitatis speciem pro ea sententia inducere possit) quam doctrinae Platonis, qui id affirmauit, cui erant dediti, in eam iuisse sententiam arbitantes se sufficienter exponere testimonia Scripturae, quae in contrarium tunc occurrebāt, & prout eo tempore expendebantur. Praeterea ducti posteriores autoritate priorum, quam merito grauem iudicabant, tam multi in eam iuere sententiam, donec contraria, expensis profundius testimonij varijs Scripturae sacrae, elucere cepit. Vnde nullus eorū tamquam rem certam secutus est eam sententiam, sed solum tanquam rationi magis consentaneam, vt eorum dicta expendenti erit manifestum. Deinde negandum est, in Scripturis non esse solidum fundamentum: vnde Ecclesia (cuius esse de vero, ac legitimo sensu Scripturarum iudicare) id merito tamquam certum in fide potuerit stabilire: testimonia namque, quae adduximus & expendimus, ad id sunt sufficientissima. Ad id verò, quòd ex Augustino & Theodoro adducitur, dicendum est, Patres illos ante Ecclesiae definitionem, testimonij Scripturarum nondum satis expensis & examinatis, tórque alijs grauissimis Patribus contrarium asserentibus merito eo tempore id asseuerasse. Contrarium verò hodie proculdubio affirmarent, si modò viuerent.

Ad secundam dicendum est, nemini id mirum videri debere: saepe namque similia eueniunt, vel Doctoribus ad id non attendentibus, vel non audentibus se profiteri primos damnatores, praesertim cum D. Thomae autoritas, tot grauissimorum Patrum sententiam ab errore excusauerit. Adde, temporibus illis non adeò deditos fuisse Doctores, vt circa quamque sententiam expenderent, qua nota afficienda esset, vt nostrae tempestatis Doctores faciunt.

Superest respondeamus ad argumenta, quibus suadebatur Angelos ante mundum corporeum fuisse conditos. Ad primum dicendum est, iam supra quo. 10. artic. 3. dictum esse, Paulum ad Titum 1. per tempora saecularia intellexisse, tempora plurium saeculorum, saeculum verò esse periodum durationis cuiusque rei, vt ibi ostensum est: vnde sensus illorum verborum est: Quam promiserat (Patribus videlicet Testamenti veteris, ac legis naturae) ante multa saecula, seu ante periodos durationis ac vitae multorum hominum. Dictum est etiam ab alijs exponi, Quam promiserat, id est, in semetipso dare staturat, ac praedestinauerat ante tempora saecularia, id est, ex aeternitate variisque alijs modis eandem locum exponi.

Totidem modis exponi potest secundum testimonium, nempe gratiam, quae manifestata est per illuminationem Saluatoris, data esse nobis ante tempora saecularia, per nudam promissionem factam tunc Patribus, iuxta illud Zachariae Lucae 1. Iusurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum

Ecc 4 nostro

Sualetur primò.

Qui sentiat errorem esse in fide dicere Angelos ante mundum fuisse conditos.

Ad secundam.

Ad primum eorum argumentorū qui bus ostendebatur, Angelos ante mundum conditos esse.

nostrorum liberari, seruiamus illi in sanctitate & iustitia. At verò datam ita esse nobis, tamen absque traditione vsque ad Christi aduentum: promissio namque, præsertim ea, quæ firma est & certa, datio atque donatio dicitur, etiam ante traditionem, sumptum tamen latius vocabulo. Exponi etiam potest, datam fuisse nobis, id est, constitutam dari ante tempora secularia, id est, ex æternitate.

Ad secundū. Quod ad secundum argumentū attinet, septuaginta Interpretes in hunc modum transferunt locum illum: Quando facta sunt astra, laudauerunt me voce magnā omnes Angeli mei. Eamque lectionem secuti ferè omnes Patres illi, qui Angelos ante mundum corporeum conditos esse affirmant, ex eo loco ea ratione suam colligunt sententiā, quasi astra vnā cum mundo corporeo sint condita, Angelique debuissent fabricam astrorum præcedere, ut quando astra Deus condebat, ex eorum officio ipsum laudarept. At neque astra simul cum mundo corporeo esse cæperunt, quandoquidem quarta die à Deo fuerunt producta, ut Genes. i. Scriptura aperit docet: nec verò si cum mundo corporeo esse cæpissent, præberent ansam sufficientem, ut inde illa sententia colligeretur. In quo enim momento Angeli conditi fuerunt, ex sui, & cæterarum rerum creaturam contemplatione asurgere optimè potuerunt in laudem Dei, rēque ipsa asurrexerunt. Quod ad editionem vulgatam attinet, ab illis verbis: Cum me laudabant simul omnia astra matutina, distincta est interrogatio, vnde supplēdum, repetendūque est: Vbi eras cum me laudabant simul omnia astra matutina, id est, matutino tempore ante lucem solis apparent, quando aduentante iam die iucundior est eorum aspectus, & iubilarent omnes filij Dei, id est, omnes Angeli iusti? quasi dicat, nusquam tūc eras. Porro laus illa astrorum, metaphorica est communis omnibus creaturis cognitione carentibus, eo modo quo de cælis dicitur: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, Dies diei eructat verbum, &c. & sæpe in Psalmis creaturæ omnes ad laudem Dei inuitantur: ex illis autem verbis nequaquam colligitur Angelos ante mundum corporeum fuisse factos.

Ad tertium. Ad tertium dicendum est, Luciferum ea ratione fuisse principium viarum Dei, quòd nulla creaturam eum duratione antecesserit, & quòd ipse pralatione perfectionis & dignitatis cæteras antecesserit.

Ad quartū. Ad quartum quamuis dicit possit, sapientiā etiam creatam Angelorū, ea ratione posse affirmari fuisse primò creatam, quòd nihil ante eam creatum fuerit, quòdque (simul cum subiecto spectata) cætera dignitate antecedit, dicendum tamen est, locum illum de sapientiā sumptum pro Filio Dei esse intelligendum: dici verò creatam, hoc est, productam ante omnia: quo pacto verbum, create, sæpe vsurpatur.

Ad primam partē quinti argumenti. Ad primam partem quinti argumenti, dicendum est, si quicumque probaret, probaturam etiam, hominem conditum esse ante cæteras res corporeas, & cælos ante terram, & ita de reliquis rebus, quæ alias dignitate antecedunt, quòd tamen constat esse falsum. Pulchritudo autem vniuersi postulabat, ut omnia simul conderentur, nisi Deus sua sapientiā & arbitrio elegisset res corporeas sex primis diebus fabricare propter rationes in tractatu de opere sex dierum reddendas, & propter alias, quas ipse melius, quàm nos, habet cognitās & perfectas.

Ad secundū. Ad secundam partem dicendum est, cum à quocumque pūcto durationis imaginariæ, in quo Deus Angelos condiderit, præcesserit infinita duratio, in

qua nihil condidit, ac administrauit, eandem vim habere argumentum, siue quis dicat Angelos simul cum mundo corporeo, siue ante mundum corporeum fuisse conditos: quare cum hæreticum sit affirmare Angelos ex æternitate fuisse conditos, constat argumentum nullam vim habere. Præsertim cum ex creatione & administratione rerum nihil, vel commodi, vel perfectionis Deo accrescat.

ARTICVLVS IV.

Utrum Angeli sint creati in cælo Emphyreo.

COMMUNIS conclusio Scholasticorum est, Angelos in cælo emphyreo vnā cum illo fuisse creatos. Eam affirmant etiam Beda cum Strabone super illud Genes. i. In principio creauit Deus cælum & terram. Et plerique alij, potèstque probari creatos esse in cælo ex illo ad Coloss. i. In ipso condita sunt vnversa in cælis & in terra, siue Throni, siue Dominationes, &c. Præterea quia angeli mali in cælo peccauerunt, & de cælo corruerunt, ut articulo præcedenti multis ostensum est, quare in eo erant, & in eo conditi sunt. Cùm autē simul cum mundo corporeo sint conditi, neque statim à principio Deus orbem mobiles creauerit, fit, ut in cælo Emphyreo sint cōditi, quòd nomine cæli Genes. i. intelligitur, dum dicitur: In principio creauit Deus cælum & terram. fit etiam ut Angeli, qui orbem cælestis mouent, in cælo Emphyreo sint conditi vnā cum cæteris Angelis, inde verò descenderint ad mouendum orbem sibi commissos, cum primùm orbem conditi sunt, & moueri cæperunt. Et fortè descensus ille, & deputatio Angelorum ad mouendos orbem, fuit post finitam Angelorum viam, atque adeò post peccatum quorundam, & beatitudinem reliquorum. Quòd si fuit ante finitam eorum viam, eos Deus sua prouidentia deputauit, quos præuidit pro sua libertate non lapsuros.

QVÆSTIO LXII.

De perfectione Angelorum in esse gratiæ & gloriæ.

ARTICVLVS I.

Utrum Angeli fuerint in sua creatione beati.

PRIMA conclusio est. Angeli statim ac creati sunt, fuerunt beati beatitudine naturali, quæ in ea cognitione & contemplatione Dei optimi maximi, quæ naturaliter haberi potest, est posita. Probari, quia in instanti, in quo creati sunt, seipsos perfectè cognouerunt, & in seipsis causam primam Deum optimi maximum, à quo conditi sunt, attributaque omnia, quæ de eo naturaliter cognosci valent.

FSecunda conclusio. Angeli non fuerunt creati beati beatitudine supernaturali, quæ in visione diuinæ essentia consistit: quoniam ab hac semel adcepta nullus decidere potest: Angeli autem mali deciderunt ab eo statu, in quo conditi sunt, ut ex Scripturis sanctis constat: ergo non fuerunt in eo beatitudinis statu producti.

Sunt tamen nonnulla animaduertenda. Primum est. Licet omnes Angeli (etiam qui corruerunt) fuerint

fuerint beati beatitudine speculatiua naturali ante peccatum, manseritque in eis cognitio illa naturalis, quam ante peccatum habuerunt, simpliciter tamen, nec beatitudine naturali, etiam cōtemplatiua, dāmones dicēdos esse beatos. Tum quoniam beatitudo naturalis cōtemplatiua morale beatitudinem (quae in dāmonibus non manit, supponit, & prārequirit tamquam conditionem, dispositionem, ornamentum, atque connexum quoddam, sine quo cognitio, & cōtemplatio naturalis, esto sublimis sit, beatitudinis nomen non meretur. Vnde Aristoteles postquam explicat in libris Ethicorum felicitatem actiuam nouem prioribus libris tamquam fundamentum, dispositionem, & annexum quoddam felicitatis cōtemplatiuae: decimo libro de cōtemplatiua felicitate differit. Tum etiam quoniam dāmones ex cōtemplatione & cognitione naturali Dei, nullum gaudium, nullamque delectationem recipiunt, eō quod cruciatus, & pōna eos delectari nō sinat, Deūque in pōnam iustam subrahatur concursum suum generalem, ne ex tali cōtemplatione delectatio aliqua in eis oriatur: quis autem eiusmodi cōtemplationem efficere quemquam beatum dicere audeat? Prāsertim cum ex sua nequitia, inordinationeque voluntatis, ex tali notitia in odiū Dei exardescant, & in tristitiam de perfectionibus, quas in eo cognoscunt; quod sit, vt ex praua ipsorum dispositione eiusmodi cognitio potius in maiorem eorum miseriam, quam felicitatem cedat.

Dāmones dicēdos nō esse beatos: etiam beatitudine naturali cōtemplatiua.

Angelos omnes in beatitudine super naturali infra Dei visionem fuisse conditos.

Secundum est, Angelos non solum fuisse conditos in beatitudine, tam morali, quam cōtemplatiua naturali, sed etiam in supernaturali infra beatam, idque propter habitus supernaturales tam fidei, sapientiae, &c. ex parte intellectus, quam caritatis, spei, &c. ex parte voluntatis, vt in sequentibus patebit. Vnde de Lucifero sub persona Regis Tyri Ezech. 28. dicitur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delictis Paradisi Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Tu Cherub extensus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vis tuis a die conditiōnis tue, donec malitia inuenta est in te. Vnde Angeli mali ante peccatum, Deum caritate supernaturali dilexerunt, & ex felicitate morali, & speculatiua tam naturali quam supernaturali gaudium maximum & delectationem perceperunt, vt non immerito beatus Iudas in sua canonica felicitissimum illum statum appellauerit principatum, dicens: Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, vinculis aeternis, &c. De eiusmodi supernaturali felicitate intelligendum est illud Gennadij de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 59. Angeli qui in illa, qua creati sunt, beatitudine perseverant, & alia similia aliorum Patrum.

ARTICVLVS II

Utrum Angelus indiguerit gratia ad hoc, quod conuerteretur ad Deum.

Angeli ex sua naturali diligentia potuerunt Deum super omnia delectatione naturalis.

CONCLVSIO est, Angelus ex suis naturalibus diligere potuit Deum dilectione naturali: vt tamen conuerteretur ad Deum per dilectionem vitae aeternae commensuratum, per quam proinde vitae aeternae efficaciter dignus, necessaria illi fuit gratia supernaturalis. Lege quae diximus in Concordia quaest. 14. artic. 3. a disputat. 3.

ARTICVLVS III

Utrum Angeli sint creati in gratia.



ERMO est de gratia gratum faciente. Angelos non fuisse creatos in gratia affirmat Hugo de sancto Victore lib. 1. de Sacramentis par. 1. cap. 19. & 22. Rupertus 1. de Trinitate, cap. 16. Magister in 2. distinct. 52. & duabus praecedentibus. Alexander Alensis 2. par. quaest. 19. memb. 2. D. Bonauentura in 2. distinct. 4. artic. 1. quaest. 2. Richardus ibidem artic. 2. quaest. 2. Argentinas distinct. 5. artic. 2. Marfilus in 2. quaest. 4. artic. 1. Gabriel verò in 4. dist. 5. q. 1. artic. 2. hanc & contrariam sententiam vt probabiles defendit. Scotus autem dist. 5. quaest. anceps videtur esse. Quo loco obserua, hos autores non solum fuisse arbitratos, Angelos malos non fuisse creatos in gratia, sed etiam nunquam eos gratiam habuisse. Scotum excipio, qui hac de re anceps etiam est. De primo autem parente Doctores praedicti affirmant communiter in 2. dist. 29. eum non fuisse quidem creatum in gratia, eam tamen habuisse ante peccatum.

Angelos & primum parentem non fuisse creatos in gratia qui affirmat.

Probant primò suam sententiam. Quoniam Deus non sanctificat creaturam vsunt liberi arbitrij habentem, nisi ipsa se semetipsam ad gratiam disponat, & praeuret per bonum vsuum sui arbitrij: ergo Deus neque Angelos, neque primum parentem creauit in gratia: sed primum parentem iustificauit post illius creationem, ipso prius bene vrente suo libero arbitrio: Angelos verò malos, qui nunquam bene vsi sunt libero arbitrio, nunquam iustificauit. Secundò, si Angeli creati fuissent in gratia, sanè gratia non minùs esset eis naturalis, quam species eis in instanti, in quo sunt conditi, insula: sed gratia nulli creaturae est naturalis: ergo Angeli non sunt creati in gratia.

Secundò.

Tertiò.

Tertio, Ioannes Papa, cap. Viss. 16. quaest. 2. de diabolo ait: *Dolet & erubescit caritatem, quam in celo nequirit habere, homines constantes ex lutea materia tenere in terra*: ergo diabolus nunquam habuit caritatem & gratiam: si namque habuisset, quiniisset vtique eam habere.

Quartò.

Quartò, quoniam Gregor. 32. Moralium, cap. 18. iuxta impressionem Patris, sem anni 1571. & iuxta vetustiorum, cap. 25. eiusdem lib. 32. exponens illud Ezechiel. 28. *Aurum quoque decoris tui, & foramina tua, in die qua conditus es preparata sunt, de Lucifero ait: Huius lapidis foramina preparata sunt, quia videlicet capax caritatis est conditus, quia, si repleti voluisset, stantibus Angelis, tamquam positis in Regis ornamento lapidibus, potuisset inhaerere. Et nonnullis interiectis infert: Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiam vitium caritatis auro non sunt repleta*: censet ergo Gregorius, nunquam in Lucifero fuisse caritatem & gratiam, & pari ratione neque in alijs Angelis, qui cum illo corruerunt.

Contraria sententia vera est.

Contraria sententia, quae dicit Angelos & primum parentem creatos fuisse in gratia, est D. Thom. quo ad Angelos quidem hoc loco, quo ad primum verò parentem inferius quaest. 95. artic. 1. Gratiani de poenitentia dist. 1. per multa capita, praesertim cap. Cuius, quo ad Angelos, & cap. Tolle caritatem, quo ad primum parentem. Eandem tenent Durandus in 2. dist. 4. quaest. 2. Maior ibidem quaest. vnic. Albertus Magnus dist. 3. Gregorius ibidem quaest. 1. artic. 3. conclusione 1. Scotus 1. de natura & gratia, cap. 5. & plerique alij, estque nobis amplectēda. Sunt verò multa

multa Scripturæ testimonia, quæ eandem videntur sonare sententiam. Et in primis duo illa Ezechiel. 28. & beati Iudæ articulo præcedente relata. Vnde Gregor. 2. Moralium, cap. 8. exponens locum illum Ezechielis: *Quid boni, inquit, non habuit Lucifer, si signaculum Dei similitudinis fuit. Præterea Ioan. 8. de Lucifero dicitur: In veritate non stetit: fuit ergo aliquando in veritate: et ambulare in veritate, & stare in veritate, in Scripturis esse in gratia, iuxta illud 1. Ioan. 3. Non diligimus verbo & lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus.* Et illud 2. Ioan. *Gauisus sum valde quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate.* Et epist. 3. *Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare, & 1. ad Corinth. 1. Qui stat, videat ne cadat, & 4. Reg. 20. Obsecro Domine, memento quesitum quomodo ambulauerim coram te in veritate.*

Hanc eandem sententiam confirmat multorum Patrum testimonia. Basiliius in illud Psal. 32. *Verbo Domini caeli firmati sunt, Angelos, inquit, initio esse, Verbum opifex omnium condidit: sanctificationem vero simul impendit ipsis Spiritus sanctus.* Et paucis interiectis: *In prima, inquit, constitutione, & quasi quadam consensione sue substantie, simul infusam habuerunt sanctitatem.* Augustin. 11. de ciuitate Dei: *Nullo, inquit, modo secundum aliquod temporis spatium prius erant illi spiritus tenebre, quos Angelos dicimus, sed simul, ut facti sunt, lux facti sunt, non tamen ita tantum creati, ut quoquo modo essent, & quoquo modo viuerent, sed etiam illuminati, ut sapienter beatèque viuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam Angeli non obtinuerunt excellentiam sapientis, beatæque vite, qua procudubio non nisi æterna æternitatisque sue est certa, atque securus: sed & rationalem vitam licet insipientes, sic habent, ut eam non possint amittere, nec si velint. Quatenus autem antequam peccassent illius sapientia fuerint participes, definire quis potest.* Et 12. de ciuitate Dei, cap. 9. *Deus, inquit, in Angelis simul erat condens naturam, & largiens gratiam.* Hieronymus in illud Osee, cap. 3. *Dilexerunt vinicia vuarum de filiis Israël, ait: Pristinam gratiam perdiderunt: sicut demones, qui lapsi de propria dignitate, & nihil antiqua gratia possidentes, aridi sunt, & veteri siccitate marcentes.* Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxa, cap. 3. *Per Verbum Dei, inquit, creati sunt Angeli, & per sanctificationem Spiritus sancti perfecti, pro sua dignitate, & ordinis ratione illuminationem & gratiam participantes.* Cyrillus 6. lib. in Ioan. cap. 6. sic ait: *In veritate non stetit, quia prolapsus est à veritate, nec voluit manere in sua originis sanctitate, à iusto & bono Angelo diabolus factus est.* Gregorius 32. lib. Moralium, cap. 18. de Lucifero ait: *In medio ignitorum lapidum ambulauit, quia inter Angelorum corda igne caritatis succensa clarus gloria conditionis exstitit.*

De primo parente multas autoritates sanctorum refert Magister in 2. dist. 19. cap. 2. Quod fuerit in gratia ante peccatum. Accedit definitio illa Ecclesiæ in Concilio Tridentino, sess. 5. §. 2. *Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in Paradiso fuisse transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, anathema sit.* Et §. 1. *Si quis Adæ preuocationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse, anathema sit.* Quod verò primus parens non solum fuerit in gratia ante peccatum, sed etiam in ea fuerit creatus, probari potest. Quoniam paruuli nō alia de causa contrahunt peccatum originale, nisi quia primo parenti collata fue-

Originalis
peccati cur
in nos trans-
fundatur.

rat gratia, tamquam donum naturæ radici & truncō, ex quo tota natura humana erat propaganda, collatum: quia enim ipsi, & nobis gratia fuerat collata, seipsum, & nos suo illo peccato eā indignos effecit. Atque hæc est ratio, quare solum primum peccatum primi parentis, quo illa amissa est, in nos deriuetur: reliqua verò minime: gratia ergo à Deo collata Adamo erat donum naturæ, & non personæ, ac proinde quemadmodum in nos sine vlla nostra dispositione ac mortali liberi arbitrii simul cum natura erat deriuanda, paruulique in statu innocentie forent in gratia nascituri, sic etiam primo parenti collata fuit simul cum natura absque vllō motu liberi arbitrii ipsius præcedente. Ac sanè par est ratio quod eodem modo collata fuerit Angelis. Præterea paruuli, qui discedunt sine baptismo incurrunt pœnā damnī, quæ in carentia visionis diuinæ essentia est posita, ut ex cap. *Maiore cause*, de baptismo & eius effectu constat: sed carentia visionis diuinæ essentia nō esset pœna pueris, nisi ad illam habuissent ius per gratiam ipsis in primo parente collatam, quam primus parens sibi, & ipsi amisit, ut patet, quia si paruulus nasceretur in puris naturalibus, & discederet ab hac vita, antequam perueniret ad vsum rationis, carentia visionis beatificæ non esset pœna in eorum: ergo Adam habuit gratiam ante peccatum, sibi & posteris suis collatam tamquam donum naturæ, & ob id sine vlla sui dispositione. Accedit Anacletus, qui epistola sua prima decretali eleganter explicat primos parentes in gratia, virtutibusque omnibus repletos, fuisse conditos: tuncque hominem plus esse ad similitudinem Dei, qui caritas est, quando gratia, caritate, & virtutibus omnibus est repletus: & quia primi parentes tales sunt conditi, ait Genes. 1. dicit conditos, ad imaginem & similitudinem Dei. Subiungitque: *Quas virtutes, quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, & maior est, ac sui conditoris gerit similitudinem.* Et infra: *Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis sue excellentiam: & venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honorèque similitudinis diuinæ, ad quam creatus est, nobilitatem morum, executionem virtutum, dignitatem meritum habere contendat, ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, & mirabiliter in secundo reformauit.* Gregorius autem loco citato infert optimè, tanto abundantiora & præstantiora dona collata fuisse Lucifero est, quando constitutio, quanto à Adamo, quanto plus est, creatum esse signaculum similitudinis Dei, quam factum solum esse ad imaginem & similitudinem Dei. Vnde: *Quid, inquit, non habuit, qui signaculum Dei similitudinis fuit.* Ex dictis constat non esse tutam in fide, imò errorem esse in fide post definitionem Concilij Tridentini, sententiam Marfilij in 2. q. 16. art. 6. & Paludani in 4. distinct. 27. q. 4. artic. 4. conclus. 1. asserentium, primum parentem nō habuisse gratiam ante peccatum.

Superioribus rationibus, quibus ostensum est tam Angelos, quam primos parentes conditos fuisse in gratia, accedit ratio quam tangit D. Thomas hoc loco. Nempe, sicut Deus res ceteras in esse perfecto produxit, eisque semina indidit (aut certe virtutes, quibus in eis semina essent) vnde similia viuientia efficerentur, consono sic esse, ut creaturas intellectuales, liberòque arbitrio præditas, produxerit perfectas, ac cum semine vite æternæ, quo cum finem, ad quem condebantur, valeret promerere: immo di autem semen est gratia, ut ex illo 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum nō facit, quoniam semen*

ais in eo manet, est manifestum. Licet enim Deus creaturas libero arbitrio præditas non condiderit cum ultimo fine, tum quod exercere prius eas vellet, & quasi periculum multo illis esset propriis meritis ad eum pervenire: concedens fuit, ut cum omnibus mediis, ad eum finem propriis operibus promerendum, necessariis eas condiderit: gratia autem non est finis ultimus, sed medium ad eum, atque ad proprium meritum necessarium.

Ad primum argum. parva opposita.
Ad primum argumentum in contrarium dicendum est, antecedens solum esse verum de creatura, quæ per peccatum amisit iustitiam & gratiam, debetque de statu peccati transire ad statum iustitiæ: concedens namque est, ut plus Deus ab eo exigat, qui per peccatum iustitiæ amisit, quam ab eo, qui nunquam illam demeruit: & plus ab eo exigat, qui per proprium actum, quam ab eo qui per alienum eam amisit. Vnde æquissimè constituit Deus, ut qui peccando per proprium actum liberi arbitrii nostri, aut primi parentis, ab eo recessimus, cooperando per proprium actum, Deo ipsò adiuvante, aut certè per actum alterius, quis sacramentum applicet, quo pacto pueri ante usum rationis iustificentur, ad eum redeamus. Quamvis enim Deus eas tabulas dolauerit & aptauerit, in quibus ante peccatum filiorum Israël legem scripsit: eas tamen, in quibus secundò legem cõscripsit, prioribus ob populi scelus à Moyse contractis, dolatas iam & aptatas sibi tradi iussit, plus aliquid post peccatum ab hominibus exigens, ut illud idem beneficium conferret.

Cur modò post peccatũ plus à nobis Deus exigat.
Sunt qui velint, primam gratiam collatam Angelis in instanti, in quo sunt conditi, non fuisse illis collatam sine propria dispositione eorum per suum liberum arbitrium, imò pro qualitate dispositionis cuiusque plus vel minus gratia fuisse illis collatam: non secus ac nobis adultis, dum à peccato resurgimus, confertur prima gratia prævia nostra dispositione per nostrum liberum arbitrium, & pro quantitate, & qualitate dispositionis. Addunt hi autores, actum quo tam nos, dum à peccato resurgimus, ad primam gratiam ultimò disponimur, quam Angeli in primo instanti ad primam gratiam seipsum disposuerunt, emanare efficienter ab ipsa gratia, atque adeò esse posteriorem illa in genere causæ efficientis: esse verò priorem illa in genere causæ materialis, & dispositivæ.

Quorundam sententia de dispositione Angelorum ad primam gratiam.
Longè probabilius existimo Angelos sine vlla prævia sua dispositione gratiã accepisse, idque probat ratio D. Thomæ hoc loco, & reliqua quæ dicta sunt, neque contrarium docet articulo sequenti, ut ibi dicemus: Non dubito etiam dispositionem ultimam nostram ad primam gratiam non emanare efficienter à prima gratia, quatenus est dispositio, sed per auxilia alia particularia adiuvari liberum arbitrium nostrum, ut se disponat ad primam gratiam, ut in Concordiã quæst. 14. artic. 13. disputat. 44. ostensum est.

Angelis sine vlla prævia dispositione gratiã fuisse collatam.
Ad secundam. Ad secundum neganda est sequela: ordo enim, finisque naturalis, ad quem Angeli conditi sunt, postulat, ut infundantur eis species, ut quæst. 5. art. 2. explicatum est, & ideo sunt eis naturales: verò nec naturalis ordo, nec finis naturalis postulat, ut eis infundatur gratia, quæ ad finem supernaturalem conducit.

Ad tertium.
Ad tertium dicendum est, sensum illorum verborum esse, nequiuisset illam habere, postquam eam amisit: quia non est ei datus locus penitentiæ. Vel certè nequiuisset habere caritatem consummatam perseverantemve usque ad terminum viæ, quam

A homines in terra tenent.

Ad quartum dicendum est, apertissimè Gregorium eo loco docere, Luciferum creatum esse in gratia, ut ex aliis, quæ ex eodem Gregorio eo loco retulimus, est manifestum. Quod autem illis verbis tradit, hoc sensu accipi debet: iuxta verba illa Prophetæ, præter aurum caritatis, in quo primò Lucifer conditus est, concepit Gregorius Luciferum instar lapidis pretiosi, in quo foramina quædam sunt facta, quibus filum auri inferatur, & asfigatur vestimento vnà cum aliis pretiosis lapidibus, huiusmodi autem filum auri, quo Lucifer vnà cum aliis Angelis iustus foret inferendus, erant bona opera meritoria, & caritas perseverans usque ad terminum viæ: huius caritatis ait Gregorius Luciferum fuisse capaxem, & hanc non habuisse: & ideo foramina illius fuisse vacuã hac caritate.

Ad quartum.

ARTICVLVS IV.

Utrum Angelus creatus suam beatitudinem meruerit.

CONVENIUNT omnes, Angelum suam meruisse beatitudinem, asseuerareque contrarium non solum temerarium, sed & periculosum esse in fide. Propter rationes namque, quas articulo præcedente reddidimus, & alias ipsi meliùs, quam nobis notatas, meritò constituit Deus, non aliter puris creaturis, quæ usum liberi arbitrii haberent, suam beatitudinem conferre, quàm ex propriis earum meritis gratia ipsius suffultis. Dixi, puris creaturis, propter Christum Dominum, de quo tertia parte est disputandum, merueritne gloriam suæ propriæ animæ. Addidi, quæ usum liberi arbitrii, propter eos, qui ad usum liberi arbitrii nõ pertinent. Hi namque meritis Christi, sibi per sacramenta applicatis, in vitam æternam absque meritis propriis pervenire possunt.

Opinio eorum qui negat in Angelis meritã præviã præmio.

Tota autem controuersia est, utrum Angeli meruerint suam beatitudinem, antequam eam consecquerentur. Quidam (ni fallor propter Augustini de cognitione matutina Angelorum, & propter aliam ipsius quàm quorundam aliorum Patrum testimonia) arbitrati sunt, Angelos non habuisse gratiam ante beatitudinem: & quia non datur meritum vitæ æternæ sine gratia, in duas opiniones diuisi sūt. Quidam eorum dixerunt, simul duratione Angelos in instanti, in quo primò fuerunt beati, & suam promeruisse beatitudinem, & fuisse beatos, sed priùs natura eam commeruisse, quàm essent beati: non secus ac nos, cum à peccato resurgimus, simul duratione suffulti auxilio diuino disponimus nos ad primam gratiam, eamque consequimur, cum tamen priùs natura nos ad eam disponamus, quàm eam consequamur. Alij verò dixerunt, Angelos per opera, quæ erant exhibituri, quando in ministeriũ propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, mitterentur, nõsque custodirent, meruisse gloriam, consecutos esse gratiam, atque adeò præmium in eis fuisse ante meritum: non secus ac quando miles accipit equum aut arma, quibus militet, is præmium militiæ futuræ, præmium antecedit meritum.

Origenis error non canõicus.

Quo loco illud obiter admonerem, cauendum errorem Origenis homil. 20. & 24. in Numeros: & 13. & 35. in Lucam, quibus in locis affirmat, Angelos sanctos in nostram custodiam deputatos non solum mereri nos ritè custodiendo, sed etiam demereri, posseque peccare nos segniter custodiendo, nõdeque

indeque fore iudicandos, & hinc habere dependentiam, vt in futurum faciem Patris videant. Id namque vel est contra illud Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*, vel certe contra rationem visionis beatifica, beatitudinisque Angelorum, quae non minus sempiterna est, quam nostra, postquam semel fuerit adepti. Vnde Augustinus in Enchiridio, cap. 57. *Sed de illa, inquit, Ecclesia, qua in caelis est, affirmare quid possimus, nisi quod, nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps de illa cecidit, aut casurus est, ex quo Deus Angelis peccantibus non peperit.* Et 11. de Ciuitate Dei, cap. 13. *Proculdubio, inquit, multo durius nunc putare Angelos sanctos aeterna suae beatitudinis incertos, & ipsos de semetipsis ignorare, quod nos de illis per Scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim Catholicus Christianus ignorat, nullum nouum diabolium ex bonis Angelis vltimus futurum? veritas quippe in Euangelio sanctis fidelibus promittit, quod erunt aequales Angelis Dei: quibus etiam promittit, quod ibunt in vitam aeternam.* Porro autem si nos certi sumus, numquam nos ex illa immortalis felicitate casuros: illi vero certi non sunt, iam potiores, non aequales eis erimus: sed quia nequaquam veritas fallit, & aequales eis erimus, profecto etiam ipsi certi sunt suae felicitatis aeternae. Et Fulgentius de fide ad Petrum 3. tomo operum Augustini: *Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem a Deo incommutabili factam, nec tamen posse quemlibet sanctorum Angelorum in deterius mutari, quia sic acceperunt aeternam beatitudinem, qua Deo stabiliter perfruuntur, vt ea carere non possint.* Errorem Origenis videtur amplecti Hieronymus lib. 2. Comment. in Michaeam in illa verba 6. cap. *Surge, contende iudicio aduersus montes.* Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotheca annotat. 126. Hieronymum excusare vult, quod ex aliorum sententia loquatur.

Priorem ex duabus sententiis relatis secutus est D. Thomas cum aliis in 2. dist. 5. quaest. 2. artic. 2. & quodlib. 9. art. 8. sed eam hoc loco retractauit. Vide Capreolum in 2. dist. 7. q. 1. art. 1. concl. 2. Posteriorem vero secutus est Magister in 2. dist. 5. c. vlt. Neque eam reputat improbabilem D. Bonauentura eadem dist. q. vlt. licet oppositum amplectatur. Quidam argumentantur pro opinione Magistri. Primo, quoniam Angeli per bona opera, quae liberè nobis propter amorem Dei exhibent, aliquid merentur, sed non merentur praemium, quod de nouo accipiant: ergo praemium quod a principio acceperunt. Secundo, magnum praemium non datur nisi pro magnis & multis meritis: sed Angeli ante gloriam, nec magna, nec multa merita habuerunt: eo quod duratio, quae gloriam eorum antecessit, fuerit admodum breuis, & difficultas in operando nulla, cum ergo acceperint magnam gloriam & praemium, consequens est vt eam non meruerint nisi per sequentia opera.

Neutra harum duarum opinionum probatur a Doctoribus. Vnde meritò communis eorum opinio est, Angelos prius duratione meruisse praemium & gloriam, & postea in termino viae eam fuisse accutos. Quae sanè opinio, & intellectu est facilis, & rationi consentanea: consonum quippe est, vt quemadmodum Deus vnicuique nostrum certum tempus viae praescripsit, in cuius termino praemium aut poenam pro meritis aut demeritis confert: sic quoque Angelis certum viae praescripserit spatium, quo finito, aut poena mulcetur, aut praemio pro meritis eos afficeret. Obserua vtamque opinionem ex mente ferè omnium suorum autorum supponere, Angelos non fuisse conditos in gratia. Cum autem ar-

A titulo praecedente contrarium ostendimus, inde etiam vtique euerfa relinquitur.

Posterior, quae est Magistri, minus probati solet a Doctoribus, quam prior. Primo, quoniam si per opera, quae consequuntur gloriam, merentur Angeli vitam aeternam (vt laudes, quas Deo liberè concinunt) pro his etiam vitam promerentur aeternam: quare cum haec per totam aeternitatem sint multiplicanda, mererentur praemium infinitum: quod est absurdum. Secundo, quia neque damnatis pro malis operibus, quae liberè praestabant in perpetuum, vt pro blasphemis, &c. accrescit poena, neque hominibus beatis gloria pro bonis operibus, quae post gloriam adeptam similiter exercebunt liberè, eo quod sint iam extra viae statum, ac proinde merendi & demerendi: alioquin, & illis gloria, & istis poena accresceret sine villo termino. Vnde Christus Ioan. 10. *Veni, inquit, nox quando nemo poterit operari, quod scilicet in praemium cedat, eaque in fine vitae adueniente, reddetur denarius diurnus iis qui in vinea militantis Ecclesiae laborarunt: ergo pari ratione Angeli sancti per opera bona, quae post gloriam acceptam exhibebunt, non merentur praemium essentiale.* Hinc intelliges, priuilegium & miraculum fuisse in Christo, quod simul esset comprehensor & viator, vt redimere posset genus humanum. Tertio, quoniam si per bona opera praestata promereri possent gloriam, pari etiam ratione possent promereri gratiam: vnde sequeretur, primam gratiam cadere sub meritum, atque adeo gratia iam non esset gratia, vt Paulus ad Rom. 11. argumentatur. Quare non satis tutam iudico eam sententiam. His accedit praemium sempiternae beatitudinis suapte natura, ac proinde de lege ordinaria subleui meritum: cum ergo nulla fuerit ratio, quare Angelis praemium ante meritum Deus contulerit: fit, vt prius eos constituerit in via, & pro quantitate meritorum, quae sua libertate in via compararunt, in termino illius affecerit eosdem praemio.

Priorem opinionem, licet minus ea a Doctoribus improbetur, quam posterior, certè non solum falsam, sed & parum tutam in fide esse arbitror: neque est eadem ratio, vt sicut vltima dispositio ad gratiam coniuncta esse potest cum prima gratia in eodem temporis puncto: sed prius natura, quam gratia adfit: sic quoque, actus meritorius coniunctus esse possit in eodem temporis puncto cum visione beatifica, vt quaest. sequenti artic. 6. fiet manifestum.

Ad primum ergo argumentum, quo opinio Magistri confirmabatur, neganda est maior, si sit sermo de praemio essentiali: sunt enim extra statum viae, atque adeo extra statum merendi & demerendi, eo quod nihil mali iam tunc efficere possint: sicut damnati, cum sint extra viam, nihil boni moralis attingere possunt: quocirca beati illis operibus in eo statu non merentur praemium essentiale.

Atque hinc etiam soluitur argumentum illud, quod fit sumpta similitudine ex milite, cui ante militiam equus, aut arma traditur in pretium, ac praemium militiae futurae: huiusmodi namque praemium nihil pugnat cum merito futuro, nec ex natura rei illud impedire valet: praemium autè essentiale beatorum pugnat cum merito illius, quod sit post illud comparatum: eo quod ex natura rei constituat eum, qui illud habet, extra viam, reddatque eum impotentem ad peccandum.

Ad secundum dicendum est, ad magnum praemium non tam requiri multa opera quam magnum gratiam Dei, & magnum conatum ac feruorem in operando,

Magistri opinio. Suadetur a quibusdam primò.

Angeli prius duratione beatitudinis meruerunt, quam eam sint consecuti.

MOL
D. V.
4

operando, quae duo Angeli habuerunt, & idcirco habita ratione gloriae, quam sine propriis meritis pro magnitudine gratiae gratis simul cum natura sibi donatae acceperunt, uno aut paucis actibus, tam nobilibus quam Angeli pro nobilitate, viribusque suae naturae elicere potuerunt, sine vlla ex parte operis difficultate, mereri potuerunt plus praemij, quam nos multo pluribus actibus nostris mereamur. Non est tamen negandum, multos esse, ex hominibus iustis, qui in merito & praemio multos Angelos excedant, & aliquos esse inter eos, praesertim Dominam nostram, qui omnes excedant.

Nonnulli homines Angelis omnibus praemio excellunt.

ARTICVLVS V.

Utrum Angelus statim post unum actum meriti beatitudinem habuit.



IC articulus commodius discutitur cum artic. 6. quaest. sequentis.

ARTICVLVS VI.

Utrum Angeli sint consecuti gratiam, & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.

D. Thomas & Magistri sententia.

DIVVS Thomas hoc loco, tamquam rationi magis consentaneum, affirmat cum Magistro in 2. dist. 3. Angelos, quod inter se sunt perfectioris naturae, eod plus gratiae & gloriae fuisse consecutos. Tum quod rationi congruat, vt Deus quod perfectiores naturas Angelicas condebat, eod ad altiores gradus gratiae & gloriae, eas ordinauerit, atque adeo mere gratis maiorem copiam gratiae perfectioribus, quam imperfectioribus, contulerit, quando eas creauit, & maiora auxilia eis praestiterit, quibus ad maius deuenirent meritum. Tum etiam quoniam cum ad operandum nullum habeant impedimentum, nihilque quod eas retardet, vt nos habemus partem sensitiuam liberum nostrum arbitrium retardantem, rationi est consonum, vt Angeli per suum arbitrium operati fuerint toto conatu: quare cum perfectiores plus potuerint conari, intensiusque valuerint operari, meritum verò ex parte conatus, intentionis, & feruoris in operando augeatur: consequens est, vt rationi sit valde cononum, Angelos perfectiores in naturalibus plus meruisse, ad maioremque gratiam & gloriam peruensisse. In eadem sententia videtur fuisse Damascenus 2. lib. fidei orthodoxae cap. 3. dum dixit: Per Verbum Dei creati sunt Angeli, & per sanctificationem Spiritus sancti perfecti pro sua dignitate & ordinis ratione illuminationem & gratiam participantes.

Angeli quae portione gratiae habuerunt sine propria dispositione, quam fecerunt.

Illud admonuerim, ex eo quod D. Thomas hoc loco doceat, Angelos quod perfectioris fuerunt naturae, eod efficacius ad Deum fuisse conuersos, plufque gratiae fuisse consecutos, non sequi illum existimasse rotam gratiam fuisse illis datam pro qualitate conuersionis, dependenterque à conuersione tamquam à dispositione ad primam gratiam: in gratia enim Angelis collata distinguenda est portio, quae data est illis ex propriis meritis gratia diuina adiutis, tamquam augmentum gratiae mere gratis data: distinguenda etiam est alia portio illis omnino gratis data: non secus ac in nobis distinguitur augmentum gratiae, quod nobis datur ex nostris meritis, à prima gratia mere gratis nobis collata.

Molina in D. Thom.

A Quando ergo D. Thomas docet, gratiam collatam illis fuisse pro quantitate conuersionis illorum in Deum, loquitur de prima illa portione gratiae, quam distinximus: non verò de secunda.

D. Thomas & Magistri opinionem non esse omnino certam.

Illud etiam obserua, doctrinam hanc D. Thomae, & Magistri non esse certam: natura namque humana ad altiore gradum eleuata est in Christo & in Beata Virgine, quam natura Angelica: illis in naturalibus perfectiores sint euecta. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit, ait Paulus ad Hebraeos 2. Praeterea multi ex hominibus, vt Apostoli, martyres, & insignes Confessores, & ordinati sunt ad maiorem gratiam, & gloriam, quam multi Angelorum. Deinde quod ad secundum fundamentum D. Thomae attinet, sicut Angeli perfectiores in naturalibus pro libertate sui arbitrij peccare potuerunt, & de facto quidam eorum peccauerunt: sic pro eadem libertate potuerunt remissius operari, quam alij inferiores in naturalibus, vel exercere se in operibus minoris meriti ex suo genere. Quò fit, vt de hac re nihil sit certum: tamen si probabilitate non careant fundamenta, quibus innixus est D. Thomas.

ARTICVLVS VII.

Utrum in Angelis beatis remaneat cognitio naturalis.



ONCLVSIO D. Thomae est. In Angelis cum visione beatifica manet cognitio naturalis quam de Deo habent per suam substantiam, & per caeteras res creatas. Similiter cum dilectione supernaturali patriae, manet dilectio naturalis. Ratio est, quoniam actus naturalis non repugnat supernaturali de eodem obiecto, quemadmodum actus fidei repugnat visioni beatificae propter ineuidentiam: & idcirco licet actus fidei manere non possit cum visione beatifica, scientia tamen naturalis de Deo optime potest manere. Verum de hac re tertia parte, cum de scientia animae Christi, & de merito Christi fuerit sermo, erit disputandum.

Angelos vnà cum visione beatifica habere cognitionem naturalem de Deo.

ARTICVLVS VIII.

Utrum Angelus beatus peccare possit.



QUESTIONEM hanc discussimus de beatis 1. 2. q. 4. art. 4. nonnulla adiciamus q. 10. artic. 2. Faber Stapulensis in lib. de triplici Magdalena, D. Thomam reprehendit, quod asseruerit Angelos non posse peccare. Nam, inquit, Iob cap. 4. habetur: In Angelis suis reperit prauitatem. Hoc tamen testimonium intelligitur de Angelis dum erant in via, verumque est ratione demonum, qui contuerunt. Quod si Faber est arbitratus, Angelos beatos post adeptam beatitudinem posse re ipsa peccare, sanè grauiterrauit, vt art. 4. est ostensum.

Angeli beati peccare non possunt.

ARTICVLVS IX.

Utrum Angeli beati in beatitudine possint proficere.



AGISTER in 2. dist. 11. probabilis existimauit, Angelos vsque ad diem iudicij in merito, & beatitudine proficere. Contrariam conclusionem statuit D. Thomas hoc loco: fff Angelos

Quid hoc de re falso Magister senserit.

Angelos videlicet in beatitudine præmiõve essentiali non proficere. Ratio artic. 4. præcedente est reddita. Præter ea autem quæ ibi dicta sunt, potest id confirmari: Quoniam homines beati proficere nequeunt in beatitudine: ergo neque Angeli. Consequentia videtur nota, cum sit par ratio. Antecedens verò, præter testimonia art. 4. citata, probatur ex illo ad Galat. 6. *Que seminaverit homo, hæc & metet: qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: ergo dum tempus habemus operemur bona: quasi aperit dicat, post hanc vitam non amplius esse tempus seminandi ac metendi.*

Gaudia accidentalia beatorum an cadant sub meritum.

Commédât memoriæ doctrinam Divi Thomæ hoc loco in responsione ad tertium nempe gaudia accidentalia, in quibus proficiunt beati, iuxta illud Luca 15. *Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, ita ad beatitudinē accidentariam beatorum pertinere, ut illa propriè loquendo, non mereantur beati, nec propriè accipiant ea in præmium: sed ex natura ipsa beatitudinis profuere, ut beatus gaudeat de bono suorum proximorum, & peculiari quadam ratione de eo, cuius ipse fuit aliquo modo causa, aut quod est alicuius, qui cum ipso magis, quàm cum aliis beatis, aliquo modo coniunctus est. Confirmari potest, eiusmodi gaudia non cadere sub merita beatorum: quoniam quodd beati illa habeant, pendet ex libero arbitrio peccatoris, qui vult, aut non vult converteri, suscipere aut non suscipere monitiones Angeli custodis: ergo gaudium illud non conferitur Angelo beato in præmium, sed posita beatitudine resultat in beato naturaliter ex hypothesi, quod ponatur obiectum ab alieno arbitrio pendens. Gloria corporis, aureolæ Martyrum, Virginum, & Doctorum, licet non pertineant ad gloriam animæ essentialē, cadunt tamen aliquo modo sub meritum, quod tales beati habuerunt in via, non vero sub meritum, quod post adeptam beatitudinem essentialē habeant in patria. Et de beatitudine quidem corporis, dubitandum non est, quin cadat sub meritum viæ.*

Item gloria corporis & aureolæ.

QVÆSTIO LXIII.

De Angelorum malitia.

ARTICVLVS I.

Utrum malum culpe possit esse in Angelis.

Angeli sui pro natura sunt capaces malitia.



CONCLUSIO affirmat, & est de fide, ut patet ex illo Job. 4. *In Angelis suis reperit prauitatem, & ex multis aliis testimoniis Scripturæ, ex quibus constat, Angelos de facto peccasse. Ratio potissima conclusionis est, quia habent libertatem arbitrij, neque sunt tantæ perfectionis in suis naturalibus, quin apprehenso aliquo bono, quod rectæ rationi & legi Dei sit contrarium, amplecti illud possint per suum liberum arbitrium, atque adeo declinare à recta ratione, & lege Dei, ac peccare, non solum contra legem supernaturalem, sed etiam contra naturalem. Neque verum est, eam felicitatem moralem, quam viribus suis naturalibus possunt comparare, esse illis naturalem, ut naturale distinguitur contra liberum, hoc est, contra id quod in eorum arbitrio est comparare, aut non comparare. Et enim licet sine difficultate comparare possint felicitatem moralem naturalem: eò quod (si attendere velint) facillè perspicere possunt, quid rationi*

Beatitudo moralis an sit Angelis naturalis.

A recta sit consonum, quidque ab ea dissonet, nullamque difficultatem patiantur ex parte sensualitatis, quam non habent: nihilominus nullum est obiectum (præter infinitum & illimitatum bonum clarè visum) comparatione cuius non habeant libertatem quoad exercitium actus, & multa sunt bona particularia cum recta ratione pugnantia, comparatione quorum libertatem habeant: quoad speciem actus, ita ut vel complecti, vel respicere illa possint, prout maluerint, ac proinde peccare possunt contra legem naturalem, tam omitiendo, quàm committendo. Ac sancti, qui id negant, veras virtutes morales in Angelis negant, imò & felicitatem moralem, laudemque ex ea consequentem.

ARTICVLVS II. & III.

Utrum Luciferi peccatum fuerit superbia appetitumque esse ut Deus.

DISPUTATIO VNICA.



T hæc disputatio dilucidior sit in sequentia membra est diuidenda.

MEMBRVM I.

Sententia D. Thomæ, & sectatorum illius.



SENTENTIA D. Thomæ his duobus articulis & in responso ad quartum articuli primi, sequentibus conclusionibus continetur.

Prima est. Id quod Angelus, quando primò peccauit, appetiuit, non potuit esse malum, sed bonum: quare non peccauit ex parte rei, quam appetiuit, quasi illa esset mala, sed ex parte modi eam appetendi, quia scilicet non appetiuit, ut debuisset.

Secunda est. Primum peccatum Angeli fuit superbia: & illud consecutum est inuidia.

Tertia est. Angelus, quando peccauit, appetiuit esse ut Deus: non per æqualitatem, sed per similitudinem quamdam.

Quarta est. Primum peccatum Angeli in eo positum fuit, quod vel appetiuit suam beatitudinem naturalem, tamquam vltimum finem simpliciter, non curando de beatitudine supernaturali, ad quam ordinabatur per gratiam: vel appetiuit vltimam beatitudinem, ad quam ordinabatur supernaturaliter per gratiam, appetendo tamen illam suis viribus naturalibus, non curando de diuino auxilio. Atque in vtroque eatenus appetiuit similitudinem quamdam cum Deo, quatenus appetiuit habere suam beatitudinem vltimam ex suis naturalibus: quod est proprium Dei.

Fundamentum primæ conclusionis D. Thomæ est, quoniam arbitratu voluntatem nihil posse appetere, nisi quod per intellectum fuerit prius iudicatum esse bonum: quare cum in intellectu Angeli non fuerit error ante peccatum: alioquin pena præcessisset culpam: consequens est, ut id quod Angelus, quâdo primò peccauit, appetiuit, non fuerit malum, sed bonum, ac proinde ut non peccauerit ex parte rei, quam appetiuit, sed ex parte modi, quo eam appetiuit, quia scilicet non ut oportuit illam appetiuit. Vnde peccauit Angelus sine errore ex parte intellectus, eò quod iudicium quo ante appetitionem iudicauit, rem quam appetiuit esse bonam, verum erat: at verò peccauit per actuale inadvertentiam ad modum, quem in appetendo debebat.

bebat seruire: voluntarium tamen, eò quòd porue- rit, & ex hypothesi quòd appetebat, teneretur ad eum aduertere. Quo fit, vt dum ita prauè appetiit, & peccauit, fuerit quidem ignorans, non ignorantia prauè dispositionis, qua falsò aliqui iudicaue- rit, sed ignorantia negationis, qua ad id non aduertit, ad quod aduertere poterat, & tenebatur, ex hypothesi, quòd actum appetendi eliceret.

In prima conclusione & in illius fundamento, præter Caietanum hoc loco, Capreolum in 2. dist. 4. quaest. 1. Ferrariensem 3. contra Gent. cap. 1. 09. & 110. & alios D. Thomæ sectatores, conuenit cum D. Thomæ Durandus in 2. dist. 5. quaest. 1.

Tertiâ con- clusionē pro- bat D. Thom.

Tertiam conclusionem probat D. Thomas, quoniam Angelus appetiuit esse vt Deus, vt patet ex illo Isaie 14. *Exaltabo solum meum. ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Quod licet ad litteram intelligatur de rege Babylonis, secundum tamen communem expositionem Sâctorum, etiam intelligitur de Lucifero: etenim Propeta alludens ad superbiam Luciferi describit eo loco superbiam regis Babylonis. Præter alia, confirmare id poterat, ex nomine Michaelis, quod significat, *quis sicut Deus.*

Michaelis cur sic dicitur.

Quia enim princeps ille, dum cum aliis Angelis bonis Lucifero se opposuit, dixit, *quis sicut Deus.* Michaelis nomen obtinuit: ex quo factò ac nomine perspicuè constat, Dei similitudinem Luciferum appetiuisse. Subsunt verò D. Thomas: sed primus Angelus nō appetiuit esse vt Deus per equalitatem: ergo per similitudinem. Minorem probat D. Thomas primò, quia Angelus lumine naturali cognouit se esse non posse æqualem Deo, vt de se patet: potest vè d confirmari, quia cum error in eo non antecesserit culpam: sanè ante peccatum non potuit existimare se posse esse æqualem Deo: cum ergo electio non sit eorum quæ esse non possunt, sed eorum dumtaxat, quæ existimantur posse esse, vt patet ex Aristotele 3. Ethicorum cap. 2. fit vt Angelus non appetierit esse, vt Deus per equalitatem.

Secundò.

Secundò, quia Angelum esse æqualem Deo, implicat contradictionem, atque ad eò est non ens: sed obiectum intellectus & voluntatis est solum ens: ergo Angelus non potuit appetere se esse æqualem Deo.

Tertiò.

Tertiò, Angelum esse æqualem Deo habet adiunctum Angelum non esse, quia implicat contradictionem Angelum esse, & non esse inferiorem Deo: ergo contra naturale desiderium Angeli, quo naturaliter suum esse, suamque conseruationem appetit, est appetere equalitatem cum Deo, ac proinde illam appetere non potuit.

Quartâ con- clusionē D. Thom. vt ex- plicent eius sectatores.

Circa quartam conclusionem Caietanus & Ferrariensis locis citatis arbitrantur, D. Thomam magis inclinasse in eam partem, vt diceret, Luciferum peccauisse, quòd appetierit suam beatitudinē naturalem tanquam vltimā simpliciter, non curando de beatitudine supernaturali, quam quòd appetierit beatitudinem supernaturalem ex suis natura- libus, non curando de auxilio diuino. Vtrumque tamen affirmasse tamquam probabile. Capreolus verò loco citato potius tamquam opinionem Diui Thomæ defendit, appetiuisse beatitudinem super- naturalem ex suis tantum naturalibus, id quod multi ex recentioribus D. Thomæ sectatoribus so- lent probabilius iudicare: tamen alij adhaereant Caietano & Ferrariensi, quibus fauere videntur nonnulla Augustini testimonia. 11. enim super Gene- sim ad litteram c. 2. de Lucifero ait: *Factus conti- nuo se à luce veritatis auertit, superbia tumidus, & pro- pria potestatis delectatione corruptus: vnde beata, atque* Molina in D. Thom.

A angelice viua dulcedinem non gustauit. quam non usque acceptam fastidiuit, sed nolendo recipere deseruit, & amisit. Continuo impius, consequenter & mente cœcus, non ex eo, quod acceperat, cecidit, sed ex eo quod acceperet, si subdi voluisset Deo, quod profectò quia noluit, & ab eo, quod acceperat erat, cecidit. Et 22. de Ciui. Dei c. 1. Mali angeli sua, inquit, potestate delectati, velut bonum suum sibi ipsi essent, a superiori communi omnium beatifico bono ad propria deslexerunt. Et lib. 14. c. 13.

Quid, inquit, est superbia, nisi peruersa celsitudinis appetitus? Peruersa enim celsitudo est, descriptio eo cui debet animus inherere principio, sibi quodammodo fieri, atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet, cum ab illo bono incommutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi. Attamen, si Augustinus locis citatis attentè legatur, sanè inde non colligitur Aug- ustinum fuisse arbitratū, peccatum Angelorum in aliquo eorum, quæ D. Thomas 4. conclusio. asserit, fuisse positum: sed solū Angelum peccasse, quia se, propriumque cōmodum ac excellentiā, plusquam Deo obedire, etique subiici, diligendo, aliquid contra Dei obediētiam elegit. Quo pacto affirmat c. 13. citato, Eam peccasse, quam constat, nec peccasse appetendo suam beatitudinem naturalem, nec ap- petendo supernaturalem ex suis naturalibus.

B esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet, cum ab illo bono incommutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi. Attamen, si Augustinus locis citatis attentè legatur, sanè inde non colligitur Aug- ustinum fuisse arbitratū, peccatum Angelorum in aliquo eorum, quæ D. Thomas 4. conclusio. asserit, fuisse positum: sed solū Angelum peccasse, quia se, propriumque cōmodum ac excellentiā, plusquam Deo obedire, etique subiici, diligendo, aliquid contra Dei obediētiam elegit. Quo pacto affirmat c. 13. citato, Eam peccasse, quam constat, nec peccasse appetendo suam beatitudinem naturalem, nec ap- petendo supernaturalem ex suis naturalibus.

C Obseruant sectatores D. Thomæ, duobus modis posse intelligi Luciferum peccasse, siue in eo quòd appetierit suā beatitudinem naturalem, vt vltimā simpliciter, siue in eo quòd appetierit beatitudinem supernaturalem ex suis viribus, non curando de auxilio diuino. Vno, ita vt sola beatitudo sit res, quā appetit, obiectumque, volitum, non verò modus ille, videlicet, vt vltima, aut ex naturalibus non curando de auxilio diuino, sed modus teneat se solum ex parte actus appetēdi tamquam modus illius, non verò ex parte rei volitæ. Altero, ita vt tam beati- tudo, quam modus se teneat ex parte rei volitæ, quasi vtrumque fuerit formaliter volitum ab Anglo, nempe & beatitudo sua naturalis, & esse vltima finem simpliciter, aut beatitudo supernaturalis, & non esse ex auxilio & gratia diuina, sed ex suis tantum naturalibus. Tunc dicunt, D. Thomam non hoc secundo modo intellexisse: eo enim dato, An- gelus appetiisset malum, præcessissetque in intel- lectu error, quo id, quòd ita appetebat, iudicasset bonum. Præterea appetiisset, quòd esse non posset (quippe cum fieri nequeat, vt supernaturalis beati- tudo sine auxilio gratiæ viribus solis naturæ obtineatur, stantēque ordinatione diuina, qua Angelus ad vltiorem finem supernaturalem ordinabatur, fieri etiam non posset, vt naturalis beatitudo esset vltima simpliciter) quibus pugnantis docuit Diuus Thomas. Quòd fit, vt non intellexerit secundo modo, sed primo: ita scilicet quòd, si peccauit appe- tendo suā beatitudinem naturalem, formaliter solum voluit beatitudinem suam naturalem tamquam rem volitam, & quia eā non ordinauit ad beatitudinem supernaturalem, vt tenebatur, interpretatiuè ac im- putatiuè voluit illam, vt vltimū finem simpliciter, at- que ita peccauit, & deuiauit à recta ratione, & lege

D

E

F



que iudicium quod bonum sit, neque cognitio de illo est necessaria, sed satis est, quod utrumque poterit præcedere, & appetentis negligentia non præcesserit. Si verò peccavit in eo quod appetiuit beatitudine supernaturali, solum voluit formaliter beatitudinem supernaturalem tanquam rem volitã, & quia illam appetiuit suis naturalibus, habendo se negatiuè circa auxiliũ diuinum, & circa diuinã gratiam: cum tamen eo ipso, quod eam appetebat, teneretur habere se positiuè, & velle eam ex diuina gratia: sanè interpretatiuè ac imputatiuè voluit, vt non esset ex diuina gratia: sed ex suis tantum naturalibus, atque ita deuiat a recta ratione, & lege Dei ex parte modi appetendi, ac rei interpretatiuè ac imputatiuè volitã, non verò ex parte rei formaliter volitã, ad quod, vt dictum est, necesse non fuit, vt præcederet error ex parte intellectus, sed sufficiens fuit sola inconsideratio.

Quo loco animaduerte, sed etores D. Thomæ eodem modo affirmare superbiam in primo peccato Angelorum reperiri, non ex parte rei formaliter volitã, quasi quia illam appetierunt, superbiunt, sed ex parte modi appetendi, rei que interpretatiuè volitã. Superbia namque est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, seu excellentiæ improporionatæ statui, aut fini, ad quem res, vel sue nature, vel supernaturaliter ordinatur. Quare cum Angelus ad naturalem & supernaturalem beatitudinem fuerit ordinatus, neque vti que in eo quod naturalem, neque quod supernaturalem beatitudinem appetierit, cernitur superbia ex parte rei, quã formaliter voluit, sed solum ex parte modi appetendi, rei que quam eo modo appetendo interpretatiuè voluerat. Velle namque angelum interpretatiuè suam beatitudinem naturalem, vt vltimã simpliciter, vel beatitudinem supernaturalem, non ex gratia & auxilio Dei, sed ex suis tantum naturalibus, est velle interpretatiuè habere ex suis naturalibus suam beatitudinem vltimã simpliciter, quod est proprium Dei, ac proinde est supra id, quod status illius exigit, & quod postulat id, ad quod tam naturaliter, quã supernaturaliter ordinatur. Ita paucis explicatam habes sententiam D. Thomæ, quam satis obscure proponit hoc loco, pluribusque explicat eiusdem sectatores.

MEMBRUM II.

Sententia Scoti, & Gabrielis, illiusque impugnatio.

Quid de peccato angelorum Scotus senserit.



CORVUS in 2. d. 6. q. 2. & Gabriel ibidem q. 1. conueniunt cum D. Thoma, primum peccatum Angeli fuisse, quod beatitudinem inordinatè appetierit. Attamen dicunt in illa appetitione, & cerni amorem amicitia: quo se ipsum inordinatè dilexit, & amorem concupiscentiæ, quo beatitudinem inordinatè voluit. Atque ex inordinato amore sui inordinatum beatitudinis amorem ortũ habuisse, iuxta illud August. 14. de Ciuitate Dei c. vlt. *Duo amores fecerunt duas ciuitates. Amor sui vsque ad contemptum Dei ciuitatem Babylonis, cuius caput est diabolus, & amor Dei vsque ad contemptum sui ciuitatem Dei, cuius caput est Christus.* Tunc dicunt inordinatum illum amorem sui, qui natura antecessit concupiscentiam beatitudinis, pertinere ad peccatum superbiæ, tamen Scotus agrè id explicet, & nutare videatur: inordinatam verò concupiscentiam beatitudinis pertinere ad peccatũ luxuriæ: eò quod inordinatè eam tanquam bonum quoddam delectabile concupierit, & concupiscentia boni delectabilis ad

luxuriam reducatur. *Quamuis enim, inquit, luxuria sit propriè in actibus carnis, inordinata tamè appetitio cuiusque delectabilis ad luxuriam reducitur: sicut & delectatio ipsa, quæ ita inordinatè percipitur, quamuis sit de re spiritali, vt de speculatione conclusionis Geometriæ, ad luxuriam pertinet. Addunt, post hos actus subsecutum fuisse inordinatum appetitum principatus, ac dominandi in cæteros, subsecutamque esse inuidiam & odium.*

Opinio hæc Scoti, quatenus affirmat appetitum beatitudinis, quã bonum quoddam est delectabile, pertinere ad peccatum luxuriæ, improbable est profectò. Solus quippe appetitus delectationis in actu, qui ad venereã ordinatur, ad luxuriam spectat, si inordinatus sit. Quod si ordinatus sit, pertinet ad virtutem castitatis coniugalis. Appetitiones verò aliarum delectationum ad eas virtutes, aut vitia spectant, ad quæ ea, circa quæ delectamur, pertinent, vt appetitio moderata delectationis in cibo & potu spectat ad temperantiam: immoderata verò circa idem obiectum pertinet ad intemperantiam: moderata appetitio delectationis in speculatione conclusionis aliquæ spectat ad virtutem studiositatis: immoderata verò ad vitium studiositatis per excessum oppositum. Cum ergo appetitio beatitudinis in se, nec ad castitatem, nec ad luxuriam illi contrariam spectet, efficitur, vt neque appetitio delectationis circa beatitudinem ad castitatem, aut ad luxuriam pertineat.

Id etiam quod affirmant, nempe inordinatum amorem sui, vnde oritur inordinatus appetitus beatitudinis, pertinere ad speciem superbiæ, sanè sufficienter non probant. In primis, quoniam sicut amor proximi, idque, quod amori proximi contrariatur, non sunt aliud quã virtutes & vitia, quæ comparatione proximorum nobis insunt, quæque speciem habent ex obiectis, quæ eisdem virtutibus aut vitiis proximis volumus: sic etiam amor sui non videtur esse aliud, quã virtutes, & vitia, quibus homo ordinatè, aut inordinatè se habet circa se ipsum, quæque speciem sumunt ab obiectis, quæ homo ordinatè, aut inordinatè sibi ipsi vult. Idem quippe actus, quo homo sibi vult aliquid, puta cibum, quatenus terminatur ad cibum, quem vult sibi, dicitur concupiscentia cibi, quatenus verò terminatur ad se, cui cibum vult, dicitur amor suuinitate que illa videntur distincta integra obiecta, vt eorum comparatione diuersæ rationes formales, speciei que virtutis, aut vitij, in actu resultent: sed potius videntur plures partes vnius integri obiecti virtutis, aut vitij: quarum vna est quasi ratio, quod actus terminetur ad alteram, nempe is, cui volumus bonum, est quasi ratio, quod actus terminetur ad bonum, quod ei concupiscentia: eaque ratione amor amicitia, quo nos aut alterum diligimus, est ratio & origo amoris concupiscentiæ, non quidem ex parte actus, qui vnus est & idem, sed ex parte obiecti, quatenus actum dilectionis terminari ad eum, cui bonum aliquod concupiscentia, est ratio ex parte obiecti, quod terminetur ad bonum, quod illi concupiscentia. Licet ergo ab vtraque parte obiecti actus virtutis ac vitij speciem sumat (alterius namque speciei sunt virtutes, & vitia, quibus ordinatè, aut inordinatè non habemus ad Deum, alterius, quibus ordinatè, aut inordinatè nos gerimus erga nos ipsos, & alterius, quibus ordinatè, aut inordinatè nos erga proximos gerimus) nihilominus vltimum complementum speciei est ab obiecto, quod Deo, nobis, aut proximo volumus, aut nolumus: sic amor, quo ita proximum diligo,

ligo, vbi velim, ac reddam quod ipsius est, pertinet ad speciem iustitiae: amor, quo patrem diligo, dum honorem debitum, et volo, ac exhibeo, pertinet ad speciem pietatis: amor, quo diligo proximum, dum elemosinam adhibeo, ad illius necessitatem ei volo, & porrigo, pertinet ad speciem misericordiae: & ita de reliquis, quae proximo in ratione illius volumus, aut nolimus: pro diuersitate namque obiectorum, siue bona sint, siue mala, quae eis volumus, aut nolimus, confurgunt diuersae species virtutum, ac vitiorum per ordinem ad proximos. Vnde intelliges facile, quam ratione praecipua omnia, quae circa proximos traduntur, in hoc verbo, praecipit generaliter instaurantur, *Dilige proximum tuum, sicut teipsum*. Eodem modo alterius speciei est amor, quo nos ipsos ordinat, aut inordinat diligimus, dum nobis cibum ac potum appetimus, ac dum nobis appetimus venerea, & dum nobis ordinat aut inordinat appetimus honores, & eminentiam, ac dum appetimus diuitias, & ita de reliquis obiectis, quae nobis ordinat, aut inordinat appetimus: pro diuersitate namque huiusmodi obiectorum diuersae species virtutum, ac vitiorum in ordine ad nos ipsos confurgunt. Eodem modo vnus simplicissimus actus, ad virtutem religionis spectans, est, quo Deo volumus honorem, aut subiectionem, ac obedientiam illi debitam, qui speciem sumit pro qualitate eius boni, quod illi volumus, nec in eo actu sunt duae rationes formales virtutis, vna quae confurgat ex Deo, cui tale bonum volumus, & alia, quae confurgat ex bono, quod illi volumus & exhibemus.

Amor proximi qua ratione vnuerfam legem, qua erga proximum est in se continet.

Caritas erga Deum, erga nos, & proximum, virtus (sunt distincta ab aliis, quae circa ad obiecta corpora sunt bonorum, quae volumus, & exhibemus.

Amor in virtute in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Amor in se continet.

Acienter probant Scotus & Gabriel ordinatum amorem sui, vnde in Angelo ortum habuit inordinatus appetitus beatitudinis, pertinere ad speciem superbiae: quia esto esset actus distinctus a concupiscentia beatitudinis, pertineret tamen ad vitium virtuti caritatis naturalis, amorisque sui ordinati contrarium per excessum, nec esset necesse, vt ad superbiam pertineret, quae cum humilitate pugnat: quare non immerito iurata videtur Scotus, neque constanter affirmat pertinere ad speciem superbiae.

MEMBRUM III.

Explicatur, in quo sensu appetere potuerit Angelus se esse aequalem Deo, & in quo non: ad concordiamque reducuntur Diuus

Thomas & Scotus.

IRCA tertiam conclusionem D. Thomae notandum est, Scotum in 2. d. 6. q. 1. in esse sententia, vt dicat, Angelum potuisse appetere se esse vt Deum per aequalitatem, potuisseque in eo peccare. Si tamen attentè legatur, non pugnat cum D. Thoma. D. namque Thomas loquitur de primo peccato Angeli, intelligendūque est de voluntate absoluta seu efficaci: Scotus autem, nec loquitur de primo peccato Angeli, nec de voluntate absoluta & efficaci, sed de conditionali, & inefficaci ad impetranda media ad executionem: quae voluntas inefficax, & conditionalis, velle aliquid confuevit appellari, sufficitque ad peccatum. Quia ergo sola voluntas efficax est, quae esse non potest impossibile, eorumque, quae talia esse creduntur, velleitas vero voluntate conditionalis esse potest eorum, quae nulla ratione esse possunt, vt Aristoteles

Voluntate conditionata vt potuerit angelus appetere diuinam aequalitatem atque ea in peccare.

Ethicorum c. 1. & 2. docet, merito Scotus loco citato affirmat, Angelum non potuisse quidem peccare ex electione, appetendo aequalitatem Dei, vt electio est voluntas efficax mediatorum ad finem: sic enim ex Aristotele 3. Ethicorum c. 2. Electio solum est eorum, quae esse possunt: potuisse tamen peccare ex electione, vt peccare ex electione, est peccare non ex ignorantia, nec ex passione, aut subreptione, sed ex plena cognitione. Nec credo quicquam tunc posse reprehendi in hac sententia Scoti: quin potius existimo satis probabile, Luciferum post primum peccatum, non solum a. h. o. profectum fuisse Deum, voluitque Deum non esse, voluntate conditionata, si scilicet id esse posset, sed etiam appetuisse aequalitatem Dei, hoc est, se esse qualis est Deus, aut quiescens Deus, si id vlla ratione esse posset. Tanta fuit in eo monstro superbia, iniquitas, & insolentia: Haec omnia, praeter rationes alias Scoti, mihi persuaderi illa breuis, quia in his nullam video repugnantiam.

Vnde ad rationes quibus Diuus Thomas tertiam conclusionem probauit, quatenus cum hac sententia Scoti pugnare aliquid forte videbuntur, respondendum est. Ad primum, negando minorem, si sit sermo de voluntate conditionata, & post primum Luciferi peccatum: concedendo vero, si sit sermo de voluntate absoluta, de qua sola concludit optime probatio subiuncta, non vero de voluntate conditionata, seu velleitate, in qua non secus, ac in voluntate absoluta aeterni potest ratio peccati de vno & eodem obiecto, modo conditio apposita non sit, quae destruat rationem peccati, vt esset, si quis velle, quod in se est peccatum, at sub conditione, quod non esset peccatum.

Ad primum quo 3. d. Th. conclusio confirmabatur.

Molina in D. Thom.

Ad secundum. Ad secundum neganda est minor: intellectus namque intelligit chimæram, & alia, quæ esse non possunt, sed per ea, quæ esse possunt, voluntasque potest illa appetere, non voluntate absoluta, sed sub conditione, si esse possent.

Ad tertium. Ad tertium, concessio antecedente, neganda est consequentia, si in consequente sit sermo de appetitione conditionata, qua sub ea conditione appeteret æqualitatem Dei, si, ipso manente eodem qui est, esse posset æqualis Deo, aut is, qui est Deus: concedenda verò est, si sit sermo de appetitione absoluta. Aliter soluit Scotus hæc argumenta.

MEMBRUM IV.

Referuntur tres alia sententia D. Bonaventura, Durandi, & quorundam qui ruinam angelorum ex revelatione mysterij incarnationis Angelis facta occasionem sumpsisse arbitrantur.

Angelorum peccatum ex D. Bonaventura sententia quale.

DIVVS Bonaventura in 2. d. 1. art. 1. q. 1. & 2. putat, initium peccati Luciferi fuisse præsumptionem, qua incautus suam pulchritudinem, & perfectiones, præsumpsit de se ipso, se aliis præesse posse, dignitatemque suæ naturæ id postulare: peccatum verò illud fuisse consummatum in ambitione, qua hoc ipsum propria autoritate appetiuit: inde autem, cum obtinere non posset, securam fuisse invidiam, & odium: unde affirmat primum Luciferi peccatum fuisse superbiam. Eandem sententiam, vt communiorem inter Doctores refert Dionysius in compendio Theologiæ propositione 71.

Durandi opinio.

Durandus in 2. d. 5. q. 2. probabile existimat, si cut primo homini impositum fuit præceptum iuris positivi, ne comederet de ligno: sic etiam Angelis impositum fuisse aliquod præceptum iuris positivi, vt qui ad eundem finem erant conditi simili quoque lege viverent, sumptoque simili periculo fidelitatis ac obedientiæ eorum ad finem pervenirent, aut ab eo descicerent. Unde arbitrat Angelos, non secus ac primos parentes, transgrediendo præceptum iuris positivi, quod acceperant, peccasse. Quod autem fuerit illud præceptum, atque adeo, quod fuerit in particulari peccatum angelorum, ait nos nescire.

Aliorū opinio occasione revelationis Christi futuri peccasse angelos.

Sunt verò quidam alij, his præsertim temporibus qui arbitrantur, Luciferi peccatum, demonumque aliorum, qui illi adhæserunt, inde sumpsisse occasionem, quod Deus statim ac Angelos condidit, in examen & probationem obedientiæ, fidelitatis, ac subiectionis eorum, inter alia, quæ illis revelavit, vnum fuerit, mysterium incarnationis futurum, nempe consilium, propositum, ac decretum suum æternum esse communicare se summo modo, qui esse potest creaturis suis, vniuersæque naturam humanam Verbo diuino, ac proinde constituere hominem, qui ex huiusmodi vniione resularet, qui que eo ipso Deus & homo necessariò erat futurus, caput regni cælestis, Dominusque creaturarum omnium mente præditarum. Deinde simul imposuisse præceptum Angelis, vt eum adorarent, ac illi seruirent: non secus ac primis parentibus, vt eorum fidelitatem ac obedientiam probaret, præcepit, ne de ligno vetito comederent. Eiusmodi verò consilium, ac præceptum sese statim offerre cepisse Lucifero vt durum, nec satis æquum, suamque pulchritudi-

A nem, nobilitatem, atque excellentiam contemplatum, cepisse tum secum cogitare, tum cæteris Angelis proponere. Nonne æquius erat, nonne magis rationi consentaneum, vt quando Deus se summo illo modo creaturis communicare constituerat, angelicæ potiùs naturæ, quæ tot partibus longè superat humanam, eo se modo communicaret? Ex inter angelicas eam potiùs ad id eligeret, quæ præstantia ac dignitate cæteras antecederet? Addunt autores huius sententiæ, elatum in eum modum Luciferum sibi ipsi suæ propriæ naturæ cupere cepisse hypostaticam illam vniionem cum Verbo diuino, & principatum illum ac excellentiam super omnia creata, atque apud se statuisse detractare diuinum illud mandatum, & ordinationem, traxisseque in suum consilium, propositum, ac determinationem cæteros demones. Obtenebrato verò intellectu, deprauatæque illius voluntate per superbiam, rebellionis, & inobedientiæ peccatum contra Deum, exarsisse in invidiam, & odium generis humani, præsertim Christi, concupisque illum perdere, & occidere: simul etiam fuisse inflatum odio Dei, qui id constituerat, sibi resistebat, seque de statu pristino propter peccata commissa in extremam miseriam detruerebat. Addunt iidem, Michaellem, Gabrielem, cæterosque bonos angelos, audito Dei consilio, & præcepto, ei adhæsisse, omniæque, vt par erat, probantes, restitisse, seque contra Luciferum, illiusque sectatores opposuisse: omnes aduersantes è cælo in terram, ac tartara præcipites deturbasse, iuxta illud Apocyp. 12. *Factum est prælium magnum in cælo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnavat: Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo: & proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Sathanas, qui sedecit uniuersum orbem, & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt.* De quo eodem dracone paulò ante dicitur, *Et cauda eius traheret tertiam partem stellarum cæli.* Itaque horum Doctorem sententia est, Luciferi peccatum fuisse superbiam, qua de se ipso præsumens, suæque pulchritudine & nobilitate inflatus, appetiuit naturam suam ad thronum Verbi diuini per vniionem hypostaticam euehi, cæteris omnibus præesse, nullique omnino creaturæ subici, hancque superbiam comitatam fuisse invidiam, & odium generis humani, præsertim Christi, homicidique peccatum, quo Christum perdere concupiuit, nec non odium Dei.

E Ex recentioribus, huius sententiæ autores sunt, Ambrosius Catharinus in illud Genes. 3. *sed & serpens erat callidior cæteris animantibus.* Viguerius c. 3. Institutionum Theologicarum. §. 2. vers. ultimo, & quidam alij. Ex antiquioribus Rupertus Abbas in illud Ioann. 8. *Ille homicida erat ab initio.* Dionysius Carthusianus 1. sententiarum d. 5. q. 1. Gulielmum Parisensem citat in hanc sententiam, neque eam reprobat: tamen si non tam explicatè, ac recentiores, memoratam sententiam proponant.

F Sunt qui eandem opinionem tribuant D. Bernardo sermone 17. in Cantica: at certè Bernardus eo loco, non firmus, quin potiùs tam quam quid incertum, explicat quale fortasse fuerit Luciferi peccatum, dicens: *Putas enim Lucifer ille qui mane oriebatur, sed præproperè eleuabatur, antequam verteretur in tenebras generi nostro inuiderit, & ipse olei effusorem, vt per se ipsum iam tunc indignabundus missitaret, dicens in ira se quodammodo, vt quid perditio hæc? Hæc ego non assero dicere spirituum, sed nec contradicere dico, nescio.*

nescio enim. Potuit autem contingere (si tamen incredibile non putetur) plenum sapientia, & perfectum decore homines prescere potuisse, etiam & perfectiorem in parem gloriam: sed si prescivit, in Dei Verbo absque dubio vidit, & in liuore suo inuidit, & moluit esse habere subiectos socios designatus. Inferiores sunt, inquit, inferioresque natura: non deceat esse concines: nec æquales in gloria. An forte proditi impiam hanc eius machinationem illa presumpcia ascensio, sibi que significans magisterium: Ascendam, inquit, super montem excelsum, & sedebo in lateribus aquilonis: quo altissimi quamdam proinde similitudinem obtineret. Si quemadmodum ille super Cherubim sedens gubernat omnem Angelicam creaturam, ita & ipse alius sederet, regeretque genus humanum. Absit, iniquitatem medicatus est in cubili suo, mentiatur iniquitas sibi. Nos alius non cognoscimus iudicem, quam autorem. Non diabolus, sed Dominus iudicabit orbem terra, ipse Deus noster in seculum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula. Ergo in celo concepit dolorem, & in paradiso peperit iniquitatem, prolem malitia, matrem mortis, & arummarum omnium prima parens superbia. Nam est inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, inuitum tamen omnis peccati superbia. Hactenus Bernardus. Quibus sanè verbis, nihil de reuelatione mysterij incarnationis, nihil de præcepto Lucifero imposito, quo tãquam Dominum adorare deberet Christum hominem, illique subici meminit Bernardus, sed solum de reuelatione creationis futuræ hominum: vt vnà cum Angelis sempiterna potirentur felicitate, indeque non improbabile existimat Luciferum occasionem sumpsisse ruendi in peccatum superbiæ, inuidiæque generis humani.

A principio desiderauerit Christum interficere, nec id perficere potuerit, atque ad eò, vt illi statim à principio innotuerit mysterium incarnationis, futurumque Christum caput & dominum hominum & angelorum, ita nimirum, vt inde ruina ansam attriperit: loquitur namque Christus eo in loco de primo peccato, & ruina Luciferi, vt patet: quoniam cum dixisset: Ille homicida erat ab initio: addidit, & in veritate non stetit: quod omnes exponunt, quia per peccatum à gratia, in qua conditus fuerat, decidit. Hoc totum affirmat Rupertus in eum locum.

B Quartò ex illo Isaia 14. quo ad Luciferi superbiã, & casum alludens propheta, de rege Babylonis, ait: Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris? Qui dicebas in corde tuo: In celum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Cum Lucifer ante lapsum in peccatum, in celo ethyreo esset, ceterasque creaturas, naturæ, gratiæque nobilitate, & donis vinceret, sanè id quod in corde suo dixit quando peccatum suscepit, videlicet in celum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, non est intelligendum de ascensu in celum materiale, & super astra materialia, sed de ascensu ad vnionem hypostaticam cum Verbo diuino, quam appetiuit, & vbi super omnia creata tamquam in solio & monte testamenti, sedere voluit, similisque esse in dominio & principatu super reliqua omnia Altissimo, eo modo quo Christus, quatenus homo, Dominus est omnium.

Verum aduersus hanc sententiam obiicit aliquis, Luciferum appetendo vnionem hypostaticam suæ naturæ cum Verbo diuino, consequenter appetuisse suum suppositum non esse: quare cum nihil appetere possit sui ipsius destructionem, ac non esse, consequens videri, vt neque vnionem hypostaticam propriæ naturæ cum Verbo diuino potuerit Lucifer appetere. Respondendum est tam men fieri optimè posse, vt quis appetat suum non esse: tum intuitu vitandi maioris mali, quàm sit bonum sui esse: quo pacto quoniam melius esset damnatis, si nati non fuissent, quærent mortem, vt euadant tormenta, nec tamen eam inuenient: tum etiam intuitu maioris boni, quod pars remanens creaturæ appetentis, obtinebit: quo pacto Paulus dissolui optabat, vt cum Christo esset, quo ad animam. Quare intuitu tanti boni, quantum est propriam naturam vnitam esse Verbo diuino, quoduis suppositum id perciperet, si Deus ita ordinare vellet: esto, quoad rationem suppositi proprii suæ naturæ, desinere esse.

Hoc loco, quasi per transennam, faciendam duxi mentionem insaniæ Mahumeti circa ruinam Luciferi, & aliorum angelorum, quam ex quorundam Iudeorum fabulis hausisse videtur. Ait namque in Alchorano, Deum præcepisse Angelis vt coram Adamo se humiliarent, eumque venerarentur, Luciferumque, & sectatores illius noluisse parere, eaque de causa damnationem incurrisse. Lege Dionysium Carthusianum lib. 2. in Alchoranum art. 27. Athanasius, aut quiuis alius eius operis autor, quæst. 6. ad Antiochum ante Mahumeti tempora referens hunc errorem, hæc subiungit: Hominum stultorum commenta sunt hæc.

F Tertio ex illo Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: cum ergo Pharisæi, cum quibus Christus loquebatur, vellent Christum interficere, & vt ex antecedentibus, & sequentibus in eodem capite constat, ea de causa dicat illos esse ex patre diabolo, & desideria illius velle perficere: consequens est, vt Lucifer statim à

Confirmans quidam hanc sententiam. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Obiectio.

Solutio.

Mahumeti commentum circa angelorum peccatum.

MEMBRUM V.

Auctoris sententia.

1. Conclusio.



T de hac re dicam quod sentio, sit prima conclusio prima conclusioni D. Thomæ contraria. Quod Angelus appetit dam primò peccavit, potuit esse malum moraliter: unde potuit primò peccare non solum ex parte modi appetendi, sed etiam ex parte rei malæ, quam appetit, verisimileque est eum sic peccasse. Hæc probatur ex contrario fundamento ei, cui nititur D. Thomas. Quoniam, ut res, quæ est mala moraliter, appetatur, neque est necessarium, ut iudicetur bona moraliter, neque ut iudicetur bona simpliciter, sed satis est, si in ea conspiciatur aut existimetur ratio aliqua boni utilis, honesti, aut delectabilis, ratione cuius appetatur. Verbi gratia, ut fornicatio appetatur, necesse non est, ut iudicetur bona moraliter, aut bona simpliciter, sed satis est, quod se offerat intellectui, ut delectabilis: ratio quippe boni delectabilis, quæ in ea elucet, sufficit, ut appetatur: quare absque vilo errore in intellectu potest quis appetere fornicationem, eo ipso quod eius menti representetur ut bonum quoddam delectabile sicut re ipsa est, esto simul iudicetur mala moraliter, & à Deo prohibita, eaque appetitione fieri hominem dignum, qui muletur æterno regni celestis exilio, & cruciatibus æternis puniatur. Eodem ergo modo Angelus potuit absque vilo errore in intellectu appetere primò, id quod erat malum moraliter, & quod videbat à Deo esse prohibitum, eo ipso quod in eo eluceret bonum honoris, aut quidvis aliud: nam pro libertate & arbitratu suo potuit præponere minus bonum maiori, appetendo minus: & relinquendo maius. Rem hanc totam ostendimus latè in 1.2. quæst. 9. art. 1. & quæst. 13. art. 6. quibus dissolvimus rationes, quæ in contrarium adduci possunt. Consentiant nobiscum Scotus & Gabriel in 3. dist. 36. quæst. vnica & doctores Nominales communiter. Adriani quodlib. 4. & Almainus in moralibus tract. 3. dum de prudentia disserit.

2. Conclusio.

Secunda conclusio. Primum Luciferi peccatum fuit superbia. Hæc ad hæc est certa, ut contrarium non sit tutum in fide. Probatur, quia in primis est communis sententia D. Thomæ & Scholasticorum in 2. d. 4. 5. & 6. Deinde est etiam communis sententia sanctorum, Augustini 11. super Genesim ad litteram cap. 13. 14. 15. 16. & 23. & 12. de Civitate Dei cap. 6. lib. 1. 4. cap. 13. & alibi sæpe, Athanasij, si tamen ipse est autor operis ad Antiochum, Basilij homilia 9. quod Deus non est autor mali. Auctoris homilia de Adam & Eva apud Chrysostomum tom. 1. Chrysost. hom. 15. in Ioan. & eiusdem, aut cuiusvis alterius auctoris operis imperfecti in Matthæ. homilia 4. Damasceni lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 4. Gregorij Nazianzeni de principiis, canticum 6. Ambrosij in illud Psal. 36. *Vidi impium super exaltatum*, & in Psal. 118. sermo. 3. in illa verba, *inrepaisti superbos*, Hieronymi in illud Isaia 3. *Dabo pueros principes eorum*, Gregorij in 1. Reg. lib. 3. cap. 4. in principio, & aliis sæpe. Isidori lib. de sum. bono cap. 12. sententia 7 & 8. Bernard. serm. 1. de adventu, & serm. 69. in Cantica. Anselmi in illud 1. ad Timotheum 3. in *iudicium incidunt diaboli*.

Item eandem sententiam sonant aperte Scripturæ sacræ Isaia 14. vbi iuxta communem sen-

tentiam sanctorum, alludendo ad Luciferi superbiam, describitur superbia regis Babylonis, eis verbis: *Detrahitur est in inferos superbia tua. Et infra: Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris. Qui dicebas in corde tuo: In celum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Ezechielis 28. Vbi similiter superbia regis Tyri describitur illa oratione: *Elevarum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proiecit te. Lucas 10. ad deterrandos discipulos, ut ab inani gloria & peccato superbiae cauerent: *Prophetam, inquit Christus, *Satanam sicut fulgur de celo cadentem. Ita exponit eum locum Hieronymus in illud Psal. 3. citatum, Gregorius 2. 3. Moralium cap. 4. & plerique alij, Paulus ad Timotheum 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Et subdit: *Non neophyrum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli: id est, in damnationem diaboli, hoc est, ne & ipse propter superbiam damnetur, sicut & diabolus propter superbiam damnatus est, ut Hieronymus in illud Isaia 3. citatum exponit, & plerique alij. Iob 41. *Ipse est rex super omnes filios superbia. Ecclesiæ. *Initium omnis peccati superbia.********

3. Conclusio. Tertia conclusio. Peccatum primum Luciferi non videtur fuisse ex inadvertentia. Hæc probatur primò, quoniam potissimum fundamentum eorum, qui aliterant ex inadvertentia, ortum est: quia aliquin error in intellectu Angeli antecessisset peccatum angeli: sed in prima conclusione ostensum est, id non esse necessarium: ergo peccatum angeli non fuit ex inadvertentia profectum. Secundò, quia in peccato ex inadvertentia vix tanta culpa intelligi potest, quantum oportet agnoscere in peccato, propter quod Lucifer sic à Deo proiec-tus, punitusque est, & quantum Scripturæ locis citatis in quibus superbia Luciferi describitur, innuit. Tertio, quia par est ratio de angelo, & de primis parentibus: Eua autem non peccavit ex inadvertentia: quandoquidem ei prius diabolus proposuit, *cur præcepit vobis Deus, &c.* quod idem dicendum est de Adam, ut affirmant Augustinus 14. de Civitate Dei cap. 11. Anselmus in illa verba Pauli 1. ad Timotheum 2. *Adam non est seductus*. Beda in collectaneis super Paulum eum explicat eundem locum. Id ipsum de angelis affirmant Hieronymus, aut quibus alius eius operis autor, in illa verba Iob 2. 4. *Si subito apparuerit aurora: & Anselmus de casu diaboli cap. 23. & Bernardus serm. 1. de adventu, vbi ex persona Filij Dei sic ait: *Non in affectum malitiæ & nequitia transisse Angelos desertores, neque ex ignorantia aliqua, seu infirmitate peccasse. Imò eam rationem reddunt Gregorius lib. 4. Moralium cap. 11. & Isidorus lib. 1. de sum. bono cap. 12. sententia 10. & 11. & alij, quare homo ad penitentiam fuerit admissus, angelus verò non item, quod homo ex infirmitate peccaverit, angelus verò minime: quod si angelus ex inadvertentia peccavit, cum inadvertentia non minus, quam infirmitas, imò magis excuset à culpa, sanè ratio, quam Patres illi reddunt, nulla esset.**

4. Conclusio. Quarta conclusio. Peccatum Luciferi, nec in eo videtur fuisse, quod appetierit suam beatitudinem naturalem, tamquam ultimum finem simpliciter, neque in eo, quod appetierit suam beatitudinem supernaturalem ex suis naturalibus sine divina gratia, modo iuxta mentem D. Thomæ explicato. Hæc probatur primò, quia id vnde potissimum ductus videtur D. Thomas, ut hoc assereret, fuit, quia arbitrius est angelum non potuisse primò peccare

ex parte rei, quam voluit, quasi illa esset mala, sed solum ex parte modi, quo eam appetiuit: nec potuisset peccare, nisi ex inaduerentia modi, quem seruare debebat: sed prima & tertia conclusione ostendimus vtrumque esse falsum: ergo in neutro illorum duorum videtur fuisse positum peccatum Luciferi. Secundò, quia primò peccatum Luciferi fuit superbia, vt in secunda conclusione ostensum est: difficile autem explicatur ratio superbiae in eo, quòd appetierit suam beatitudinem naturalem, habendo se negatiuè circa supernaturalem, aut in eo quòd appetierit supernaturalem, negatiuè se habendo circa auxilia supernaturalia: neque satis constat, cur inde sequatur, voluisse interpretatiuè suam beatitudinem naturalem esse vltimam simpliciter, aut supernaturalem non esse ex auxilio Dei: praesertim vt tantam culpam incurrisse dicatur, quantum verisimile est fuisse in eo peccato, propter quod Deus tam graui cum supplicio affecte: maximè cum iuxta autores eius sententiæ, id totum prouenerit ex inaduerentia, quæ valde extenuat ac minuit culpam, si quæ in ea appetitione fuit, ad eò vt, penfatis omnibus circumstantiis, vix maior culpa, quam venialis, possit excogitari. Tertid, Anselmus de casu diaboli cap. 4. affirmat, Angelum, quando peccauit, appetiuisse quod non habebat, idque innuit illud Isaia 14. *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo*: sed quando peccauit habebat beatitudinem naturalem: ergo non peccauit appetendo suam naturalem beatitudinem. Quartò, ex eo quòd nos absolute appetamus nostram beatitudinem supernaturalem, nihil attendentes ad diuinam gratiam, sanè non peccamus: ergo nec angelus in eo peccasset. Confirmatur, quoniam angelus tunc habebat gratiam gratum facientem, ac prouide bona opera moraliter, quæ exercebat, etant opera filij Dei per adoptionem, digna vita æterna, meruitque angelus malus in primo instanti, in quo fuit creatus, vt D. Thomas affirmat: cum ergo opus illud non esset malum ex obiecto, egredere turque à Filio Dei per adoptionem, sanè esset ea ex parte opus supernaturale meritorium vitæ æternæ, ac prouide angelus tunc non appetiisset beatitudinem supernaturalem ex suis tantum naturalibus. Adde, quòd cum angelus in primo instanti accepisset per reuelationem se esse creatum ad beatitudinem supernaturalem, ad eamque ordinari per gratiam Dei, credi non potest, quòd statim in secundo instanti eius rei esset oblitus, peccassetque per inaduerentiam, vt vult Diuus Thomas.

5. Conclusio. Peccatum primi angeli in quo consistit.

Quinta conclusio. Peccatum Luciferi videtur fuisse illud, quod de mente D. Bonauenturæ membro præcedente retulimus, nempe superbia delibata, qua de sua pulchritudine, vi, ac perfectione intumescens, propria autoritate dominatum & tyrannicum principatum super omnes alias creaturas appetiuit contra ordinationem Dei, quæ fortè præcepto aliquo positio innotuerat. Vnde eateus appetiuit similis esse altissimo, quòd quemadmodum Deus est omnium Dominus, ita ipse voluit omnibus dominari, & præesse, & ab omnibus creaturis mente præditis coli ac venerari: cumque à Deo, & angelis bonis prorsus insolentia resistens, è cæli finibus exturbaretur, odij venenum concepit contra Deum, & creaturas omnes, quæ Deo adhærescunt, easdemque omnes despectu inuidiæ stimulis agitarus, maximè aduersus hominem, quem nouerat (vt verisimile est) creandum tanquam socium beatitudinis supernatura-

A lis: quandoquidem mundus corporalis iam tunc erat creatus, verisimileque non sit Luciferum ignorasse, quòd in hominum habitationem edificatus fuisset.

Fateor in conclusione hac nõ multum esse euidentiæ, est tamen consona Scripturis, & dictis Sanctorum. Ezechielis 28. *Eleuatum est cor tuum in decore tuo, Isaia 14. Ad cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo*. Quo in loco nomine cæli & astrarum non possumus intelligere cælum materiale, & astra materialia: eò quòd Lucifer in cælo esset Empyreo: sed nomine cæli, intelligendum est supremum fastigium honoris & principatus: vsus enim obtinuit, vt qui in magnum ascendit honorem, in cælum ascendere dicatur. Nomine verò, astrarum, intelligendi sunt cæteri angeli, atque cælestes ciues, super quos volebat exaltari: ita enim exponit Hieronymus hæc verba Isaia in commentariis quibus cap. 28. Ezechielis interpretatur. Lucifer etiam ipse nomine, astri, significatur apud Isaia illo eodem capite. *Quomodo, inquit, cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?* Et Paulus 1. ad Corinthios 15. Beatos stellis comparat, dicens: *Alia claritas Solis, alia claritas Lune, & alia claritas stellarum: stella enim differt ab stella in claritate: sic resurrectio mortuorum*. Nomine verò, similitudinis Altissimi, intelligenda est similitudo in dominatu ac principatu super omnia, quam diximus appetiuisse.

Quòd verò hæc eadem sententia cõsona etiam sit dictis Sanctorum, probatur. Augustinus enim 11. super Genesim ad literam cap. 23. *Propria, inquit, potestatis delectatione corruptus est*. Et 14. de Ciuitate Dei cap. 11. *Postea verò, inquit, quam superbus ille angelus, ac per hoc inuidens, per eandem superbiam à Deo ad semetipsum conuersus, & quodam quasi tyrannico fastu gaudere subditis, quam esse subditus eligens, de spiritali paradiso cecidit*. Quid clarius in hanc sententiam dici potuit. Gregorius 23. Moralium cap. 4. (in alia editione 7.) citatis illis verbis Isaia: *Despecto, inquit, bono societatis angelorum, sedem suam ad Aquilonem ponens, & Altissimi similitudinem superbe appetens, per iniquum desiderium quasi ad quoddam culmem conatus est singularitatis ascendere*. Autor homiliae de Adam & Eva 1. tomo Chryf. *Primus, ait, Angelus primus, qui Saibael dictus est, malignam & nefariam præsumptionem assumens, dixit: Pono sedem meam in Aquilonem, & ero similis Altissimi, & ita pro tali præsumptione cecidit irreparabiliter, vt angelus primus præcipitatus de culmine angelico, diabolus nominaretur*.

Sexta conclusio. Alij angeli mali videntur etiam peccasse peccato superbiae, appetentes propriam aliquam excellentiam contra Dei ordinationem, quæ fortè eis aliquo diuino præcepto innotuerat: cum autem crederent se non posse eam obtinere, nisi Luciferò se subderent, eiusque partes sequerentur, illi adhæserunt, eumque secuti sunt, illi usque exemplo & suggestionem peccauerunt. Hæc est D. Bonauenturæ loco citato artic. 2. q. 1. & 2. eamque innuit Augustinus 12. de Ciuitate Dei cap. 1. dum de dæmonibus omnibus sic loquitur: *Mali angeli sua potestate delectati, vel vt bonum suum sibi essent, à superiori bono destituerunt*. Estque consona satis sacrae paginae. Ea namque de causa Apocal. 12. & Matth. 25. angeli mali, Luciferi angeli dicuntur, quòd eum secuti sint, cum eo in peccatum consenserint, illique adhæserint. Nec in hac re maior est euidentiæ exigenda. Dictum est in hac & præcedente conclusione, ordinationem Dei fortè angelis præcepto

6. Conclusio. Alorum angelorum peccatum exponitur.

loco ait, à Doctõribus merìto id cõsetur erroneum: nec desunt qui affirmant, à Doctõribus Parisiensibus fuisse vt errorem in fide damnatum: id quod sufficienter probant testimonia illa omnia Scripturae, quibus quaestione praecedente art. 3. ostendimus, illos creatos fuisse in gratia, item illud Concilij Bracharenfis, & Leonis i. art. praecedente citatum.

An potuerunt peccare in primo instanti.

Opinio D. Thomae & aliorum.

Probatur primò.

Secundò.

Tertiò.

Sententia Scotti & aliorum contraria.

Caietani & Ferrar. responsio.

A ab autore natura: quare cum libertas quoad exercitium sufficiat ad meritum, potuerunt mereri, inquit, in primo instanti, non tamen peccare.

Refellitur.

B Verum contra hoc possumus argumentari, quoniam Deus potuit imponere praecipuum affirmatum Angelis, vt in primo instanti elicerent eam operationem liberam quoad exercitium: & cum illa libera esset quoad exercitium, potuerunt pro sua libertate eam non elicere, etiam stante praecipuo, alioquin stante praecipuo non esset libera quoad exercitium: quare in primo instanti peccare potuerunt salte peccato omissionis. Non desunt ex sectatoribus D. Thomae, qui id concedant, arbitrenturque id nihil pugare cum doctrina Diui Thomae; quin potius dicunt idcirco Doctorem sanctum hoc loco in corpore articuli apposuisse illa verba: impossibile fuit Angelum in primo instanti peccasse per inordinatum actum liberi arbitrii: quod arbitraretur potuisse peccare peccato omissionis. Caietanus tamen vniuersim negat potuisse peccare tam peccato omissionis, quam commissionis, & saneratio vim habet contra eum.

Angeli prima vitalis operatio non solum auctori natura ascribenda.

C Tertio, licet ex Aristotelis & multorum aliorum sententia, graui & leui moueantur ad sua loca naturalia à generantibus, viuientia tamen, quae talia sunt, atque adeo quoad operationes suas vitales, non mouentur à generante, auctoreve natura, sed à seipsis, vt 8. physicorum, dum de motu grauium & leuium esset sermo, late ostendimus, idque sectatores ipsi D. Thomae affirmant: sed omnis operatio voluntatis, quam Angelus in primo instanti elicit, est operatio vitalis, & propria viuentis, quae viuens est: ergo nulla talis operatio tribuenda est praecipue conditori Angelorum, sed omnis tribuenda est ipsi Angelo, ac proinde corrumpit fundamentum, vnde auctores contrariae sententiae sibi persuadent, Angelum non potuisse peccare in primo instanti.

D Quarto, sola illa mutatio, aut operatio tribuitur generanti, vt 8. physicorum loco citato ostendimus, per quam res genita perducitur ad suam dispositionem naturalem: sed Angelus productus est à Deo in sua naturali dispositione, neque operationibus suae voluntatis eam assequitur: ergo operationes Angeli in primo instanti non tribuuntur auctori naturae, ac proinde corrumpit idem fundamentum.

E Quinto, quando operatio aliqua tribuitur generanti, non solum quando primò fit, sed semper postea eidem tribuitur: vt motus ignis sursum, non solum quando incipit, statim ac ignis generatur, sed etiam semper postea quoties iterum. atque iterum fit, tribuitur generanti: si ergo operationes Angeli in primo instanti tribuerentur auctori naturae, tribuerentur etiam semper postea in quocumque instanti fierent, ac proinde vel nunquam Angelus posset peccare, vel peccatum illius tribueretur auctori naturae, quod est absurdum.

F Confirmatur haec ratio, quoniam cum Angelus non secus pendeat quoad sui conseruationem à perpetuo influxu Dei, ac lumen productum à sole pender à perpetuo, minimèque interrupto influxu solis, quo illi totum suum esse (sed sine nouitate essendi) confert: sanè quamdiu Angelus conseruatur, eodem modo accipit suum esse à Deo efficien-ter, quo illud accipit, quando primò fuit productus. Praeterea voluntas Angeli, conseruatione cuius obiecti in primo instanti est naturalis quoad speciem actus, semper est naturalis: & conseruatione cuius obiecti est libera, vel quoad exercitium, vel quoad speciem actus, etiam in primo instanti est simili

simili

simili modo libera comparatione eiusdem obiecti: ergo nulla est ratio, quare potius operationes, quas Angelus per suam voluntatem elicit in primo instanti, tribuatur auctori naturæ, eaque de causa dicatur Angelum non potuisse peccare in primo instanti, quam reliquas, quas auctores opinionis, quam impugnamus, affirmant non tribui auctori naturæ.

Quod si quis respondeat, appetitionem ultimi finis debere præcedere appetitionem eorum, quæ sunt ad finem: appetitionemque ultimi finis esse naturalem quoad speciem actus, eaque de causa tribui auctori naturæ, neque posse esse malam, atque idcirco affirmari operationem Angeli in primo instanti malam esse non posse: licet primò contra eam respondendi rationem hunc in modum argumentari. Quoniam 1. 2. q. 1. art. 6. ostendimus, non esse necessarium, primum actum voluntatis humanæ esse ultimi finis: par autem est ratio de voluptate angelica. Secundo, quoniam Angelus in primo instanti non solum habuit cognitionem ultimi finis, sed etiam eorum, quæ sunt ad finem: ergo simul cum ultimo fine potuit appetere aliquid propter finem, ac proinde peccare in primo instanti in electione mediæ inordinati. Tertio, quoniam D. Thomas affirmat primum peccatum Angeli in eo fuisse positum, quod appetierit finem, non ut oportuit.

Postremò possumus confirmare hæcenus dicta, quoniam prima operatio moralis hominis peruenientis ad usum rationis potest esse mala moraliter, ut omnes concedunt: ergo pari ratione prima operatio moralis Angeli potuit etiam esse mala moraliter, ac proinde peccatum.

Illud obiter admonuerim, ridiculum esse affirmare, quicquam esse in Conciliis, quæ articulo præcedente citauimus, quod huic nostræ sententiæ aduersetur, ut illa legenti erit satis manifestum.

Ad primum arg. partis oppositæ.

Ad primum igitur argumentum in contrarium neganda est maior: sola enim ea operatio, qua res perducitur ad suam naturalem dispositionem, in qua melius conseruatur, tribuitur generanti, ut dictum est.

Ad secundum.

Ad secundum, concessa maiori, & minori, neganda est consequentia: præuidens namque Deus nullum Angelorum in primo instanti appositurum obicem per peccatum, condidit omnes in gratia: quod si præuidisset aliquem appositurum obicem, ut de facto poterat, eum non crearet in gratia. Vnde quod omnes creati fuerint in gratia, habuit dependentiam tamquam à conditione sine qua non fuissent in ea creati, ex eo quod pro sua libertate peccaturi non essent in primo instanti, Deusque id præuideret.

Ad tertium.

Ad tertium, neganda est maior. Licet enim potuerint peccare in primo instanti, non tamen erat facile, ut eo ipso, quod esse acciperent, peccarent. Præterea, cum nullam difficultatem haberent ad bonum, poterant omnes facile ab omni se peccato continere, in bonoque perseverare. Quod autem de facto tot post primum instans corruerint, contigit ex suggestione vnus, qui illos omnes instigauit & perduxit ad malum: vnde nihil mirum fuisset, si post primum instans nullus ex tanta multitudine peccaret. Adde, fortè post primum instans latum fuisse Angelis præceptum aliquod positium, vnde post primum instans sumplerunt occasionem sui lapsus, quam occasionem in primo instanti non habuerunt.

ARTICVLVS VI.

Verum aliqua mora fuerit inter creationem, & lapsum Angeli.



VM hoc articulo explicandus est si mul art. 5. quæstionis præcedentis. Non conueniunt sectatores Diui Thomæ in explicando, quid de hac re Sanctus

Doct̃or ienserit. Capreolus in 2. distinct. quarta quæst. 1. ad argumenta contra quintam conclusio-

nem arbitrat̃ur, ex mente D. Thomæ tria esse constituenda instantia, in quibus negotium totum Angelorum peractum, consummatumque sit. Primum, in quo Angeli omnes creati sint in gratia, nullus tamen eorum meruerit. Secundum, in quo Angeli boni meruerunt, mali verò in peccatum lapsi sunt. Tertium, in quo boni præmium sunt consecuti, mali autem supplicium acceperunt æternum. Nomine autem horum instantium intelligunt sectatores D. Th. non instantia temporis nostri, quæ esse nequeit immediata, suntque formaliter & virtute indiuisibilia omnino, sed instantia temporis discreti, quæ non aliud sunt, quam durationes, indiuisibiles quidem in se, diuersarum operationum Angeli, quarum indiuisibilem similiter in se, vna aliam sequitur, siue correspondeat instanti indiuisibili temporis nostri, in quo solo persistant Angeli in vna earum operationum, siue correspondeat temporis nostro diuisibili, maiori, vel minori, prout Angeli, per correspondentiam ad tempus nostrum, plus vel minus persistunt in vna & eadem operatione, ut q. 10. explicatum est. Vnde instans temporis discreti, licet in se sit formaliter indiuisibile, virtute tamen, siue per correspondentiam ad tempus nostrum, esse potest diuisibile.

Sententia Capreoli apertè pugnat cum doctrina Diui Thomæ: quoniam in hoc articulo, & artic. 5. præcedentis quæstionis, & aliis sæpe duobus tantum constituitur videtur instantia, tum etiam quia eisdem in locis, nec non articulo præcedente, apertè asserit, Angelos omnes meruisse in primo instanti. Vnde sententia Capreoli communiter ab aliis sectatoribus D. Thomæ reicitur.

Caietanus hoc loco, Ferrariensis 3. contra gentes cap. 110. & quidam alij arbitrantur, de mente D. Thomæ totum Angelorum negotium duobus tantum instantibus conclusum consummatumque fuisse: eodemque modo intelligit D. Thomæ Scotus in 2. dist. 5. quæst. 1. & 2. atque ea sanè videtur fuisse eius sententia. Dissentiunt tamen Caietanus, & Ferrariensis in eo, quod licet vterque existimet Angelos omnes meruisse in primo instanti, nec in eo potuisse peccare: Caietanus tamen censet Angelos bonos meruisse etiam in secundo instanti, atque in eo simul fuisse beatitudinem consecutos: malos verò in eodem secundo instanti simul peccasse, & punitos fuisse: ita ut pena æterna in illo eodem instanti cœperit per primum sui esse. At Ferrariensis, licet idem, quod Caietanus tamquam probabile defendat: probabilius tamen arbitrat̃ur, Angelos non potuisse in eodem instanti mereri, & consequi beatitudinem. Vnde censet Angelos omnes potuisse in secundo instanti peccare, & apponere obicem beatitudini, mortificatæque merita, quæ in primo instanti cõparauerant: quosdam verò eorum de facto peccasse, apposuisseque obicem beatitudini, quam in illo eodem instanti erant accepturi, mortificatæque merita anteceden-

Part. D. Th. sententia reprobata.

Capreolus.

Caietanus.

dentia, simulque in illo eodem instanti punitos fuisse: reliquos autem non peccasse, vt poterunt, & beatitudine fuisse denotatos in illo eodem instanti: verum in eo non meruisse, sed solum in praecedente. Vnde addit, per vnum tantum actum meritoriorum illos beatitudinem comparasse, & cum in reliquis cum Caietano conueniat, solum ab eo diffidet, quod arbitratur, beatitudinem & meritum non potuisse esse simul in Angelis bonis in secundo instanti.

Aliorum expositio.

Alij arbitrantur, ex sententia D. Thomae, quod attinet ad angelos bonos, constituenda esse solum duo instantia, in quorum solo primo meruerint, & in secundo consecuti sint beatitudinem, non tamen meruerint. Quod verò attinet ad Angelos malos, constituenda esse tria instantia, in quorum primo meruerint, in secundo peccauerint, nec tamen fuerint adhuc puniti, & tertium in quo fuerint supplicio affecti. Vnde neque cum beatitudine admittunt meritum in eodem instanti, nec cum poena aeterna demeritum, sed tam meritum, quam demeritum, censent fuisse ante beatitudinem, & poenam, nec proinde concedunt moram viae malorum Angelorum fuisse maiorem, quam fuerit mora viae bonorum Angelorum per correspondentiam ad tempus nostrum. Dicunt enim primum instans, in quo Angeli boni, antequam in secundo instanti acciperent beatitudinem, meruerunt, perseverasse per certum tempus nostrum verum, vel imaginarium, perseverantiamque in actu meritorio toto illo tempore nostro exegisse Deum in omnibus angelis, vt illis beatitudinem conferret: malosque, antequam boni desisterent ab illo actu meritorio, atque adeo antequam adueniret secundum eorum instans, peccasse, atque adeo transiisse ad secundum instans viae suae, perseverante adhuc primo instanti viae bonorum angelorum, postea verò simul incepisse secundum instans beatitudinis bonorum, & tertium poenae aeternae malorum angelorum. Itaque volunt, dum, correspondenter tempori nostro, fuit vnum tantum instans viae bonorum Angelorum, fuisse duo instantia viae malorum Angelorum.

Alij denique arbitrantur, de mente D. Thomae constituenda esse tria instantia. Primum, in quo omnes fuerint in gratia & meruerint: quia tamen in eo habuerunt libertatem solum quoad exercitium, nec peccare poterunt: dicunt, non fuisse in eo perfectè in via, & ideo licet aliquando D. Thomas de eo faciat mentionem, dicatque omnes angelos in primo instanti meruisse: saepe tamen illud silentio inuoluit, sola duo sequentia enumerans, in quorum altero fuerunt perfectè in via, & in altero in termino iam prorsus extra viam. In secundo ergo dicunt angelos bonos meruisse, malos verò peccasse, & in tertio bonos recepisse primum, malos verò supplicium. Atque de his duobus posterioribus instantibus loqui D. Thomam, quando affirmat, angelorum negotium duobus instantibus peractum, absolutumque fuisse.

v. Conclusio.
Tres mora circa negotium angelorum ponenda.
Sit nihilominus prima nostra conclusio. Posito quòd omnes angeli creati fuerunt in gratia, & omnes aliquando meruerint, quae duo supra ostensa sunt, tres sunt constituendae morae, seu durationes, in quibus angelorum negotium conclusum, absolutumque est. Prima, in qua angeli omnes fuerunt in gratia, & meruerunt. Secunda, in qua boni perseverant in bono ac meruerunt: mali verò peccauerunt. Et tertia, in qua boni primò consecuti sunt primum beatitudinis: mali verò primò extremo supplicio puniti sunt. Hæc est Scot. in 2. d. 9. q. 1. & 2. Greg. ibid. q. 1. art. 3. Maioris q. 3. Gab. q. 1. & copulurum aliorum, *Molina in D. Thom.*

A Aduersus Caietanum probatur, primum esse tertiae durationis distinguendum omnino debere à secundo. Primò, quoniam status viatoris & comprehensoris suapte natura repugnant, neque est vlla necessitas coniungendi instans, in quo Angelus primò fuit beatus cum instanti, in quo erat in via, & poterat mereri ac peccare, amittereque beatitudinem: ergo non solum gratis, & sine vilo solido fundamento, sed etiam contra id, quod lumen rationis praescribit, confundit Caietanus in Angelis tertiam durationem cum secunda.

Secundò, in nobis primum esse primum & visionis beatificae distinguitur à via, ita vt in eo instanti nec mereri, nec peccare possimus: alioquin in primo non esset hominis, in quo anima primò est separata à corpore, & in quo, si nihil expiandum deferat, primò videt diuinam essentiam, posset peccare, quod nulla ratione est asserendum: ergo consentaneum est rationi, rem eodem modo habere in Angelis, nempe Angelos in primo instanti in quo diuinam essentiam intuentur, nec mereri, nec peccare posse.

Caietanus hoc loco, & quaestione sequenti art. 1. versic. *Ad obiectionem autem contra consequentiam, ait: Hominem, non secus ac Angelum, posse peccare, & videtur loqui de primo non esse hominis, in quo anima est separata à corpore, & in quo, si nihil expiandum deferat, primò videt diuinam essentiam: alioquin supponeret falsum, nempe ante illud instans dari terminum viae: praeterea responsio Caietani non esset ad rem. Quòd si, vt videtur, hoc censuit Caietanus, certè horrent aures id audire, neque est tutum in fide. Planè studium defendendi, quicquid S. Thomas affirmat, meo iudicio, adduxit Caietanum in tam absurdam, & minus tutam opinionem.*

Tertiò, eiusdem rationis est beatitudo in primo instanti, & in reliquis: sed beatitudo in quocumque alio instanti, reddit beatum impotentem ad peccandum pro illo eodem instanti, vt sectatores ipsi D. Thomae affirmant, & ostendimus 1. 2. q. 4. art. 4. ergo in primo instanti, in quo angeli fuerunt beati, non poterunt peccare. Quo loco obserua, cum gratia non reddat impotentem ad peccandum eum, qui illam habet, vt reddit visio beatificae, non esse parem rationem, vt sicut gratia non potest esse simul cum peccato, & tamen, in quo instanti quis recipit gratiam, potest peccare, non recepturus eam, si in eo instanti peccaret: sic quoque in quo instanti quis recipit beatitudinem, potest peccare.

E Quartò, in eo viatore, qui ex dispensatione, supra id quod postulat natura rei, non sit simul comprehensor, vt erat Christus, meritum procedit ex fide & spe, imò, & caritate imperfecta, qualis est caritas viae: sed angelus in instanti, in quo primò fuit beatus, neque habuit fidem, neque spem, neque caritatem imperfectam: eò quòd hæc cum visione beatificae pugnent, vt sectatores ipsi D. Thomae affirmant: ergo Angeli non meruerunt in instanti, in quo primò fuerunt beati. Hoc argumentum conuicit Ferrariensem, vt à Caietano dissentiret.

Verum contra Ferrariensem, praeter alia, quae sibi ipsi obicit, neque satis soluit, possumus primò argumentari. Quòd durum admodum sit concedere, damnatum, in quo instanti propter peccatum commissum punitur poena aeterna, posse non peccare, & esse beatum, vt Ferrariensis de Angelis malis in secundo instanti concedit. Secundò, quoniam durum admodum est concedere, aliquem constitutum in gratia posse peccare in aliquo instanti, & in eodem non posse mereri: Ferrariensis autem id affirmat de Angelis bonis in eodem secun-

Impugnatur opinio Ferrariensis.

do instanti. Tertiò, quoniam homo, qui in termino viae damnatur, & punitur poena aeterna per primum sui non esse, & primum esse separationis animae à corpore, ac primum esse poenae, non potest in eodem instanti mereri, & consequi vitam aeternam, imò neque demereri per peccatù, quod ad poenam iam tunc illi imputetur, quin potiùs totum demeritum, propter quod tunc primò punitur, fuit ante illud instans: ergo pari ratione idem est in Angelis: Ferrarientis autem affirmat, Angelos in secundo instanti, in quo primò puniti sunt, peccasse peccato, propter quod ea sunt poena mulctati, atque adeò totum demeritum fuisse in illo eodem instanti: pretereà potuisse in illo eodem non solum mereri, sed etiam consequi beatitudinem.

Quarta fuerit mora cuiusque durationis.

Dubium est, cuiusnam quantitatis fuerint singularia illa tres morae, seu durationes, quas diximus esse constituendas. Conueniunt communiter Doctores, viam bonorum, & malorum Angelorum à puncto, in quo esse receperunt, vsque ad instans, in quo primò boni praemium consecuti sunt, & mali puniri cœperunt, fuisse aequalem, atque adeò correspondentem tempori nostro in vno & eodem instanti per primum sui esse cœpisse beatitudinem bonorum, & supplicium malorum: quo fit, vt tertia, tam bonorum, quàm malorum Angelorum, ab illo instanti cœperit, & duret in aeternum, ac proinde, vt aequalis omnino sit duratio tam beatitudinis bonorum, quàm supplicij malorum Angelorum.

2. Conclusio. Angeli ante lapsum primorum parentum peccatum sunt.

Quod ad reliquas duas moras attinet, sit in ordine secunda nostra conclusio. Lucifer ante lapsum primorum parentum peccauit, idemque dicendum est de cæteris Angelis malis, imò & ante lapsum primorum parentum mali cœperunt puniri, & boni frui beatitudine sempiterna: non tamen constat quantum Angeli mali perstiterint in gratia, nec etiam quantum perstiterint in peccato ante poenam, atq; adeò quando via bonorum, & malorum Angelorum finita fuerit. Prima pars huius conclusionis adeò certa est, vt contrarium sit error in fide: ex tertio namq; c. Genes. & ex illo Sapient. 2. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* constat, diabolum suggestionem suam & tentationem proftrauisse primos parentes, eaq; de causa Ioan. 8. dicitur fuisse homicida ab initio. Secunda & tertia perspicua etiam sunt, eaq; testatur communis consensus Ecclesiae.

Quo die ceciderint angeli.

Circa quartam Isidorus lib. 1. de sum. bono, c. 12. sentent. 7. ait: *Prius de caelo cecidisse diabolus creditur, quàm homo conderetur: nam mox, vt factus est in superbiam erupit, & statim, vt factus est, cecidit.* Ex quibus verbis constat, diabolum ex sententia Isidori corruisse ante sextum diem, in quo factus est homo. In eadem sententia fuit autor libri de mirabilibus sacrae Scripturae cap. 2. in 2. tomo operum Augustini, qui eo argumento ductus, quòd carcer & ignis inferni conditus fuerit intra sex primos dies, paratùsque diabolo & Angelis eius post illorum peccatum, iuxta verbum Christi Marth. 25. affirmat Angelos peccasse ante sextum diem. Quidam dicunt illos peccasse statim primo die: nec refragatur, quin potiùs consentit testimonium Isidori, dum de Lucifero ait: *Mox, vt factus est, cecidit.* Aliis placet, Angelos omnes perseverasse in gratia vsque ad sextum diem, septimòque aut octauo die corruisse, sed ante peccatum Adami. Ducuntur, quia Scriptura de die sexto ait, *Vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona:* quare vsque ad illum diem nihil fuit malum. At certè hac de re nihil certius potest affirmari, quàm nihil nobis esse certum, vt asserit quarta pars nostrae conclusionis. Vnde ad testimonium illud Scripturae

responderi potest, vel ibi solum esse sermonem de rebus corporeis: ex quibus mundus hic corporeus coalescit, quarum solum fuerat facta expressa mentio vsque ad eum locum, vel certè intelligendum esse de rebus omnibus, quatenus erant à Deo: secus autem quoad culpam, quam diabolus per suum arbitrium addiderat. Postrema pars, quatenus supponit necesse non esse, vt angeli solum per instans perstiterint in peccato ante poenam aeternam, ostenditur statim. In reliquo nihil continetur, quod probatione indigeat.

Tertia conclusio. Mora, in qua omnes angeli fuerunt in gratia, non correspondet soli momento temporis nostri, sed ipsi temporis: neque verò necesse est, vt vnusquisq; angelus vnà tantum operatione meritoriam in ea eliceret. Neq; etiam opus est, vt omnes angeli, qui peccauerunt, in eodem instanti per correspondentiam ad tempus nostrum peccauerint, ac proinde necesse nò est, vt duratio, in qua angeli mali fuerunt in gratia, antequàm peccaret, fuerit aequalis omnib. angelis. Primò probatur, quoniam actus, quo vnusquisq; angelus primò peccauit, incepit per primum sui esse: illud nò fuit instans, in quo angeli fuerunt in gratia: cum gratia & peccatù repugnent: ergo fuit aliud: cum ergo inter quatuor duo instantia nostri temporis mediet tempus, sit, vt mora, in qua angeli mali fuerunt in gratia, non fuerit instantanea.

Secundum ex se est satis consonum rationi, sicut & primum, neque est quicquam quod illis repugnet: praetertim cum in superioribus euerla sint fundamenta, in quibus D. Thomas contrarium secundi fundauit. Possunt praeterea illa duo confirmari verbis illis Ezechielis 28. *In medio lapidum ignitorum ambulasti (id est, angelorum caritate ardentium) perfectus in visis tuis à die condisionis tuae, donec inuenta est iniquitas in te.* Ambulare namque plusquam vnum instans, & plusquam vnum gressum operationis inuenit. Item esse perfectum in visis, in plurali, à die constitutionis ipsius vsque ad instans, in quo inuenta est iniquitas in eo, apertè indicat plures operationes bonas & meritorias, quàm vnàm.

Reliquum conclusionis ex eo probatur, quoniam nullum est absurdum, quòd peccatum Luciferi, cuius exemplo & suggestionem cæteri peccauerunt, praecesserit, per correspondentiam ad tempus nostrum, peccatum aliorum angelorum, imò id vt consentaneum rationi esse offert. Confirmatur, quia nò omnes operationes Angelorum durant aequaliter, quin potiùs vnus potest continuare operationem per longiorem moram temporis quàm alius, cum id pendeat ex libero arbitrio cuiusque: ergo non fuit necesse omnes in eodem instanti temporis nostri finire, per primum non esse illius, operationem primam meritoriam, & incidere in peccatum in eodem instanti per primum esse peccati.

Quarta conclusio. Secunda duratio, in qua angeli peccauerunt, non durauit solum per instans, sed per tempus: neque in ea angeli mali videntur eliciuisse vnum tantum actum peccati, sed multos, quorum vnus alium sequeretur. Hac est Scotti in 2. d. 5. quaest. 1. art. 2. & q. 2. art. 3. Gabrielis ibidem q. 1. art. 3. dubio 2. & aliorum. Potest verò probari quo ad priorem partem, quoniam demonstratum est, tertiam moram, etiam in angelis malis esse distinctam omnino à secunda, poenamque aeternam incepisse in angelis malis per primum sui esse, cum ergo peccatum angelorum incepit per primum sui esse & inter quatuor duo instantia nostri temporis mediet tempus, consequens est profectò, vt secunda mora peccati angelorum, quae praecessit supplicium

placium eorum aeternum, non fuerit instantanea, sed temporalis comparatione temporis nostri. Tota verò conclusio probari potest primò. Quoniam credi non debet viam ad promerendam aeternam beatitudinem, aut aeternum supplicium, tam breuè fuisse à Deo institutam. Secundò, quia Lucifer commisit peccata, quæ neque per vnum solum instans, neque simul videtur perpetrasse, præsertim cum in suam sententiam angelos complures traxerit, præliumque disceptationibus & locutionibus commissum fuerit magnum in cælo inter angelos bonos & malos, quod durasse solum per instans, qui asseruerit, anteam irrisioni dabit: quare non modicum tempus, multis disceptationibus vltro citroque habitis, consumptum fuisse videtur, quæ in angelis malis fuerunt peccata, neque caruissè videntur successione.

Dubium. Ex hac quarta conclusione oritur huiusmodi dubium. Cum secunda mora fuerit diuisibilis, & post perpetratum primum peccatum, ante damnationem & punitorem, intercesserit aliqua duratio, vtrum in ea duratione potuerit diabolus dolere de peccato commisso, eaque ratione, dum erat in via, ab illo per pœnitentiam, non secus ac homo resurgere. *Scoti & Gab. opinio.* Scotus in 2. d. 6. q. 2. in responsione ad quartum, & Gabriel eadem d. q. 1. art. 2. affirmant, potuisse tunc pœnitere, idque si fecisset, consecutum fuisse veniam, inuenturumque misericordiam apud Deum.

Sit tamen quinta conclusio. Angeli recuperare non potuerunt gratiam semel amissam per peccatū, & idcirco post primum peccatum euadere non potuerunt damnationem aeternam. Hac est Damasceni lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 4. vbi sic ait: *Quod hominibus mors, hoc angelis est lapsus: post lapsum enim non est illis pœnitentia locus, ut neque post mortem hominibus.* Gregorij Nysseni in lib. 1. Philosoph. cap. 3. Cassiani collatione 4. c. 14. Gregorij lib. 4. Moral. cap. 9. & 10. Isidori lib. 1. de summo bono cap. 12. sent. 11. Fulgentij de fide ad Petrum cap. 3. Autoris libri de mirabilibus sacre scripturæ lib. 1. cap. 2. & communis Patrum. Et probatur aperte, quoniam existens in peccato lethali suis viribus non potest se disponere ad gratiam: sed solum auxilio supernaturali Dei: cum ergo huiusmodi auxilium, & primam gratiam, non conferat Deus peccatoribus & inimicis, nisi merito redemptoris, cui innititur omnis gratia, & omne bonum supernaturale ipsorum, fit, vt quemadmodum homo non potest resurgere à peccato, nisi Deus statuisset, & parasset illi redemptorem, ita angeli, quibus Deus non statuit conferre redemptorem, resurgere non potuerunt à peccato semel commissio. Noluit autem illis parare & conferre redemptorem, tum quòd nullum eorum peccatum esset totius naturæ, vt erat peccatum Adami, qui proinde, absque posteriorum propria actuali culpa, totam perdidit naturam humanam. Tum etiam quòd diabolus non peccauerit ex suggestione alterius, vt peccauerunt primi parentes. Tum denique, quòd perfectiores, sapientiores, & potentiores fuerint ad vitandum peccatum, quàm Adamus & posterii illius. Primam rationem reddit Augustinus in Enchiridio c. 18. & 29. secundam reddunt Gregorius 4. lib. Moralium cap. 10. & Cassianus collatione 4. cap. 13. & 14. Tertiam reddunt Damascenus 2. lib. fidei orthodoxæ cap. 3. Gregorius Nyssenus 1. lib. philosophiæ cap. 3. Alter Gregorius 4. lib. Moralium capite 9. & Autor de mirabilibus sacre scripturæ capite 2.

6. conclus. Sexta conclusio. Nullam Deus angelis fecit iniuriam, quin potius æqualitate quadam cum eis vsus est, dum certam periodum viæ eis statuit, in qua tota

Molina in D. Thom.

ta mereri, aut demereri possent, esto gratiam recuperare non possent, si pro sua culpa, & libertate semel eam amitterent. Hac de se est manifesta.

Vtrum autem angeli, dum erant in via, dolere potuerint de peccato semel patrato, dolore & pœnitentia naturali, quæ esset actus bonus moraliter, non tamen dispositio sufficiens ad gratiam, examinabitur quæstione sequenti.

ARTICVLVS VII.

B Vtrum angelus supremus inter peccantes fuerit supremus inter omnes.



DAMASCENVS 2. libro fidei orthodoxæ c. 4. affirmat, Luciferum non fuisse supremum angelorum, sed fuisse ex angelicis virtutibus eam, quæ pœnerat terrestri ordini, & cui à Deo terræ custodia commissa erat. Augustinus etiam 3. super Genesim ad literam c. 10. & lib. 11. c. 19. referens quorundam sententiam, qui dicebant, eum non fuisse de angelis cælestibus, seu supercælestibus, qui superiores sunt, sed archangelum de eorum numero qui huic mundo inferiori præsidebant, in eoque degabant, eam non improbat, nec etiam approbat.

Damasceni sententia.

Contraria sententia est communis Patrum, consonantiorque multò literis sacris, & omnino amplectenda, nempe Luciferum fuisse supremum omnium angelorum, tametsi Damasceni, & aliorum sententia damnanda non sit. Nostram affirmant Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem ante medium, exponens illud Ezechielis 28. *Tu signaculum similitudinis eius.* Vbi ait, *illum fuisse omnium angelorum sapientissimum & eminentissimum.* Origenes tractatu 9. in Matthæum. Autor homiliæ de Adam & Eua, quæ est tertia post homilias in Genesim, & homiliæ de lapsu Adami, quæ est homilia 5. 1. tomo operum Chrysostomi. Hieronymus in illud Iob. 40. *Ipsè est initium viarum Dei.* Gregorius homiliarium 34. in Euangelia, libro 4. Moralium cap. 13. & libro 32. cap. 18. in alia editione cap. 24. & refertur de pœnitentia dist. 2. cap. *Principium.* Autor operis de mirabilibus sacre scripturæ lib. 1. cap. 2. Isidorus lib. 1. de sum. bono cap. 12. sententia 4. 5. & 6. Bernardus ferm. 1. de aduentu, & in tractatu de gradibus humilitatis & superbia, quæ alij plures, eantique communiter sequuntur Scholastici.

Communis sententia, Luciferum fuisse supremum angelorum.

Potest verò probari primò ex illo Ezechiel. 28. *Tu signaculum similitudinis Dei* (id est, Dei similitudinem referens, vt imago à sigillo ceræ impressa similitudinem sigilli refertur solet) *plenus sapientia, & perfectus decore.* Secundò ex illo Ezechielis 31. *Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adequauerunt summum itatem eius, & platani non fuerunt aque frondibus illius, omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius.* Quo etiam in loco Sancti affirmant ad Luciferum fieri allusionem. Tertio ex illo Isaie 14. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* Quo in loco non alia de causa nomine illius stellas, quæ plus cæteris micat in cælo, pulchriorque apparet, significatur, nisi quia eodem modo angelus ille cæteris omnibus prætabat. Quarto ex illo Iob. 40. *Ipsè est principium viarum Dei:* quod intelligi nõ potest de primitate durationis, sed dignitatis & excellentiæ supra res alias creatas. Et c. 41. subiungitur. *Ipsè est rex super omnes filios superbiæ.* His accedit, quòd, vt D. Th. hoc loco argumentatur, peccatum angelorum non fuit ex infirmitate, quæ in

Ggg 2 infc

inferioribus maior esset, quam in superioribus, sed ex superbia & appetitu dominandi, ea autem superbia ex intuitu propria excellentia fuit in supremo angelorum, quam in reliquis, & ideo occasio maior ruendi ex eo capite in peccatum: sic quoque verisimile est supremum angelorum fuisse illum, qui primò corruit.

Obiectio.

Quòd si quis aduersus hanc sententiam obiciat: Ezechiel. 28. de Lucifero dici: *Tu Cherub extensus, & protegens*: Seraphinos verò nobiliores esse Cherubinis, atque adeò Luciferum non fuisse supremum angelorum. In primis dicendum est cum D.

Solutio.
Lucifer cur dicitur Cherub.

Thoma hoc loco. Cum in Lucifero caritas nò manserit, manserit verò naturalis scientia, qua ceteros angelos excellebat, & nomen, *Seraphim*, ardentem caritate significet, nomen verò, *Cherub*, plenum scientia, ideo licet in naturalibus fuerit supremus angelorum, appellatum potius fuisse Cherubinum, quam Seraphinum. Dicendum est deinde, hierarchias & choros angelorum fortè non fuisse constitutos pro ratione naturalium, sed pro ratione meritiorum, & ob id, quòd hi fuerint Cherubini, hi Seraphini, illi Throni, &c. prout ad diuersos choros angelorum ea vocabula spectant, fuisse solum post peractam viam angelorum, tantumque in angelis bonis. Accedit, quòd nomina interdum accipiuntur promiscuè ad significandos eos etiam angelos, qui non pertinent ad choros, quibus ea appropriantur, idque ideo, quia attributa, à quibus ea nomina sunt imposita, illis etiam conueniant, vt fusiùs in sequentibus explicabimus.

Alia obiectio.

Quòd si quis rursus obiciat. Cùm Deus optimus maximus species omnes angelorum in suam beatitudinem condiderit, consentaneum non esse rationi, vt diuina intentio in suprema specie angelorum, imò in suprema omnium creaturarum specie, fuerit frustrata. Adde, eo dato, infernum gloriarì posse aduersus celestem curiam, quòd contineat in se supremam speciem omnium, quas Deus creauit; id quod mens non videtur posse consentire, vt Deus permiserit.

Solutio.

Ad priorem partem huius argumenti respondet optimè D. Thomas hoc loco. Tunc intentionem alicuius dici frustrari à consecutione finis, quem intendit, quando absolute finem intendit, nec rei euentum præuidet: cùm verò Deus optimus maximus ita res libero arbitrio præditas in beatitudinem condiderit, vt non absolute, sed ex hypothesi, si per ipsas non staret voluerit illas in eam peruenire, præuidetque ante illarum creationem, quænam earum sua libertate & culpa in eam non essent deuentura, sanè in iis, quæ non perueniunt, frustrari non dicitur à sua intentione.

Luciferum fuisse in naturalibus supremum solum negatiue.

Sunt qui arbitrentur productos fuisse à Deo multos angelos supremae speciei angelorum, Luciferumque fuisse vnum ex illis: & ob id Luciferum, quoad substantiam, fuisse supremum angelorum solum negatiue, quia nullus fuit superior illo, & quoad accidentia & dona, fuisse etiam positiuè supremum omnium. Quæ sententia sanè non displicet. Iuxta eam neutra pars argumenti vim habet: quoniam suprema species angelorum in curia etiam esset celesti, non in vno tantum angelo, sed in multis, quos Deus longè cumulatoribus donis ornarit, quam fuerint gratuita dona, quæ Lucifer habuit, quibus omnibus in termino viæ spoliatus fuit.

Quòd si Lucifer, etiam quoad substantiam & essentiam, supremus fuit positiuè omnium angelorum, ad secundam partem argumenti dicendum est,

nullum absurdum esse, quòd suprema species in naturalibus sit in inferno: quandoquidè in ea splendet diuina iustitia, quemadmodum in iis, quæ sunt in celesti curia, splendet diuina misericordia. Imò inde clariùs elucet diuina iustitia, quòd suprema speciei angelorum non pepercit, & diuina misericordia ac potentia, quæ infirmiora ad tantam celsitudinem euexit, simulque declaratur, longè maiores esse vires diuinæ gratiæ, quam naturæ ad perduendum in sempiternam beatitudinem. Ex eodem capite discimus formidare, ac suspicere diuina iudicia, timere & humiliari sub potenti manu illius, in eoque, & non in nobis, spem figere, qui deponi potentes de sede, & exaltati humiles, suscitari de puluere egeni, & de stercore erigi pauperes, vt collocet eum cū principibus, cū principibus populi sui: & infirma mundi elegerit, et fortis quæq; confundat. Abel minorè natu prædestinavit, & Cain reprobauit. De duobus Isaac filiis, non ex operibus, sed ex vocante, dictum est, quia maior seruit minoris, & Iacob dilexit. Esau autem odio habuit. Primogenito suo dixit Iacob, non crescas, nec illum elegerit Deus, vt ex illo Christus nasceretur. Idem Iacob moriens, commutatis in crucis modum manibus, benedixit *Mannasem* & *Ephraim*, dexteram super caput minoris, & sinistram super caput maioris collocans. Dauid minimus inter omnes suos fratres vnicus est in regem, & ducem populi Israël. Denique pauperes & rudes elegit Christus in Apostolos, & Principes Ecclesiæ, quam acquisiuit sanguine suo. Illud etiam ad eandem argumenti partem respondendum est, non in gloriam sed in ignominiam inferni cedere, quòd supremum angelorum in se contineat, quandoquidem eo ipso adeò nequam, Dei que donis, ac beneficiis ingraturum in se contineat.

ARTICVLVS VIII.

Virum peccatum primi angeli fuerit aliis causis peccandi.

Conclusio affirmat. Quæ hac de re dici poterant, dicta sunt art. 2. 3. & 6.

ARTICVLVS IX.

Virum tot angeli peccauerint, quot permanserim.

CONCLUSIO est. Multò plures angeli permanserunt in gratia, quam peccauerunt. Est communis, eam ostendimus quæst. 23. art. 7.

QUESTIO LXXIV.

De pena demonum.

ARTICVLVS I.

Virum intellectus demonis sit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis.

PRIMA conclusio. Cognito naturalis integra mansit in demonibus. Vnde efficitur, vt ea de Deo optimo maximo, per ea quæ facta sunt, cognoscant, quæ alioquin ad beatitudinem naturalem contemplatiuam essent satis: quare autem neque hac beatitudine dicendi sint beati, explicauimus quæst. 62. art. 1. Illud etiam concedendum est, licet vires naturales,

rales, nempe intellectus & voluntas, integræ in eis permanerint, vt Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus parte 4. affirmat, & cum eo communis Doctorem sententia, nihilominus tum vim cruciatuum, quos patiuntur, tum prauitatem voluntatis, odium & inuidiam, eos non nihil distrahere ab usu contemplationis & scientiæ. Porro intellectum & voluntatem in eis integra quoad vim naturalem mansisse, cedit in maiorem ipsorum cruciatum & miseriam, eò quòd, quò plus penetrant miserum suum statum & afflictionem, eò plus doleant, maioriq; afficiantur tristitia voluntatis.

2. conclus. Nullum habitum supernaturalem mansit in demonibus: non tamen primùm damnati sunt, pœnæque æterna puniri cœperunt, omnibus sunt spoliati tanquam eis profusus indigni, & tanquam hostes omnino ab spe vitæ æternæ, & ab omni re, quæ ad illam ordinabat, profusus exclusi, nulla item cognitio supernaturalis in eis mansit, quæ ad ordinem gratiæ spectet, aut à Deo per auxilium supernaturale sit eleuata. Hæc est satis consona rationi, eamque ostendimus 2. 2. q. 5. art. 2.

3. conclus. Tertia conclusio. Aliqua cognitio rerum supernaturalium est in demonibus: non tamen tot rerum, quot habuissent cognitionem si non peccassent. Prior pars probatur, quia recordantur rerum, quæ ipsis supernaturaliter reuelatae sunt, dum erant in via. Præterea quia conuicti euidentia miraculorum, & rerum quas experiuntur, fidem adhibent veritatibus fidei nostræ. Atque de eiusmodi fide intelligitur illud Iacobi 2. *Demonæ credunt, & contremiscunt.* Non verò quasi eliciant actum supernaturalem fidei, à Deo per conuictum habitum supernaturalis, aut per auxilium supernaturale ad esse supernaturale eleuatum. Posterior pars conclusionis satis nota est: carent namque cognitione plurimarum rerum, quæ angelis sanctis vel in Verbo vel extra Verbum, reuelatae sunt, quæque ipsi fuissent etiam reuelatae, si in bono perstitissent.

Demonæ recordantur rerum quæ ipsis fuerant reuelatae in via.

ARTICVLVS II.

Virum voluntas demonum sit obstinata in malo.

DISPUTATIO I.

Origenis error circa penam damnatorum.

ERROR fuit Origenis, vt hoc loco D. Thomas affirmat, voluntatem demonum non ita obstinatum esse in malo, quin conuerti, resurgereque possint à peccatis, & vita æterna potiri. Docuit namque tam homines, quam angelos in quocumque statu, siue is beatitudinis, siue damnationis, & cruciatuum inferni sit, retinere libertatem arbitrii, ad bonum & ad malum, ac proinde beatos posse decidere à beatitudine iam adeptæ, & damnari, & similiter damnatos resurgere posse à peccatis, & beatitudinem obtinere. Imò futurum aliquando, vt tam hominum quam angelorum cruciatus & damnatio finiantur, regnentque cum Christo in beatitudine. Ita planè affirmat 1. lib. Periarchon cap. 5. & 6. vbi docet, *Luciferum & angelos eius de beatitudine iam adeptæ cecidisse, in eumque sensum exponit testimonia Isaia 14. & Ezech. 20. tandemque futurum esse docet, vt damnatorum tormenta finiantur, & cum Christo in beatitudine regnent: eoque modo censet futurum esse, vt omnia subiecta sint Christo, nullumque habeat inimicum, sed omnium genua ei flectantur, cum tradiderit Deo, & Patri regnum, citatque in huius rei confirmationem nonnulla alia Scripturæ testimonia perperam intellecta. At-*

Molina in D. Thom.

que huic illius errori consonant multa alia, quæ in superioribus Origenem circa angelos, & hominum animas sensisse retulimus.

Non solus D. Thom. hunc errorem tribuit Origeni, sed etiam multi alij Patres, in quibus numerantur Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, quæ habetur 2. tomo operum Hieronymi. Hieronymus in illud Proterbi. 2. *Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur.* In epistola ad Auitum, & in Apologia contra Rufinum: quo in loco testatur, eundem errorem tribuisse Origeni Theophilum Episcopum, & Anastasium Summum Pontificem, sic obiciens Rufino: *Quid facient epistola Theophili Episcopi? quid Pape Anastasij in toto orbe hæreticum prosequentes: cum liberatus sub nomine Pamphili editus, pugnet contra epistolas eorum.* Eundem tribuit illi Augustinus de hæresibus ad Quod vult Deum, hæresi 43. his verbis: *Sunt & alia huius Origenis dogmata, quæ Catholica Ecclesia omnino non recipit: in quibus nec ipsum falsò arguit, nec potest ab eius defensoribus excusari, maxime de purgatione & liberatione, ac rursus post longam tempus ad eadem mala reuolutione rationalis vniuersæ creaturæ. Quis enim Catholicus Christianus, vel doctus vel indoctus, non vehementer exhorrescat eam, quam dicit, purgationem malorum, id est, etiam eos, qui hanc vitam in flagitiis & facinoribus & sacrilegiis, atque impietatibus, quamlibet maximis finierunt, ipsam etiam postremo diabolum, atque angelos eius, quamuis post longissima tempora, purgatos atque liberatos regno Dei, lucique restitui, & rursus post longissima tempora omnes, qui liberati sunt, ad hæc mala denuò relabi & reuerti, & has vices alternantes beatitudinum, & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, & semper fore.* Eundem refert, & impugnat 21. de Ciuitate Dei c. 17. & 23. Eundem illi tribunt Phorius Patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Michaelem Bulgariae principem de septem Conciliis œcumenicis, quæ habetur in principio 1. tomi Conciliorum per Laurentium Surium cap. 5. Sophronius in sua epistola, quæ habetur in 6. Synodo actione 11. & tamquam orthodoxa suscipitur à Concilio actione 15. *Non idcirco, inquit, quòd hominum anima incorruptionem receperunt, ideo & ante corpora eas fuisse suspicabimur, vel ante huius visibilis mundi prolationem, atque compaginem in sempiterna quadam vita positas arbitrabimur, vitamque habuisse caelestem asserimus, & incarnatam, seu incorporatam vitam videntes perpetuam in celo aliquando non existenti, sicut Origenes erroneus constituit, & huius complices Didymus, & Euagrius, & reliqua eorum fabularum excogitatrix sodalitas. Et infestis: Finem esse volentes supplicij, & omnium quidem sensibilem omnimoda corruptionem subintroducunt. Omnium verò rationalium angelorum, hominum, demonum restaurationem astruunt. Leo etiam 1. epist. 11. ad Iulianum Episcopum Coëntem: Quod in Origenes, inquit, merito damnatum est, qui animarum antequam corporibus infererentur, non solum vitas, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, vt etiam in isto (Eutychete scilicet) nisi maluerit sententiam abdicare, pleiatur.*

Porro cum errore de vnione animarum corporibus pro qualitate actionū, quas ante illam vnionem gefserunt, coniunctus est hicalius Origen. error de quo disputamus. Itē in 5. Synod. act. 5. inter alia quæ logaserie aduersus Theodorum Mopsuestenum referuntur, dicitur: *Multos etiā alios inuenimus post mortē anathematizatos, nec non etiam Origenem, si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ vel superius aliquis reuerterit post mortem inueniet anathematizatum: quod etiam nunc in ipso fecit, & vestra sanctitas, & Vigilus religiosissimus*

Ggg 3

ssimus Papa antiquioris Romæ. Hæc eadem referuntur 24. q. 2. c. Sanè. Et in eadem 5. Synodo actione 8. anathematismo 11. sic scribitur: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychetem, Origenem cum impiis eorum conscriptis, & alios omnes hereticos, qui condemnati, & anathematizati sunt à sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, & à prædictis sanctis quatuor Conciliis, & eos qui similia prædictis hereticis sapuerunt, vel sapiunt, & usq; ad mortem in sua impietate permanserunt vel permanent, talis anatHEMA sit.* Hæc eadem Origenis damnatio est, cuius Sanctus Liberatus in Breuiario cap. 23. 2. tomo Conciliorum his verbis meminit: *Iubente Imperatore, dictata est in Origenem, & in illa capitula anathematis damnatio, quam subscribentes, unà cum Menna Archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directæ est Vigilio Romano Episcopo, Zoila Alexandrino, Euphremio Antiochæno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui viuens olim fuerat antea condemnatus. Item c. Sancta Romana Ecclesia, 15. dist. Gelasius in Concilio 70. Episcoporum Romæ habitus: Illa, inquit, de Ruffino sentimus, quæ beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis, quos vir sapiens memoratus Xelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum autore suo dicimus esse reuenda. Item Chronicon Eusebij Cesarïensis, atque eiusdem historie Ecclesiastica libros, quamuis in primo narrationis sue libro reperit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum.*

Pamphilus Martyr, Eusebij Cesarïensis contemporaneus & familiaris, apologiam edidit, quæ in fine primi tomi operum Origenis habetur, quæ à crimine hæreseos Origenem vindicare conatur, contendens multa ab hereticis operibus Origenis fuisse inserta, vt gloriantur se tantum Doctorem suorum errorum habere patronum, ostendensq; ex aliis locis operum eiusdem Origenis eum in multis contrarium docuisse. Quod si, inquit, in aliquibus errauit, sine pernicia id asseruit, paratus in omnibus sequi dogmata fidei & Ecclesiæ: id quod multis testimoniis, quæ passim in operibus Origenis reperiuntur, quæ id sanè præ se ferunt ostendit.

Hieronymus in apologia contra Ruffinum negat librum illum esse Pamphili, ductus, quod Eusebius Cesarïensis in vita Pamphili affirmet, prædictum Pamphilum nullum scripsisse librum. At certè idem Eusebius lib. 6. Ecclesiasticæ historie c. 24. asseuerat, Pamphilum unà cum ipsomet Eusebio Apologiam scripsisse in defensionem Origenis. Quod fit, vt illa tum Pamphili, vt dicit Ruffinus, qui eam latinitate donauit, tum Eusebij (qui ob nimiam cum Pamphilo familiaritatem, Eusebius Pamphili consuevit appellari) vt Hieronymus, & alij affirmant, potuerit appellari. Verumtamen Gelasius cap. Sancta Romana Ecclesia, citato, vitio Eusebio vertit, quod de laudibus & excusatione Origenis schismatici librum scripserit. Et Antipater Bostrensis Episcopus refutationem Apologiae Eusebij Pamphili pro Origene composuit, vt habetur 3. tomo Conciliorum in editione Suriij in 2. Synodo Nicena, actione 5.

Origenem defendit etiam Ruffinus in Apologia pro Origene aduersus Hieronymum. Atque inter alia ex quadam epistola Origenis ad quosdam eos suos Alexandria habitantes, refert, Origenem adhuc viuentem conquestum fuisse, quod

quædam ipsius opera essent ab hereticis deprauata, & quod ad rem præsentem attinet, peculiariter conuenit sibi fuisse impostum quod asseruerit, diabolum aliquando fore saluandum, quod ait, ne infanus asserere potuit. Origen, præterea, defendunt Iacobus Metlinus in Apologia pro Origene, Ioannes Picus Mirandula in sua Apologia, in disputatione de salute Origenis, Sixtus etiam Senensis libro 4. Bibliotheca, dum de Origene & de illius operibus loquitur illum excusat. Dominicus à Soto in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2. & dist. 50. quæst. 1. art. 1. arbitrat, Origenem non persequerit in errore de quo disputamus.

Ego verò, licet percuperem Origenem ab hæreseos crimine vindicare, & non dubitem præcipuum Ecclesiæ institutum in illo cum dogmatibus suis damnando, non tam fuisse damnare hominem, definireque illum in peccato hæreseos ex hac vita discessisse, quam damnare dogmata, quæ illi tribuuntur, omnemque ab eis, & ab eorum autore in bonum Ecclesiæ, auferre autoritatem: licet etiam videam temporibus Origenis res non adeo fuisse elucidatas, quin absque crimine, viri etiam docti in multis errare potuerint in quibus post illa tempora

sine grauissimo crimine errare non possent: denique licet non me lateat ad hæreseos crimen non satis esse temeritatem, & lethale peccatum in re aliqua contra ea, quæ fides docet, asserenda, sed necessariam insuper esse pertinaciam, hoc est, quod asserit intelligat se ab eo, quod tamquam Catholicam fidem tenet Ecclesiæ, deuiare, multaq; comperiam in Origene, quæ præparatum animum ad parendum, consentiendumque cum Ecclesiæ non leuiter indicant, eumque sine pertinacia, imò etiam sine tenacitate asseruisse absurda, quæ passim in operibus illius comperiuntur: post talem tamen, ac tantam nubem testium, non solum doctissimorum & Sanctorum, sed etiam summorum pontificum, & Conciliorum vniuersalium, à quibus post Apologias Pamphili, Eusebij, Ruffini, & aliorum, hæreticus appellatur, nec solum opera ipsius, sed & ipsemet vt hæreticus damnatur, nec pium sanè, nec temeritate vacuum esse iudico asseuerare, quod hæreticus non fuerit: præsertim cum tam multa patenter cum Scripturis sacris pugnantia, non solum in operibus illius, quæ extant, sed etiam in innumeris aliis, quæ non extant, reperiantur. Atque haud scio an recentiores, qui Origenem defendunt, ad definitiones omnes Ecclesiæ, quæ eum damnant, & hæreticum appellant attenderint.

Quicquid hac de re Origenes senserit, testimonia sequentia demonstrant, errorem esse in fide asseuerare, pœnam, qua damnati apud inferos torquentur, aliquando cessaturam. Ecclesiastic. 11. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Psalm. 6. *Conuertere Domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui (vt scilicet à te tunc petat veniam, quasi dicat, difficile admodum tunc fit in inferno autem quis consuebitur tibi? Quasi dicat, nullus sanè, nullaque ratione esse potest, vt quis tibi confiteatur & ad te conuertatur, pœnâq; illius loci exdat. Isaia 33. Quis poterit habitare de vobis cum igne denotante? Quis habitabit ex vobis cum ardentibus semperueris? Isaia vltimo: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Marci 9. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, & vermibus eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Martij 15.

Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & angelis eius. Et infra: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Apocalyp. 20. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi bestia, & pseudoprophete cruciantur die ac nocte in sæcula sæculorum.* In Concilio Lateranensi I I. cap. Firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica. *Venturus est in fine sæculi iudicare vivos & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis. Qui omnes cum suis corporibus resurgent, que nunc gestant, ut recipiant secundum merita sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.* In simbolo Athanasij: *Quam nisi quis integrum inuoluarat, que seruaueris, absque dubio in æternum peribis.* Et infra: *Qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui uero mala in ignem æternum.* In sexta Synodo ad epistola Sophronij, que habetur actione 11. & suscipitur actione 13. damnatur error Origenis quem impugnamus, & supra relatum est.

Illud hoc loco admonuerim, Ambrosium in illud ad Ephesios 3. *Ut innotescat principibus, &c.* Videri affirmare per Paulu, & Ecclesiam, aliquos ex dæmonibus ab errore, peccato, & tyrannide Luciferi fuisse liberatos. Id quod cum errore Origenis quadam ex parte consentit, ut Annonius ad sextum cap. 1. libri Periarchon Origenis adnotauit, & consentit Sixtus Senensis sexto libro Bibliothecæ, annotatione 291.

Aduerterem præterea, Hieronymum in illud ad Ephesios 1. *Ut simul in laudem gloria eius, & in illa uerba, cap. 2. eiusdem epistolæ, ut ostenderet in sæculis superuenturis, item in illa, cap. 4. Ex quo totum corpus, nonnulla docere, in quibus cum Origene consentire videtur circa pœnas inferni tam hominum, quam angelorum damnatorum. Verumtamen, ut in præfatione Commentariorum illius epistolæ ipse ait, commentarios illos ex commentariis Origenis, & Didymi collegit, paucis de suo additis. Vnde non loquitur ex propria sententia. Præterea in postrema uerba Isaia, item lib. 1. Dialogorum aduersus Pelagianos uersus finem pertractans uerba illa Isaia: *Comburentur peccatores & iniqui simul, licet aferat pœnam dæmonum, & infidelium fore æternam, non tamen improbat, quin potius uidetur approbare eorum sententiã, qui dicebãt pœnã fidelium peccatorum finiendam.* Verumtamen in illud Prouerb. 2. *Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur, in illud Ionæ 3. Peruenit uerbum ad Regem Niniu, & in Apologia aduersus Rufinum, constanter affirmat: Nullius damnatorum pœnam, etiam si is Christianus fuerit, fore vnquam finiendam: quod multis egregisque argumentis probat ad locum Ionæ citatum. Quamuis, ut uerum fatear, non uideam Hieronymum respicere contrarium tamquam errorem in fide, sed solum tamquã opinionem omnino falsam, minimè que amplectendam.* Augustinus 21. de ciuitate Dei à cap. 17. refert, & impugnat errores omnes, negantium pœnas damnatorum, uel omnium, uel aliquorum, esse perpetuas. Legito, si placet, Sixtum Senensem in libro quinto Bibliothecæ annotat. 229. & libro sexto annotat. 290. quibus in locis nonnulla alia in expositionem, & defensionem Hieronymi addit.*

A DISPVTATIO II. De causa obstinationis demonum.

VA MVIS cum fide Catholica sit constitutum, nec beatos posse de facto peccare, amittere que beatitudinẽ, nec damnatos posse à peccatis per penitentiam liberari, euaderẽ que cruciatus æternos, non tamen de fide Catholica est constitutum: unde utrumque proueniat. Quare, sicut 1. quæst. 4. artic. 4. disputauimus, an quod beati peccare non possint, proueniret à natura ipsa beatitudinis, quasi uisio beatifica impotens illos reddat ad peccandũ, an potius aliunde: ostendimusque contra Scotũ à natura ipsa beatitudinis id prouenire: ita hoc loco examinandum est, unde obstinatio dæmonum in malo, quodque ex illo nequeat per penitentiam resurgere, proueniat.

Diuus Thomas hoc loco affirmat, dæmones eo ipso quod peccant, habere à sua propria natura obstinationem in malo, & peccato, nec de illo posse penitere. Ducitur ad hoc asserendum, quoniam, inquit, *uis appetendi commensurata est in unquoque uirtuti cognoscenti, que obiectum appetendum sic apprehendit, ut tamquam ostendens rem appetibilem, moueat ipsum appetitum. Est uero hoc discrimen inter homines, & Angelos, quod hi, quia non discurrunt, apprehendunt immobiliter, quicquid semel apprehenderint ac iudicauerint, non secus ac nos immobiliter apprehendimus prima principia, eo ipso quod semel illa apprehendamus ac iudicemus: homines uero, quia discurrunt ratiocinanturque circa utramque contradictionis partem apprehendunt mobiliter, iudicareque possunt modo unum oppositorum ut conueniens, & modo alterum, recedentes à priori iudicio. Hinc uult D. Thomas, hominem, sicut postquam iudicauit unum oppositorum esse expediens ac bonum, potest recedere à priori iudicio, & iudicare alterum oppositorum expedire magis ac melius esse, sic posse per uoluntatem adherere uni ex oppositis postquam adhererat alteri, recedendo per uoluntatem ab eo, cui prius adhererat: Angelum uero, quia apprehendit & iudicat immobiliter, etiam per uoluntatem immobiliter adherere, ita scilicet, ut ante adhesionem integrum habeat adherere indifferenter alteri oppositorũ prout maluerit, postquam uero semel per assensum intellectus, & consensum uoluntatis uni parti adhererit, illi immobiliter adhaereat, nec possit partem alteram uelle. Atque hinc ait D. Thomas consuetudine receptum esse ut dicamus, liberum hominis arbitrium esse flexibile ad oppositum, cum ante electionem, tum post electionem: liberum uero Angeli arbitriũ esse quidem flexibile ad oppositum ante electionem, non uero post electionem.*

Hanc doctrinam D. Thomæ interpretantur sentatores illius, ut intelligatur, quando uoluntas Angeli cum plena libertate, tam quoad speciem actus, quam quoad exercitium, uni parti contradictionis adheret. Quod enim in primo instanti, quando, iuxta D. Thomæ sententiam, solum habebat libertatem quoad exercitium, adherere possit alteri. Eam etiam interpretatur, ut intelligatur quando Angelus habet plenum iudicium, quo cognoscat omnes circumstantias rei: quando enim diabolus tentat aliquem sperans se illum prostraturum, nec obtinet, sed ille ex tentatione commodum reportat, dolere potest quod illum fuerit aggressus. Hac ratione dicunt diabolum, qui mortem Christi curatur,

D. Thomæ de causa obstinationis dæmonum sententia. Fundamentum opinionis.

D. Thomæ sententiam ut explicent eius selectiores.

uerat, miseratque in cor Iudae ut traderet Christum, mutasse postea sententiam, conatumque fuisse impedire mortem Christi per uxorem Pilati: quia non habebat plenum iudicium, an morte Christi plus nocuerit, quam utilitatis afferret.

Angeli post peccatum in via poenitere non potuerunt dolore naturali ex D. Thomae sententia.

Ad illud verò dubium, quod in calce articulo sexto quaestionis praecedentis reliquimus definiendum hoc loco, utrum videlicet angeli mali, post primum peccatum patrum, potuerint poenitere dum erant in via, dolore & poenitentia naturali, quae esset actus bonus moraliter, licet non dispositio sufficiens ad gratiam, responderet D. Thomas, etiam ex hypothesi, quod via Angelorum perseverasset post patrum primum peccatum (quod ipse negat) non potuisse etiam illo dolore poenitere: eò quod sint eius naturae, ut eo ipso, quod alicui rei adhaerent per voluntatem, illi immobiliter adhaerent, ita ut naturaliter nec possint illam nolle, nec velle illius oppositum. Sententiam hanc D. Thomae defendit Caietanus hoc loco, Capreolus in 2. dist. 7. q. 1. ad argumenta contra secundam conclusionem, & Ferrarientis 4. contra gentes, cap. 95.

Angeli post electionem alicuius obiecti respicere illud possunt atque de electione delevere.

Sententia haec, ut ab aliis Doctoribus communiter non probatur: ita nec mihi unquam placuit. Contrarium affirmant Scotus in 2. dist. 7. q. 1. Durandus ibidem quaest. 2. D. Bonaventura artic. 1. q. 1. Richardus artic. 2. q. 1. Gregorius, Gabriel, & Maior quaest. 1. & plerique alij. Possumus verò contra eam argumentari. Primum, quoniam, ut quaestione praecedente artic. 2. & 3. ostendimus, ut voluntas aliquid velit, necessarium non est iudicium, quo intellectus iudicet illud esse bonum moraliter, aut bonum absolute, vel quo iudicet, illud esse absolute appetendum, sed satis est, si intellectus in eo conspiciat rationem aliquam boni, similiter ut voluntas aliquid respiciat ac nolit, satis est, si intellectus in eo rationem aliquam mali intueatur: sed sicut nos simul conspiciamus in fornicatione esse bonum quoddam delectabile, & inesse malitiam moralem contra rectam rationem & legem Dei, sic etiam Angeli in eo, quod peccando appetuerunt, potuerunt simul conspicere bonum honoris ac dignitatis, & malitiam moralem contra rectam rationem ac legem Dei, ergo sicut nos, iudicio intellectus minime variato, retentaque semper eadem existimatione de re, pro libertate nostri arbitrij possumus indifferenter, & velle fornicationem propter bonum delectationis, quod in ea conspiciamus, non obstant, quod simul videamus esse contra rectam rationem ac legem Dei, & nolle eandem propter malitiam moralem, quam in ea peruidemus, & rursus postquam eam appetuerimus propter delectationem, licet nobis eandem, eò quod Deum offendat, respicere, addito dolore, quod eam appetuerimus: ita Angeli, retenta semper eadem existimatione de re, poterunt pro libertate sui arbitrij indifferenter, vel velle id, propter bonum honoris ac dignitatis, quod peccando appetierunt, vel nolle illud idem propter malitiam moralem & offensam Dei, poeniteretque postquam illud appetierunt, ducti illo eodem intuitu, quod malum fuerit moraliter & offensam Dei. Quod sit, ut ad appetendum aliquid mobiliter, necesse non sit mutare iudicium intellectus, sed sufficiat sola libertas voluntatis, quando ex parte obiecti simul elucet diuersae rationes boni & mali, ac proinde consequitur, ut eorum fundamentum contrariae opinionis, dicendumque sit, Angelum, etiam post electionem, appetere posse mobiliter: idque propter libertatem suae voluntatis.

Secundò, Angeli ex sententia D. Thomae, quan-

do primò peccauerunt, non habuerunt iudicium falsum, sed peccauerunt ex inaduertentia ad modum, quem in appetendo seruare debuerunt: ergo potuerunt post peccatum attendere ad id, ad quod tunc non aduerterunt, atque ad eò iudicare illud non eo modo fuisse appetendum, quo fuerat ab ipsis concupitum, & per consequens potuerunt velle id non eo modo appetuisse, doleretque de peccato commissio. Confirmatur haec ratio, quoniam sectatores ipsi D. Thomae consentunt, Angelum posse mutare voluntatem, quando non habet plenum iudicium, quo omnes rei circumstantias agnoscat, ut supra dictum est: eaque ratione cum prius diabolus fuisset mortem Christi, eam molitus est postea impedire per uxorem Pilati, cognitòque effectu mortis Christi & redemptione generis humani ex ea subleuata, quam prius ignorabat, doluit, quod Christus fuerit mortuus, & quod eam mortem non impediuerit: cum ergo ex sententia D. Thomae Angeli peccauerint, non ex pleno iudicio, sed non attendentes ad modum, quem in appetendo debuerunt seruare, sanè patratò peccato potuerunt suapte natura mutare, tum iudicium, tum etiam voluntatem.

Tertiò, quis credat, diabolum, quando peccat, attendisse, sibi que persuasisse se ita grauitè à Deo esse puniendum: ergo cognita postea per experientiam poena (nisi aliunde aduentu poenae obstinaretur) mutare potuit iudicium, mentèque concipere non fuisse sibi expediens appetere, quod peccando appetiuit, ac proinde potuit dolere quod appetiuit id, unde tantum malum in se redundasse experitur.

Quartò, quod Angelus mutare non possit iudicium, quòdque immobiliter adhaereat obiecto, quod semel appetiuit, non tollit, quin circa alia obiecta retineat suam pristinam libertatem, quam antea habebat: ergo malè, cum D. Thoma hoc loco, affirmat sectatores illius Angelos postquam in secundo instanti plena libertate, non solum quoad exercitium, sed etiam quoad speciem actus, adhaerunt bono, ac meruerunt, naturaliter fuisse confirmatos in bono, ita ut naturaliter non possint amplius peccare: licet enim ex principiis D. Thomae sequatur, non posse peccare circa illud obiectum, quod tunc rectè concupierunt: non tamen video, unde sequatur, non manere in eis naturaliter libertatem ad peccandum circa alia obiecta. Simili quoque modo potest fieri argumentum, quòd malè inferat, Angelos malos postquam in secundo instanti peccauerunt, ita obstinatos fuisse naturaliter in malo, ut nullum actum bonum moraliter elicere deinceps possint: licet enim ex principiis D. Thomae sequatur, non posse illos elicere actum bonum circa obiectum, in cuius appetitione peccauerunt: non tamen video, unde sequatur, eos non posse naturaliter elicere actum bonum moraliter circa alia obiecta, circa quae non sunt in peccatum lapsi.

Quintò, ut argumentatur Scotus, licet apprehensio intellectus sit pars causae, quae mouet voluntatem, non tamen est integra causa, sed voluntas tamquam pars causae seipsam mouet ad appetendum, quin potius per libertatem, quae in ea est formaliter, & non in intellectu, seipsam, concurruntque intellectus determinat ad hoc potius, quam ad contrarium appetendum, nec ab intellectu determinatur. ergo ex immobilitate intellectus in apprehendendo, non rectè colligitur immutabilitas voluntatis: praesertim cum voluntas, in quo instanti primò seipsam determinauit per electionem, fuerit libera, & ut elegit vnum, potuerit eligere contrarium, eadem

eadem mentis apprehensione perseverante: ergo existente eadem apprehensione, poterit postea oppositum eligere.

Sexto, vel iudicium illud immutabile intellectus, quod cernitur in prima electione, antecedit non solum electionem, sed etiam libertatem, quæ est in tali electione ad contrarium, vel non. Si antecedit: ergo stante tali iudicio, adhuc voluntas manet libera ad contrarium, ac proinde malè ex immutabilitate iudicij colligitur immutabilitas voluntatis. Si non antecedit, sed formato semel tali iudicio, voluntas non manet libera ad contrarium: ergo tota libertas in eo est posita, quod eliciatur liberè illud iudicium, ac proinde libertas electionis consummatur in actu intellectus, & non in actu voluntatis, quod est absurdum: quippe cum libertas sit formaliter in voluntate, & non in intellectu. Præterea sic peto, vel ad formandum iudicium illud concurrat voluntas liberè, ita scilicet vt in potestate ipsius sit, vt illud ad contrarium iudicium formetur, vel non concurrat liberè. Si des hoc secundum, cum per te, stante illo iudicio, voluntas non possit velle contrarium, sanè sequitur nullam esse libertatem voluntatis in ea electione, quod constat esse falsum. Si verò des primum, vel igitur ad illud iudicium liberè formandum concurrat voluntas, prævio alio iudicio quo velit, vt illud eliciatur, vel non. Si nõ concurrat prævio alio iudicio, qua ratione potest indifferèter imperare formationem eius iudicij, aut contrarij, nullo prævio alio iudicio, à quo determinetur ac necessitetur ad id imperandum, poterit etiam indifferèter, nullo prævio iudicio, à quo determinetur ac necessitetur, eligere hoc, aut contrarium circa obiectum, circa quod principaliter est electio. Si verò concurrat ad imperandum illud iudicium prævio alio iudicio, iterum petam de illo, vtrum ad illud imperandũ concurrat voluntas liberè prævio quodam alio iudicio, atque ita vel dabitur processus sine termino in iudicijs, vel deuenietur ad actum liberum voluntatis, qui sit nullo iudicio circa rem volitam præcedente, à quo determinetur ac necessitetur voluntas, ac proinde superflue ponitur eiusmodi iudiciũ in intellectu Angeli ad appetendum, sed sufficit intuitus, quo aliqua ratio boni cernatur in obiecto appetendo iuxta sensum explicatum in primo argumento, quo hanc opinionem D. Thomæ impugnamus.

Obstinatio
non impo-
nitur dam-
num legiti-
ma causa.

Relicta igitur opinione D. Thomæ, dicendum est cum communi, tam eorum Doctorum quos citauimus, quam plurium aliorum sententia, demones, postquam damnati & puniti sunt, ideò esse in malo obstinatos, vt resurgere non possint à peccatis per pœnitentiam, quia Deus in pœnam delictorum, quæ commiserunt, constituit numquam cum illis concurrere per gratiæ auxiliũ, sine quo nulla creatura resurgere valet à peccatis, seque ipsam disponere ad gratiam. Imò dicendum est, in pœnam eorundem delictorum statuisse, numquam concurrere cum illis concursu generali ad actum pœnitentiæ & doloris naturalis, qui sit actus bonus moralis. Adde experientia ipsa acerbissimorum cruciatuum, quibus ob sua delicta tam acriter se puniri à Deo cognoscunt, absque vlla spe euadendi, tantum concipere odium contra Deum, vt difficilè admodum possint elicere dolorem, & pœnitentiam naturalem de peccatis, qui esset actus bonus moralis: præsertim cum repleti sint omni iniquitate, & destituti omni bono, & auxilio supernaturali, ne dum instituente insuper Deo denegare ob causam iam dictã concursum generalem ad omnem actum moraliter

A bonum. Hæc eadem est causa & radix obstinationis animarum, ac hominum damnatorum.

Quod si nobis obiciatur illud Sapientiar 5. vbi de damnatis dicitur: *Pœnitentiam agentes, & pre angustia spiritus gementes.* Dicendum est, non esse eo loco sermonem de fructuosa, vera, aut bona pœnitentia, sed de sterili, & non bona: neque enim dolent, quòd Deum offenderint, nec de peccatis, quia mala sunt: sed dolent de illis ratione effectus nempe cruciatuum æternorum cum odio, tum Dei, qui peccata prohibuit, & ea punit, tum sui, tum etiam ipsorum peccatorum, quatenus causa cruciatuum fuerunt, non concipientes dolorem de peccatis, neque de illorum effectu, quia bonum est ita dolere, quod tamen, iuxta Aristotelem 2. Ethicorum cap. 4. necessarium erat ad actum virtutis, vt statim subiungemus.

Obiectio.
Solutio.
Damnatorũ
pœnitentia
qualis.

Quod ad illam difficultatem attinet, num Angeli mali, dum post patratum primum peccatum fuerunt in via, dolere de illo poterint dolore sex pœnitentiæ naturali, quæ esset actus bonus moralis, non video cur id debeat negari, si naturis suis relinqueretur, quare vel dicendum erit, tunc potuisse habere illum actum, eo quòd essent adhuc in via: vel Deum in pœnam præcedentis peccati statuisse eis negare concursum generalem ad eum actum necessarium: quod mihi durum admodum videtur de Angelis interim dum erant in via.

Angeli post
primum pec-
catum dum
essent in via
suis naturis
relicti habe-
re poterunt
actum pœni-
tentia natu-
ralis bonum
moraliter.

Dubium est hoc loco, vtrum damnati adeò sint obstinati in malo, vt nullum omnino actum moraliter bonum elicere possint. Sectatores D. Thomæ communiter affirmant, & hæc ferè est communis Doctorum sententia. Lege inter alios Dominicum à Soto in 4. distinctione 50. quæst. 1. artic. 4. & 5.

An damnati
actũ aliquẽ
bonũ mora-
liter possint
elicere.

Et enim damnati velle possint aliquod obiectum ex suo genere bonum, vt carere pœnis inferni, semper tamen vel apponunt circumstantiam, ex qua actus redditur vitiosus, vt quia volunt carere pœnis inferni contra voluntatem & ordinationem diuinam, aut aliam similem, vel certè semper omitunt circumstantiam, sine qua actus non est bonus, verbĩ gratia illam, quam ad opus virtutis Aristoteles 2. Ethicorum, cap. 4. dixit esse necessariam, videlicet, vt eligatur propter hoc ipsum, id est, quia in se est bonum, damnati namque, licet aliquando velint obiectum bonum, non tamen volunt illud, quia bonum est. Sotus in 2. distinct. 7. quæst. 1. & Durandus loco citato inclinant in eam partem, vt dicant, damnatos elicere posse actum bonum moraliter: pauci tamen admodum sunt qui eos sequantur. Quare adhaerendum est potiùs communi Doctorum sententiæ: quam possumus confirmare: quoniam damnati indecènter peccant: ergo verisimile est, numquam elicere actum bonum morale, sed quidquid boni velint, semper illud inficere mala circumstantia. Antecedens constat ex illo Psalmi 73. *Superbia eorum, quæ te oderunt, ascendit semper,* & ex illo 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat, quati semper in actu peccati perseveret, idẽmque est de cæteris damnatis.* Vt enim supra explicatum est, perpetuò in odium Dei, & omnium, quæ illi placet, excandescunt, indeque in eis emergit odium, & invidia omnium, qui illi adherent, vel adherere possunt. Vnde Fulgentius de Fide ad Petrum c. 3. tomo 3. operum Augustini: *Partem, inquit, Angelorum, quæ à Deo voluntaria auersione discessit, Deus sic totam in æterno manere supplicio precepit, vt etiam ignem ei æternum prepararet: in quo illi omnes præuicatorum Angeli, nec mala possunt inquam voluntate carere, nec pœna.* Præterea, vt iam diximus, probabile admodum est, Deum in iustam pœnam damnato-

rum

rum constituisse denegare illis concursum generalem ad omne opus bonum moraliter.

Circa causam obsequii damnantur impia sententia.

Illud hoc loco admonerim, quosdam longè diuersam causam tantæ obstinationis reddere, quam hæcenus à nobis reddita sit. Aureolus namque, vt referunt Marsilius in 2. quæst. 5. artic. 3. & Maior dist. 7. q. 1. asseruit, esse habitum quemdam pessimum, & intentissimum à Deo illis infusum in pœnam suorum delictorum, quo ad malum, atque ad odium Dei & virtutis inclinatur. Ochamus in 2. dist. 19. & quodlib. 1. q. 19. quem defendere vult Gabriel in 2. dist. 7. q. 1. affirmat, Deum se solo producere odium sui ipsius in damnatis, atque in pœnam delictorum, quæ susceperunt, illis necessitatem imponere ad huiusmodi actum, indeque vltèrius inclinari ad malum, & ad odium virtutis. Vtraque sententia impia sanè videtur, pœtorèque Christiano indigna: Deum namque efficit autorem mali, quod sanè est impium. Adde, ea sententia data, neque diabolus, neque alios damnatos peccare in eo quòd Deum odio prosequantur, & alia mala moliantur: in eo namque ad quòd quis necessitatur, quòdque vitare non potest, non peccat: contrarium autem aperitè innuit testimonium illud 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat: innuitur enim vsque ad hæc diem peccando persistere.*

ARTICVLVS III.

Vtrum dolor sit in demonibus.

DISPUTATIO I.

Dolor in demonibus quaeritur.



CONCLUSIO est. In demonibus est dolor. Adde esse etiam tristitiam, seu afflictionem, non quidem, vt sunt passionnes appetitus sensitiui, sicutque cum D tranmutatione corporis: quandoquidem appetitu sensitiuo, & corpore carent: sed vt dicunt actus simplices voluntatis. Dolor autem voluntatis, vt hoc loco D. Thomas ait, est renisus voluntatis ad id quod est, aut ad id quod non est, id est, esse velle non esse, quod est, aut esse, quod non est. Atque eiusmodi actum sequitur tristitia & afflictio voluntatis, quæ opponitur gaudio: quemadmodum etiam ex amore boni præsentis sequitur gaudium: quòd verò maior est renisus voluntatis, & maius est malum verum vel apparens, cui voluntas penitur, eò maior sequitur tristitia & afflictio: propter eiusmodi verò tristitiam & afflictionem, quæ naturaliter consequitur renisum voluntatis, suspicor renisum ipsum & displicentiam mali appellari dolorem: imò propriè non dici dolorem, nisi quando coniunctam habet tristitiam & afflictionem. Vnde mirandum non est, si interdum renisus ipse & displicentia mali, adiunctam habens tristitiam & afflictionem, dicatur dolor: interdum verò sola tristitia & afflictio dolor nuncupetur.

De conclusione non est qui dubitet, potèstque confirmari ex illo 1. Petri 2. *Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos tradidit cruciandos.* Et ex illo Apocal. 20. *Diabolus missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi est bestia, & pseudopropheta cruciantur die ac nocte: cruciatus autem non est sine renitentia, tristitia, & afflictione.*

Ad tristitiam voluntatis concurrunt efficietior voluntas, & non passiuè tantum.

Dubium tamen est, vtrum ad tristitiam voluntatis concurrat voluntas efficietior, aut solum passiuè. Scotus in 1. dist. 1. quæst. 3. & in 4. dist. 49. q. 7. arbitratrur concurrere solum passiuè. Contraria tamen sententia est proculdubio amplectenda. Est enim

tristitia voluntatis, perinde atque gaudium, operatio vitalis: ad quam proinde necesse est concurrat efficietior ea potentia, cuius est actus, & in qua est tamquam in subiecto. Tristitia autem & gaudium naturaliter, & non liberè, sequuntur ex renisui mali, aut ex amore boni præsentis.

DISPUTATIO II.

Vtrum dolor, & tristitia demonum de beatitudine amissa pertineat ad pœnam damni, an sensus.

CVM demones non solum doleant, contristentur, & affligantur igne, quo cruciantur, sed etiam per notitiam sempiternæ beatitudinis amissæ, imò cum vermibus eorum, qui nuncquam morietur, eoque interius per totam aternitatem corrodet, non aliud sit, quam dolor de peccatis, quatenus causa fuerunt cruciatuum aternorum, & amittendi sempiternam felicitatem, seu, quod idem est, dolor, tristitia, & odium aduersus semetipsos, eò quòd cum sua potestate habuerint fugam eorum scelorum, ex quibus tot, tantæque pœnarum genera incurrerunt, ea non vitauerint: dubium est an dolor ille, de amissæ sempiternæ beatitudinis, dicendus sit pertinere ad pœnam sensus, an potius ad pœnam damni.

Sunt qui affirmet, quamvis reduci possit ad pœnam sensus, quatenus non est ipsamet carentia diuinæ visionis, & beatitudinis, quæ essentialiter & præcipuè est pœna damni, sed est tristitia & dolor de obiecto, nihilominus pertinere simpliciter ad pœnam damni. Id verò probant primò, quia oritur ex pœna, nempe ex carentia diuinæ visionis, seu potius ex noticia illius obiecti, ac proinde ad pœnam ipsam damni tamquam effectus & complementum illius pertineat. Secundò, quia delectatio, quæ oritur ex visione diuinæ essentia & ex amore Dei clarè visi, pertinet ad præmium essentialia, tamquam effectus & complementum illius: ergo cum carentia beatitudinis sit pœna damni, præmio essentiali priuatiuè opposita, dolor, & tristitia, quæ ex illa oritur, spectabit etiam ad pœnam damni, tamquam complementum quoddam illius. Sic sentit Dominicus à Soto in 4. dist. 46. quæst. 1. artic. 1. & quidam alij.

Mihi contrarium videtur verius, pertinere scilicet ad pœnam sensus. Ducor primò quoniam pœna damni integra est in omnibus damnatis, etiam in pueris, qui propter solum originis peccatum damnati sunt: at in his nulla est tristitia de beatitudine amissa: quòd quidem peccatum originis, quòd aliena voluntate commissum est, solum eis nocuit ingraturis, talisque in reliquis omnibus eos reddidit, quales essent, si in puris naturalibus essent conditi: cum ergo, si in puris naturalibus essent producti, nullam essent tristitiam habituri, quòd beatitudine supernaturali non essent beati, efficitur, vt de beatitudine supernaturali, quam aliena voluntate amiserunt, nec habeant, nec habituri sint tristitiam, Deo id ita providente, nec concurrente cum voluntate eorum, & noticia amissæ beatitudinis in pœnam iustam propter peccatum originis, vt inde generetur tristitia.

Confirmatur hæc ratio, quoniam esto illi, qui cum solo originis peccato ex hac vita discesserunt: in perpetuum ignorarent se in pœnam pro eo peccato priuatos esse beatitudine supernaturali, imò esto ignorantem possibilem esse beatitudinem supernaturalem, nihilominus haberent integram pœnam

riam damni, quae in carentia beatitudinis supernaturalis aliis futura, est posita, sufficienterque essent puniti pro peccato originis: sed tunc nullam haberent tristitiam de tali poena damni: ergo tristitia de poena damni non ad ipsam poenam damni, sed ad poenam sensus spectat.

Secundo, quoniam tristitia illa non oritur ex nuda carentia beatitudinis, in qua posita est poena damni, sed ex noticia, qua privatio illa cognoscitur, nec oritur aequaliter in omnibus damnatis, sed in his, qui ob solum originis peccatum damnati sunt oritur nulla, in reliquis vero, quod grauius peccauerunt, eod oritur maior, atque adeo poena illa, sicut & cruciatus ignis responderet quantitati peccatorum: ergo non pertinet ad poenam damni, sed sensus.

Tertio, tristitia illa, in ratione tristitiae & doloris, eiusdem rationis est cum tristitia, quae existit ex cruciatibus inferni, & cum tristitia & inuidia, quam damnati habent de beatitudine, & bonis beatorum: sed ex sententia eorum, cum quibus disputamus, non solum dolor & tristitia, quae ex igne inferni proficiunt, sed etiam illa, quae oritur ex inuidia de bonis beatorum, pertinet ad poenam sensus: ergo etiam tristitia de amissa beatitudine ad poenam sensus spectabit.

Quarto, vermis damnatorum ad poenam sensus pertinet: pars autem vermis est tristitia de beatitudine sua culpa amissa: ergo tristitia de beatitudine amissa ad poenam sensus spectat.

Quinto nomine poenae sensus, non intelligitur hoc loco poena, quae in sensu sit, sensuque percipiatur: tum quia in demonibus, & in animabus ante resurrectionem, non est sensus: tum etiam quoniam vermis conscientiae ad poenam sensus spectat, & nec residet in sensu, nec sensum affligit, sed intelligitur poena, quae formaliter affligit, ut est dolor, tristitia, & cruciatus, ac proinde vitalis actio molestans & excrucians, quae vitali potentia percipitur: id autem quod extrinsecus illam efficit, dicitur poena sensus, tamquam poenam efficiens, non vero quasi sit ipsa poena & molestia interior, quae percipitur: denique poena sensus distinguitur ab ea poena, quae etiam si non percipiatur, nec affligat, in se tamen est damnum, & vera poena illata propter culpam, ut est privatio sempiternae beatitudinis, quae proinde ea ratione a poena sensus distinguitur, sed dolor, & tristitia damnatorum de beatitudine amissa, est vera actio vitalis eos affligens, crucians, & molestans: ergo pertinet ad poenam sensus, & non damni.

Ad primum partem oppositae respondetur. Ad primum igitur argumentum pro parte contraria dicendum est, eiusmodi dolorem & tristitiam oriri ex poena damni tamquam ex obiecto, interuentu notitiae, quae de illa poena habetur: id tamen non facere, quo minus rationem habeat poenae sensus, & non damni, ut explicatum est. Negandum etiam est, eiusmodi dolorem & tristitiam esse complementum poenae damni. In damnatis namque ob solum originis peccatum completa est poena damni, nec tamen adiunctam habet eiusmodi tristitiam.

Ad secundum, concessio antecedente, neganda est consequentia: delectatio namque, quae ad praemium essentiale tamquam complementum illius spectat, oritur ex ipsomet praemio essentiali, nempe ex visione Dei, & amore eiusdem clarè visi, sine vlla alia intermedia actione: at verò tristitia de beatitudine amissa oritur ex poena damni, mediata alia actione, nempe illius notitia, praeterea oritur ex peculiari ratione culpae praesistente, quam tamquam poena comitetur. Adde, poenam damni includere privationem, non solum visionis diuinae essentiae, & amo-

ris Dei clarè visi, sed etiam delectationis, & ceterorum bonorum, quae inde erant redundatura: unde tam integra est in se, esto ex noticia, quae de illa habetur, nulla oriatur tristitia, quam integrum futurum erat praemium. Quò fit, ut ad complementum poenae damni, ut privatiue opponitur integro praemio essentiali, necessaria non sit eiusmodi tristitia, quin potius superaddatur damnatis ob culpam actualem, in poenam, quam ultra poenam damni, integram, ut privationem praemij essentialis, merentur, sicut etiam cetera poenae sensus eis ipsis superadduntur.

DISPUTATIO III.

Primum in demonibus de re aliqua possit esse gaudium & delectatio.

Sunt qui affirmant, esse interdum in demonibus gaudium aliquod accidentarium de re aliqua: ut illos gaudere, quando res aliqua pro eorum votis euenit, ut quando iustum vincunt, & prosternunt, aut aliquid simile euenit. Consonant Augustinus de Genes. contra Manichaeos, cap. 17. dicens: Diabolus

In demonibus gaudium esse accidentale cur quidam existimant. August. & D. Thomas.

de tam infelici potestate letatur, quam scilicet in peccatores exercet. Et D. Thomas hoc loco in responsione ad primum, qui cum Augustino consentit.

Dicendum est nihilominus, nullum proprie esse gaudium, aut letitiam in demonibus, etiam cum res, ut optant, succedunt. Cuius rei duplex est ratio. Vna, quia si quae letitia, aut gaudium fuisset aliis nasciturum ex aliquo optato euentu, absorberetur & impediretur à nimia tristitia & dolore, quo perpetuo anguntur & cruciantur. Si enim inter nos, qui grauissimis doloribus affligitur, nullam capere potest voluptatem de re, cuius aliis praesentia gauderet, nimio dolore eam voluptatem absorbente & impediente, quò magis cruciatus & tristitia damnatorum absorberent & impedirent omnem letitiam & voluptatem, quae aliis ex euentu rei inordinatè desiderato poterat suboriri. Altera est, quoniam Deus in poenam delictorum, quibus se demones macularunt, statuit denegare concursum suum vniuersalem, ne ex implementatione cuiuscumque rei desideratae letitia, & gaudium in eis resulter.

Opposita pars probatur.

Ad Augustinum autem, & D. Thomam dicendum est, eos sumere letitiam improprie, pro complacentia in euentu pro votis, sine vilo tamen gaudio & delectatione. Complacentia enim in euentu aliquo, quoniam naturaliter habere solet coniunctam letitiam ex ea resultantem, ab effectu appellari solet letitia: & complacere in euentu aliquo, solet appellari letari de eo euentu: sicut etiam displicentia de euentu aliquo, quoniam ex ea nasci solet tristitia, appellari solet dolor & compassio de aliquo. Quemadmodum ergo beati compati dicuntur malis nostris, non quòd in eos cadat tristitia & afflictio de malis nostris, sed quòd mala nostra eis displiceant, vellentque ea non esse, ex qua displicentia & velleitate nata erat sequi tristitia, si eorum status illam pateretur: sic etiam demones dicuntur letari de euentu pro eorum votis, non quòd gaudium & letitiam recipiant, sed quòd placeat illis euentus, velintque ita esse. Unde, si eorum status id pateretur, natum erat oriri gaudium & delectatio.

Ad August. & D. Thom.

Beati quo sensu dicantur malis nostris compati.

Circa responsionem ad secundum D. Thomae animaduertendum est, demones Deum timere, & contremiscere comparatione poenae, quam illis potest augere, & saepe accidentaliter auget: non verò comparatione poenae iam inflata: eò quòd timor non

non sit de malo præfenti, sed de futuro, timor autem ille est actus vóluntatis, non verò partis sentientis, qua carent.

ARTICVLVS IV.

Vtrum aer iste sit locus pœnalis demonum.

Dæmones autem quos in hoc aère relictos vsque ad diem iudicij.

P R I M A conclusio. Aliqui Angeli mali diuina prouidentia relictí sunt in aère isto caliginoso vsque ad diem iudicij ad exercitium & impugnationem nostram, vt vel ea ratione eorum vtilitati inferuiant, qui hæreditatem capiunt salutis, quatenus illorum impugnationibus augetur corona iustorum. Probatur ex illo ad Ephesios 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus.* 1. Petri 5. *Aduersarius vester diabolus circumit querens quem deuoret.* Job 1. *Circumius terram, & perambulauit eam: ergo dæmones aliqui sunt apud nos.*

Damnatorum omnium locus erit sola infernorum regio post extremum iudicium.

Dæmones autem qui perpetuo sunt in inferno.

Secunda conclusio est. Post diem iudicij, quando cessabit tam missio Angelorum bonorum, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, quam dæmonum impugnationem, locus pœnalis omnium damnatorum, tum hominum, tum Angelorum, erit infernus.

Tertia conclusio. Sicut perpetuo sunt aliqui Angeli boni in cœlo, ita perpetuo sunt aliqui dæmones in inferno. Patet ex illo 2. Petri 2. *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed yudentibus inferni de tractos tradidit cruciandos.* De his conclusionibus non est, qui dubitet.

Circa responsonem ad tertium animaduertendum est. Sicut de fide est, post mortem Christi eas animas iustorum, quæ nihil expiandum habent, statim videre diuinam essentiam, vt prima secunda quæst. 4. latè ostendimus: sic quoque iam hodie non esse dubitandum, dæmones omnes, & animas discedentes in lethali peccato perpetuo cruciari, neque eorum pœnam differri vsque ad diem iudicij. Quia autem ratione dæmones, & animæ igne corporeo inferni crucientur, ad finem tertiæ partis, dum de pœnis hominum damnatorum fuerit sermo, commodius disputabitur. Quoniam verò modo dæmones dum in hoc aère caliginoso versantur, secum deferant gehennam & cruciatum inferni suspicor esse, quia Deus se solo sine causa secunda infligit in eos tormenta, quæ ab igne corporeo passuri erant in inferno.

Qua ratione dæmones in hoc aère torquentur.

QVÆSTIO CVI.

De Angelorum illuminatione.

Ordo & conexio doctrina.



I C E T D. Thomas, iuxta ordinem, quem secutus est, disputationem de Angelis diuiserit: placuit tamen illam coniungere, transitumque facere hoc loco ad quæst. 106. in qua de illuminatione Angelorum disserit: & prosequi quæstiones reliquas, quas de Angelis subiungit: tum ne tractatum de Angelis diuidamus, tum etiam quoniam animus nobis est, post integram disputationem de Angelis, subiungere tractatum quemdam de opere sex dierum, eoque finem imponere his commentariis in primam partem. Reliqua namque quæ D. Thomas in hoc opere docet, magna ex parte tradita à nobis sunt in commentariis in Aristotelem,

A & quædam de industria disputauimus in superioribus in hoc opere: reliqua verò commodius inferentur in commentariis in reliquas D. Thomæ partes.

ARTICVLVS I.

Vtrum vnus Angelus illuminet alium: & simul de locutione Angelorum.

DISPUTATIO VNICA.

I LLUMINATIO in Angelis, qua vnus alterum illuminat, non est aliud quam manifestatio, qua vnus, docendo alium veritatem illi occultam, eam illi manifestat. Iuxta illud ad Ephes. 3.

Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes, id est, manifestare omnibus, qua sit dispensatio, &c. Propterea, cum vnus Angelum manifestare alteri veritatem illi occultam, illam docendo, non sit aliud, quam cum eo loqui, cui illam manifestat, efficitur, vt illuminatio in Angelis pars quædam subiecta sit locutioni Angelorum, minus latè patens quam illa: omnis quippe illuminatio locutio quædam est: non tamen locutio omnis Angelorum est illuminatio: quando namque Angeli adinuicem loquuntur de re iam antea vtrique nota, est quidem tunc inter eos locutio, non verò illuminatio, qua vnus alterum illuminet. Ita D. Thomas quæstione sequenti artic. 2. Caietanus hoc loco, Scotus in 2. dist. 9. quæst. 1. 5. *ad aliam quæstionem, & alij.* Imò verò, vt D. Thomas inferius qu. 109. artic. 3. ait: *Non quæcumque locutio de re alteri Angelo occultata est illuminatio, sed de re, qua permouet in maiorem notitiam Dei, ac mysteriorum illius.* Potest etiam dici, illuminationem præse sumptam esse illam solam, quæ à Deo per superiores in inferiores Angelos deriuatur: hæc autem tantum est de rebus, quæ Angelis omnibus naturaliter sunt occultæ, nempe de mysteriis gratiæ & fidei, de cordis cogitationibus, & futuris contingentibus: quare cuiusmodi illuminatio non est in dæmonibus, sed in solis Angelis bonis. Si quid autem Angelus vnus videat in diuina essentia, quod alteri sit occultum, potest ea de re illum illuminare, sed locutione in proprio genere. Porro illuminationes præse sumptæ post iudicij diem non fient: quoniam tunc necessariæ non erunt, quando status totus militantis Ecclesiæ cessabit. Quia ergo disputatio de illuminatione Angelorum cum disputatione de eorum locutione est coniuncta, imò disputatio de locutione tamquam de re vniuersaliori, quædam ex parte antecedere debebat disputationem de illuminatione, vtramque hoc loco coniungemus.

Quod ad illuminationem in particulari attinet, animaduertendum est: Proprium esse Dei optimi maximi illustrare tam nostras, quam Angelorum mentes, lumen, cognitionem, aut species in eas immediate immitrendo, eiusmodique illustrationes & splendores Sanctorum, appellari Dei illuminationes, quibus eos illuminat, & suo etiam modo locutiones, quibus cum eis dicitur loqui, vt Osee secundo de anima iusti: *Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius.* Vnus verò Angelus, quia illi non potest in alium, neque in animam nostram, non potest hoc modo alium Angelum illuminare de veritate aliqua occultata, sed solum aliquo locutionis genere eum docendo.

Animaduertendum est deinde, tres actus à Beato Dionysio 3. cap. cœlestis Hierarchiæ constitui, quos Angelus

E

F

Angeli

Angeli superiores comparatione inferiorum exercent, nempe purgare, illuminare, & perficere. Hi vero tres actus, vt Richardus & Gabriel in 2. dist. 9. quaest. 2. probè notant, vnus & idem actus sunt secundum rem, solaque ratione inter se distinguuntur. Idem quippe actus, quo veritas occulta dignoscitur, & quo inferior Angelus à superiori docetur, quatenus per eum expellitur ignorantia ab Angelo inferiori, dicitur purgatio: non quidem à labe peccati, sed ab ignorantia, non prauæ dispositionis, sed puræ negationis, quæ erat prius in Angelo qui docetur: quatenus verò per eum manifestatur illi veritas prius ignota, dicitur illuminatio: & quatenus est quædam perfectio intellectus, dicitur per eum perfici ab Angelo superiori.

Quod verò ad locutionem in genere attinet, vt suo ambitu illuminationem comprehendit, sciendum est: Lumen ipsum rationis dicere, Angelos inter se loqui: quippe cum intellectu & libero arbitrio sint præditi, societatèque inter se habeant, & rempublicam perfectissimam, multò meliùs quàm nos, constituant, ad quod colloquutio est necessaria. Accedit, quòd id ex literis sanctis est etiam manifestum. *Isaia 6. Seraphim clamabant alter ad alterum, & 63. iuxta plurimorum sanctorum expositionem, quos quaest. 7. artic. 5. citauimus, inferiores Angeli interrogabant superiores: Quis est iste, qui venit de Edom? Zachariae 2. Ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum, &c. Apollolus ludas in sua canonica: Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altere areret de Moysi corpore.*

Tota rei huius difficultas in eo est posita, vt explicetur modus, quo vnus Angelus cum alio possit loqui, eumque illuminare. De qua re magna ex parte dictum est quaest. 7. artic. 4. dum disputauimus an Angelis sint naturaliter occultæ cogitationes cordiù, siue illæ ab hominibus, siue ab Angelis eliciantur.

Vt quaestione citata dicebamus, ij, qui affirmant vnum Angelum posse naturaliter cognoscere intuitiue cogitationes alterius, ea tamen de causa eas regulariter de facto non cognoscere, quòd Deus ad id denegat suum concursum vniuersalem, faciliè se expediunt ab hac quaestione. Dicunt enim, quàdo vnus Angelus dirigit in alium suum conceptum, intendens eum illuminare circa rem aliquã, quæ eum lateat, aut cum eo loqui de re illi manifesta, Deum concurrere concurtu vniuersali cum intellectu illius, quem alius vult illuminare, aut cum quo vult loqui, vt intuitiue cognoscat conceptum illuminantis, aut loquentis, eaque ratione per visionem, qua cõceptum illuminantis & loquentis intuetur, ipsum mète audire, formareque vltèrius notitiam, ac cognitionem de re, de qua alius eum illuminat, aut de qua loquitur: simul etiam reddùt faciliè ratione quare solus is illuminetur & audiat, ad què alius dirigit suum cõceptum, & cum quo loquitur, ceteri verò non item. Quoniam Deus solùm concurrat concurtu vniuersali cum intellectu illius, ad quem conceptus dirigitur, & non cum intellectibus aliorum, atq; ita fit, vt ille solus audiat intuitiue cognoscendo conceptum, qui ad ipsum dirigitur. Sententiam hanc impugnauimus latè, & tamquam parum veritati, & Scripturis sanctis consonam reiecimur quaest. 7. artic. 4. citato.

Ex fautoribus sententiæ, quòd Angelus naturaliter possit intuitiue agnoscere cogitationes alterius, nisi Deus illi suum concursum vniuersalem subtrahat, Scotus in 2. d. 9. q. 1. & 2. asseuerat, vnum Angelum posse illuminare alium, & cum eo loqui effecti-

Molina in D. Thom.

uè producendo in intellectum illius conceptum, actumque intelligendi rei, de qua vult cum eo loqui intellectu eius, qui audit, concurrente solùm passiuè: addit præterea, posse producere in eum, vel solùm conceptum, actumque intelligendi, vel solam speciem intelligibilem, vel vtrumque simul.

Ex Scoti sententia vt loquamur Angelis.

Probat verò posse producere conceptum, actumque intelligendi, quoniam id, quod est sufficienter in actu primo comparatione alicuius effectus, potest producere illum in quouis subiecto susceptiuo, modò sit debite coniunctum: sed intellectus Angeli loquentis est in actu primo comparatione cõceptus, actusque intelligendi rem de qua vult loqui, quandoquidem habet omnia requisita, vt illum in se ipso producat: & Angelus, cum quo vult loqui, est quoad intellectum susceptiuus illius, poteritque esse debite coniunctus: ergo poterit eum in illius mète imprimere.

Probat Scoti.

Addit Scotus, vnum Angelum non solùm posse ita loqui cum alio, illumque illuminare quando nõ distat, ab eo, sed etiam quando ab eo distat: eò quòd agens agere possit in id quod distat, nihil interim per medium effundendo: *attamen, inquit, semper necessaria est certa distantia, vt agens agere possit in passum, maior, vel minor, pro qualitate virtutis agentis, eaque de causa vnus Angelus non poterit loqui cum alio, actum intelligendi in mète illius producendo, à quacumque distantia, sed à certa & determinata.*

Iuxta hanc suam sententiam reddit etiam rationem Scotus, quare vnus Angelus possit loqui cum alio, eumque illuminare, alius neque audientibus, neque illuminatis. Quoniam sicut quiuis Angelus liberè producit in seipso actum intelligendi, ita liberè eum producit in aliis, eaque ratione pro sua libertate poterit illum producere potius in hoc, aut in his, quàm in aliis, & ita loqui potius cum hoc, aut cum his, quàm cum aliis, eis minimè audientibus, eò quòd careant actu, per quem rem eam intelligant.

Sententia hæc Scoti, quatenus affirmat Angelum posse producere effectum in re distante, nihil producendo in mediù, sufficienter impugnata est q. 8. artic. 1. Quatenus verò affirmat, vnum Angelum posse producere actum intelligendi rem, de qua vult loqui, intellectum alterius, alio concurrente solùm passiuè ad talem actum, ac sola intellectus aure auscultare, impugnatur ab Ochamo in 2. q. 20. & quodlib. 1. q. 8. à Greg. 2. dist. 10. q. 2. Gab. dist. 9. q. 2. art. 3. à Cap. d. 11. q. 1. ad argumenta contra tertiam conclusionem, & à Caiet. q. seq. art. 1. Postsumusque nos primò argumèntari in hunc modum. Omnis intellectio ac perceptio obiecti est operatio immanens ac vitalis: ergo esse nequit in aliquo intellectu, ita vt is intellectus per eam aliquid percipiat, quin ad illam efficienter concurrat. Patet consequentia, quia omnis operatio immanens ac vitalis, efficienter à potentia, in qua est, & quæ per eam percipit obiectum, vt q. 12. & aliàs sæpo in superioribus abundè ostendimus. Nec minùs implicat contradictionem intellectum intelligere per actum intelligendi, non à se, sed ab alio intellectu efficièter productum, quàm vnum ignem calefacere per calefactionem, non à se, sed ab alio igne productam: eò quòd intelligere non aliud sit, quàm potentiam intelligentem efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est.

Impugnatur Scoti opinio.

in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est. Secundò, ad intelligendum concurrat efficienter ac vitaliter exprimere in se imaginem rei, quæ intelligitur, vt sæpe in superioribus explicatum est.

Hh h est

est liber, sed naturalis, non potens non agere, quantum est ex se: cum ergo concursus intellectus ad intelligendum non possit se extendere extra intellectum, eò quòd actio intellectus sit immanens, solumque supersit concursus naturalis speciei quem posset fingere Scotus extendere se ad alienum intellectum ad intelligendum, sanè insufficientem rationem reddidit, cur vnus Angelus posset loqui cum alio, aliis non audientibus, ex parte concursus liberi Angeli ad producendum conceptum, actumque intelligendi potius in intellectu huius, cum quo vult loqui, quam in intellectibus aliorum. Tertio, vt probè argumentantur Gabriel & Ockhamus, si ratio Scoti alicuius esset momenti, eodem sanè modo probaretur, voluntatem vnus Angeli posse producere volitionem in voluntatem alterius, efficerèque eum velle, eo concurrente solum passiuè, quod est ridiculum: efficeret namque eum consentire in peccatum, illo non concurrente ad talem consensum. Consecutio probatur, quia sicut intellectus vnus Angeli est in actu primo, & sufficiente ad producendam in se ipso intellectionem, & intellectus alterius susceptiuus est intellectionis eiusdem rationis: sic quoque voluntas vnus Angeli, qui actu aliquid vult, est in actu primo & sufficiente ad producendam in se volitionem, & voluntas alterius eiusdem rationis volitionem suscipere potest: quare si illa est sufficiens ratio, vt intellectus vnus Angeli possit producere intellectionem in intellectu alterius, erit etiam sufficiens, vt voluntas vnus Angeli possit producere volitionem in voluntate alterius. Inde verò vterius sequitur, aliquid posse esse volitum ab aliquo, à quo non sit præcognitum, sed solum ab eo, qui vt in se ipso potest producere volitionem, eò quòd habeat causam sufficientem, vt eam in se ipso producat, sic etiam, iuxta principium Scoti, producere eam posset in voluntatem alterius, concurrentem solum passiuè ad eam volitionem, quod tamen est absurdum. Item ex ratione Scoti sequeretur, posse vnum angelum efficere scientiam conclusionis in intellectu alterius, existente noticia principiorum solum in suo intellectu. Si namque ratio Scoti legitima est, cum angelus, qui habet assensum principiorum, & bonitatis consequentiæ, habeat sufficientem causam ad efficiendam in se ipso scientiam conclusionis, & alius angelus susceptiuus sit eiusdem scientiæ, vti que poterit, vt in se ipso, ita & in alio angelo eam efficere, præuio in se ipso dumtaxat assensu principiorum: habetque hæc ratio vim præsertim aduersus Scotum, qui affirmat angelos discurrere posse. Quarto, audire est percipere sinum alterius factum ad aliquid significandum, quo mediante, is, qui audit, format vterius notitiam rei significatæ, sed vnus angelum recipere conceptum rei, quam alius concipit, non est percipere signum alterius exhibitum ad aliquid significandum: ergo neque vnus angelum producere in mentem alterius conceptum rei, quam ipse concipit, est loqui cum eo, in cuius mentem illum producit, nec alterum angelum illum recipere est audire, sed solum percipere rem, non secus ac si per se ipsum formaret eundem conceptum, quod nemo appellaret audire.

Ad Scoti
argum.

Ad argumentum ergo Scoti neganda est maior, quando effectus est actio immanens & vitalis: ad eiusmodi namque effectum necesse est, concurrat efficienter, tamquam pars causæ, ea potentia, in qua vt in subiecto, recipitur, neque ea potentia producere illum valet extra se: & idcirco potentia, quæ est

A in actu primo ad producendum illum in se ipsa, sufficiens non est ad producendum effectum eiusdem rationis in aliam potentiam, quæ illius sit susceptiuus.

Sententia D. Thomæ q. frequente est, vnus angelum eo ipso loqui mentaliter cum alio, quòd ad imperium voluntatis conceptum suum internum dirigit in eum quo cum loquitur, eo enim ipso, ait, conceptum illum internum, qui alioquin supra naturam erat occultus, naturaliter fieri manifestum, non caicimque, sed ei dumtaxat, in quem dirigitur: fieri verò actio ei manifestum, vt intuitu eum agnoscat: quare cum directio conceptus ad imperium voluntatis, sit ratio, quòd ei dumtaxat sit manifestus, ad quæ dirigitur, efficitur, vt vnus angelus loqui possit cù vno, aut pluribus, ad quos pro sua libertate dirigit suos conceptus, aliis id non audientibus. Eum verò quo cù loquitur conspiciere conceptum internum loquentis, & per eum de qua loquitur, est audire mentaliter.

Hæc sententia, tum intellectu, tum etiam creditu est difficilis, fatisque vt arbitror eam impugnamus q. 7. artic. quarto, nec satis intelligitur quantum ratione, sola directio, hoc est, efformatio conceptum ad imperium voluntatis in ordine ad hunc potius quam ad illum, faciat conceptus, alioquin superte natura occultos, manifestos huic potius quam alteri: præsertim cum ipsummet imperium voluntatis, ac directio conceptuum, sit actus internus, ac proinde supra natura etiam occultus.

Sit ergo prima conclusio hæc in re perdifficilis, & nobis occulta: Angelus secum & cum Deo, potest loqui merè mentaliter. Hæc est communis omnium, ex eoque est manifesta, quoniam cogitationes intellectus, tam ei qui illas format, vt quæst. 57. artic. 4. explicatum est, quam Deo sunt cognite: ergo eo ipso, quòd dirigat eas ad Deum, vt is efficit, qui mente orat Deum, loquetur cum eo, & Deus eas audiet, hoc est percipiet. Hoc modo loquebatur Moyses cum Deo Exod. 14. quando Moysi nullum ore clamorem mittenti dixit Deus, *Quid clamas ad me?* Eo etiam ipso quòd ad ipsum illæ dirigantur, aut quòd aliquis secum cogitet, nec cogitationes suas dirigat ad alium, loquetur secum: conceptus quippe mentis verbum dicitur, multiplicatioque conceptuum ordinatorum seu colligatorum inter se mentis sermo appellatur.

Secunda conclusio, Vnus angelus non videtur posse loqui aliter cum alio, eumve illuminare, quam per nutus, spirituales tamen, signaq; spirituales, quæ ad exprimendos suos conceptus poterunt sibi intuitum multò melius exhibere, quam nos ad exprimendos nostros exhibeamus. Poterunt etiam adhibere signa corporea facta motione, aut impressione aliqua in corpore: item motu suæ propria substantiæ in spatio poterunt sibi ipsis signa exhibere, multaque aliis modis, ipsis melius, quam nobis cognitis. Hæc est Gregorij loco citato, & ad eam accedit Durand. in 2. d. 11. q. 2. in fine quæstionis, & plerique alij, estque expressa glossa in illud Pauli 1. ad Corin. 13. *Si linguis hominum loquar. Vbi ait, Angeli præpositi significant inferioribus, quod de Dei voluntate primi sentiunt, quod sit quibusdam signis, & nutibus.* Potest etiam confirmari ex eisdem verbis Pauli 1. ad Corin. 13. *Etiam confirmari ex eisdem verbis Pauli 1. ad Corin. 13. namque angelis linguam ad loquendum, ac proinde vim loquendi exteriùs per signa. In quæ verbis ait Chrysostomus: Linguam angelorum, hæc esse, non carnem significans instrumentum, sed eorum linguam inter se consuetudinem, modo inter eos cognitis. Hæc uet præterea Hieronymus, aut cuiusque eius operis autor, in illud Iob. 24. *Subito apparuit autor.* Potest etiam conclusio probari. Primo, quoniam angeli*

angeli inter se loquantur, vt ostensum est, omnēque contententur: cum ergo non loquantur solis conceptibus, eō quod conceptus vnus sit naturaliter aliis occultus, vt q. 57. artic. 4. est ostensum, efficitur, vt loquantur signis externis quibus suos expriment conceptus. Secundo, Angelus spectatus in suis tantum naturalibus mentiri potest alteri angelo, non secus ac vnus homo mentiri potest alteri homini: sed mentiri est aliud manifestare exteriori signo, & aliud habere in mente: definitur namque, esse contra mentem ire: ergo angeli loquuntur adinuicem, signis externis ac nutibus. Quod si quis peccat, vtrum huiusmodi signa significant expositiones, respondendum est, eo sanē modo significare. Sicut enim homines qui numquam antea essent locuti, imponere possent signa ad exprimentos inuicem suos conceptus, & inuenire linguam, qua mutuos conferrent sermones, ita multo citius & melius id efficere poterunt angeli, & fortē eruditi lingua, qua sic loquerentur, conditi sunt à Deo, vt de primis parentibus in tractatu de opere sex dierum dicemus.

Angeli erudit lingua qua inter se loquentur conditi.
Angelus potest loqui cum homine immutatio animae imaginatio.
 Dicitur est in hac secunda conclusione, vnum angelum non videri posse loqui cum altero angelo nisi per nutus & signa: quia cum homine loqui potest immutando imaginationem illius, eoque pacto angelus Domini in somnis apparuit Ioseph, locutusque est cum illo, similiterque videntur angeli saepe locuti cum Prophetis in spiritu: licet enim angelus illabi non possit in substantiam animae, aut alterius angeli, immittendo aliquid immediatē in intellectum & voluntatem, excitare tamen potest cogitationes in imaginatione, immutatione facta in organo corporeo, in quo imaginatio residet, indeque vterius efficere cogitationes in intellectu, vt q. 56. art. 2. dictum est.

Iuxta hanc, quam sequimur, sententiam non video quo modo vnus angelus loqui possit cum alio, aliis non audientibus, si ad id attendant: quippe cum iuxta hanc sententiam, audire in angelis non aliud sit, quam percipere per intellectum signa externa, & nutus: hac autem non video quo modo possint occultari neque id Gregorius Ariminensis absurdum reputat. Posset fortē aliquis dicere, Deum denegare concursum generalem, quando expedit, vt alij non audiant, eaque ratione alios non audire.

Illud admonerim, opinionem D. Thomae hac ratione, maiori cum probabilitate, quam quamcumque aliam, posse defendi, si dicamus, ad diuinam prouidentiam, ordinēque naturae spectare, vt Deus id suppleat, quod ad angelorum locutionem est necessarium: eaque de causa cum cordium cogitationes ex sua natura sint aliis angelis occultae, & nihilominus necessaria sit mutua inter eos interna locutio, Deum quasi naturali lege statuisse, quando vnus dirigit conceptus suos ad alium aut alios vt mentaliter cum eis loquatur, ita concurrere particulariter cum intellectu eius, aut eorum, ad quos diriguntur, vt illos percipiant atque intueantur, quoniam id naturae ordo postulabat. Sicut etiam quasi legem statuit, tum vt quando preces ad beatum aliquem funderentur, eas illi vel in Verbo, vel in proprio genere manifestet, vt questione 12. dictum est. Tum etiam vt quando datur vltima dispositio in materia ad animam rationalem, eam creat, ac corpori infundat, vt sit hominis generatio. Neque particularis hic concursus Dei ad eam generationem necessarius censetur supernaturalis, sed naturalis: eō quod humana generatio eum efflagi-

Molina in D. Thom.

A tet. Iuxta hanc rationem defendendi opinionem Diui Thomae facile intelligitur, quo pacto illi soli angeli mentaliter audiant, ad quos sit locutio. Consequenter tamen dicendum esset, angelos, etiam malos, non posse angelis aliis mentiri, nisi quando solis signis externis vellent cum eis loqui: neque enim pugnat angelos vtroque modo adinuicem loqui. Quod si ea ratio vera iudicetur, dicendum erit, animas separatas eodem modo mente loqui inter se, & cum angelis. Quin & homines beatos post diem iudicii, quando corpora non impediunt, quominus mente angelos intueantur, eodem modo posse mente loqui, & inter se, & cum angelis.

B Circa illam quaestionem, num angeli à quacumque distantia possint alium loquentem audire. Iuxta hanc rationem defendendi opinionem Diui Thomae dicendum est, posse. Quod si obiicias, Diuum Thomam saepe affirmare, angelum loquentem efficere aliquid in mente audientis: angelum autem non posse à quacumque distantia agere in intellectum alterius. Respondent quidam, Diuum Thomam intelligendum esse de efficientia modo naturali, quatenus eo ipso, quod vnus angelus conceptus suos ad alium dirigit, vt cum eo colloquatur, naturae ordo postulat, vt Deus instar agentium naturalium actione reali cum angelo, cui locutio fit, ad audiendum concurrat, aut quatenus angelus, qui loquitur, proponit obiectum, hoc est, locutionem, angelo audienti, vt eam percipiat. Ac sanē, nullatenus est concedendum, angelum mente loquentem, quicquam in intellectum audientis reali efficientia producere. Tum quia id sine illapso intelligi non potest. Tum etiam quoniam, interiecta quacumque distantia id nullo pacto fieri posset, vt in superioribus est ostensum. Iuxta sententiam verò quae affirmat, angelos signis externis inuicem loqui, si dicamus angelos intelligere per species infusas, dicendum est, vnum angelum posse audire à quacumque distantia: quoniam per species infusas percipi possent obiecta à quacumque distantia. Si verò affirmemus, accipere species à rebus, dicendum est, solum ab ea distantia posse audire, ad quam species signorum exteriorum perueniunt proportionate, vt angelus, qui auditurus est, signa illa intelligat.

E Hac mihi, iuxta principia, quae haecenus iecimus, dicenda occurrerunt de hac re difficili, circa quam nihil habemus certi, quod in medium afferamus: dixi tamen quod vero similitus iudicavi, suspicans rem fortē longē aliter habere. Est namque res hac semota valde à sensibus nostris, neque ex Scripturis sanctis constat modus, quo angeli inter se loquuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum vnus angelus moueat voluntatem alterius.

P R I M A conclusio est. Ex parte potentiae efficiendo scilicet immediatē volitionem voluntatis, vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius, sed id est proprium Dei. Hac patet ex dictis art. precedente, & supra quaestione 56. artic. 2.

Secunda conclusio, ex parte obiecti, quatenus angelus ipse est bonum quoddam amabile per voluntatem alterius angeli eam ad id obiectiue alliciens, vnus angelus mouere potest voluntatem alterius.

H h 2

terius. Potest etiam eam mouere rationibus persuadendo alterum angelum, vt aliquid diligat, vel odio habeat, quod etiam est mouere obiectiue voluntatem illius: non tamen potest illi necessitatem inferre ad aliquem actum. Primum satis patet. Secundum verò ex eo probatur, quòd nullum obiectum potest inferre necessitatem voluntati ad amorem sui, nisi infinitum obiectum clarè visum, quod totam latitudinem boni in se contineat, quale est Deus, vt 1. 2. ostendimus: vnus verò angelus non potest alterum ad intuitu diuinæ essentia perducere.

ARTICVLVS III.

Virum Angelus inferior superiorem illuminare possit.

CONCLUSIO est. Numquam angelum inferiorem illuminare superiorem: eò quòd notitia supernaturalis, iuxta ordinem à Deo in angelis statutum, qui non est, cur aliquando prætermittatur, descendit à superioribus in inferiores, & non contra. Conclusio est probabilis, non tamen certa. Imò Bernardus in sermonibus de aduentu homilia 1. super *Missus est Gabriel*, ait: Soli Gabrieli archangelo reuelasse Deum tempus incarnationis: ex sententia autem Bernardi eo loco, licet Gabriel sit non de minoribus, sed de præcipuis angelis, non tamen est supremus. Præterea reuelatio aliqua pertinere poterit ad angelum inferiorem ratione status aut officij, quæ ad superiorem aliquem non spectet: sicut quaest. 12. dictum est, interdum beatos inferiores videre aliqua in Verbo, quæ superiores non vident, eò quòd ad eorum statum non pertineant: ergo eiusmodi cognitiones manifestari poterunt angelis superioribus ab inferioribus.

ARTICVLVS IV.

Virum angelus superior illuminet inferiorem.

Angeli superiores quam rationibus omnibus illuminant.

CONCLUSIO quarti articuli est. Angelos superiores de omnibus illuminare inferiores. Eam non ita intelligo, quali continenter quicquid superiores intelligunt, transfundant in inferiores, alioquin numquam inferiores interrogarent superiores, cuius contrarium docet Dionysius 7. cap. cœlestis hierarchiæ, iuxta illud Isaia 63. *Quis est iste qui venit de Edon*, docetque D. Thomas, tum hoc loco in responsione ad secundum, tum etiam alibi, sed eam intelligo, quia tandem aliquando, prout tempus, & ratio exigit de omnibus eos illuminant.

QVÆSTIO CVII.

De locutione angelorum.

Quaestio hæc tota explicata est artic. 1. præcedentis quaestionis.

QVÆSTIO CVIII.

De hierarchiis, & ordinibus angelorum.

DISPUTATIO VNICA.

HIERARCHIA, quod est sacer, & *ἀρχή*, quod est princeps, dicitur, *ἱεραρχία*, significatque idem quod sacer principatus. Diuiditur verò in Ecclesiasticam & cœlestem. Alij addunt hierarchiam supercœlestem trium personarum diuinarum, vt D. Bonauent. in 2. dist. 9. in expositione liter. Richardus & Gabriel eadem distin. & quidam alij. Attamen cum nulla personarum diuinarum princeps sit comparatione aliarum, addunt, improprie, & secundum quid dici hierarchiam. Et

D. Thomas hoc loco articulo 1. ait, eos errare, & contra intentionem Dionysij loqui, qui ponit in diuinis personis hierarchiam quam vocant supercœlestem: Etenim Dionysius 3. c. cœlestis hierarchiæ, Deum supra omnem hierarchiam esse dicit, tanquam hierarchiarum causam. Cum autem *ἱεραρχία* idem significet, quòd sacer principatus, in principatu autem duo intelligantur, princeps videlicet, & multitudo sub principe ordinata, consequens profectò est, vt cum Deus optimus maximus vnus sit Princeps, non solùm multitudinis angelorum, sed etiam hominum, vna possit dici hierarchia, tam hominum, quam angelorum, qui sacris participant, quatenus videlicet rota hæc multitudo sub vno principe gubernatur. Vnde Augustinus 12. de Ciuitate Dei capite 1. *duas ciuitates*, hoc est, societates, distinguit: alteram bonorum, tam hominum, quam angelorum, sub vno principe Deo, alteram malorum, cuius est caput diabolus. Imò verò quemadmodum collectio fidelium omnium, tam angelorum, quam hominum, vna vniuersalis Ecclesia dicitur, triumphantem & militantem comprehendens: sic quoque vna hierarchia dici potest. Quia tamen homines diuersimodè gubernantur à Deo in hac Ecclesia militante, & diuersimodè angeli sancti in triumphante, qui iam ipsius fruuntur conspectu, efficitur, vt ex parte multitudinum, modique diuinam gubernationem participandi, meritò distinguantur duæ hierarchiæ, Ecclesiastica vna, & cœlestis altera.

Porò in cœlesti angelorum sanctorum hierarchia, tres adhuc hierarchias distinguit B. Dionysius 6. cap. de cœlesti hierarchia à beato Paulo apostolo edoctus, nempe supremam, mediam, & infimam. Has distinguit penes varios modos suscipiendi diuinas illuminationes ac reuelationes, attendendique ad salutem hominum: omnes namque sunt administratores spiritus, ad salutem hominum attendentes, & in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, vt Paulus ad Hebræos 1. ait. Rursus in vnaquaque hierarchia tres ordines, seu choras angelorum distinguit, supremorum, mediorum, & infimorum. Quare nouem sunt angelorum ordines seu chori, & tres hierarchiæ. Atque hæc est concors Theologorum sententia, quam post B. Dionysium affirmant B. Gregorius in homilia de centum ouibus, quæ est 34. in Euangelia, D. Bernardus 5. lib. de consideratione ad Eugenium, D. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. & Dionysius loco citato affirmat præceptorem suum Paulum Apostolum distinxisse angelos in ternas hierarchias, tertio repetitis, ad sanctissimam Trinitatis imaginem: quare negare hanc sententiam, quæ tanquam traditio videtur esse in Ecclesia, plus esset quam temerarium.

Ordo angelorum in hunc modum delimitur Magistro in 2. d. 9. *Est multitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratia simulantur, sicut naturalium animalium munere conueniunt.* Hoc secundum

dum addit Magister, quia perinde ac Diuus Thomas hoc loco artic. 4. arbitratur, munera gratiae collata fuisse angelis iuxta proportionem naturalium: idcirco namque ait eos assimilari inter se, & in munere gratiae, & in natura. Vnde elicer voluit aliqui, angelos eiusdem chori esse eiusdem speciei infime. Quicquid autem sit, vtrum videlicet hi angeli, qui similes sunt in munere gratiae, similes etiam sint & peculiari quodam modo conueniant in natura: tamen, vt hoc loco Diuus Thomas articulo 8. affirmat conuenientia in natura habet se tamquam quippiam materiale ad constituendum gradum angelorum: conuenientia vero in munere gratiae, habet se tamquam formale & completiuum: quare sola conuenientia in munere gratiae sufficit ad constituendum gradum in angelis, siue simul detur conuenientia in natura tamquam quid praesuppositum, siue non.

Chori angelorum quomodo à D. Dionysio disponantur. Dionysius Arcopagita cap. 6. citato sequenti modo disponit ordines angelorum. In suprema hierarchia constituit, supremos, Seraphinos, medios, Cherubinos, & infimos Thronos. In media dat locum supremum Virtutibus, medium Dominationibus, infimum Potestatibus. In infima constituit supremos Principatus, medios archangelos, & infimos angelos, quod nomen aliàs est omnibus commune.

D. Thomas hoc loco art. 6. refert, Diuum Dionysium constituisse in media hierarchia supremos Dominationes, medios Virtutes, & infimos Potestates. Verum tamen versus Perionij, & tres aliae versiones quas inuenies in commentariis Dionysij Carthusiani, quibus Dionysium Arcopagitam interpretatur, choros secundae hierarchiae iuxta modum à nobis assignatum disponit. Paraphrasis tamen Abbatis Vercellensis in 6. caput Dionysij Arcopagitae, quam post commentarios Dionysij Carthusiani inuenies, habet, vt D. Thomas affirmat, Dionysium Arcopagitam eos tradidisse: & Dionysium Carthusianus in commentariis in idem caput affirmat, Choros secundae hierarchiae non fuisse expressos à Dionysio secundum ordinem, quem in ea habent, eaque in parte fuisse imitatum Paulum Apostolum, qui in exprimendis ordinibus angelorum interdum numerat vnum alter alium, interdum verò contrario modo, vt paulò inferius patebit. Additque Dionysius Carthusianus, choros eorum ordinem habere, quem Diuus Thomas statuit.

D. Bonauentura & Gab. locis citatis referunt D. Dionysium in media hierarchia constituisse supremos Dominationes, medios Potestates, & infimos Virtutes. Sed nescio qua moti ratione id asseruerint.

D. Gregorius & D. Bernardus aliter ac beatus Dionysius disponunt choros angelorum. Nam in media hierarchia constituunt supremos Dominationes, medios, Principatus (quibus Dionysius supremum locum praebet in infima hierarchia) infimos verò potestates. Supremos in infima hierarchia dicunt esse Virtutes, quas Dionysius in secunda hierarchia collocauerat. Acque hunc modum numerandi choros angelorum cum Gregorio & Bernardo seruauit in tertia lectione festi sancti Michaelis in mense Septembris, Breviarium trium lectionum, cuius, ante Breviarium nouem lectionum ex praescripto Concilij Tridentini, erat vsus. Itaque iuxta Gregorium & Bernardum hoc modo numerantur chori angelorum, Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Archangeli, angeli.

Neutra opinio, Dionysij videlicet ex vna parte, & Molina in D. Thom.

A Gregorij ac Bernardi ex alia debet reprobari. Verum D. Thomas hoc loco, D. Bonauentura, Dionysius Carthusianus locis citatis, & Doctores communiter, adhaerendum potius censent D. Dionysio, qui à beato Paulo hæc didicit: refertque Dionysius Carthusianus se legisse opusculum quoddam D. Bernardi, in quo se dolere dicit, quòd in hac re à D. Dionysio discesserit. Fundamentum D. Gregorij & Bernardi, dum Gregorium est secutus, fuisse videtur, testimonium illud Pauli ad Colof. 1. Siue Throni, siue Dominationes, siue principatus, siue Potestates, quo in loco eo ordine, quo Gregorius & Bernardus, quatuor illos choros numerauit. Ex alijs tamen locis Pauli constat hoc non esse sufficiens argumentum: in eis enim longè aliter eisdem choros enumerat. Ad Ephesios enim 1. ait: Patrem constituisse Christum supra omnem Principatum, & potestatem, & Virtutem, & Dominationem, vt alia loca omittam, quæ apud Dionys. Carthusianum licebit legere.

Illud ex iam dictis addendum, omnia nomina nouem ordinum angelorum reperiri in Scripturis sacris. Seraphinorum mentio fit Isaia 6. Cherubinorum Genes. 3. & aliàs saepe. Thronorum, Dominationum, Virtutum, Potestatum, & Principatum, in duobus testimonijs Pauli citatis. Archangelorum 1. ad Thesal. 4. vbi ait Paulus: In voce archangeli, & in ruba Dei. Angelorum verò passim se se offert mentio in Scripturis sacris.

Circa rationem distinguendi hierarchias, & choros angelorum inter se, sequens inter alias mihi magis placet. Quòd angeli suprema hierarchiae distinguantur à cæteris, quòd sint quasi cubicularij, & assessores Dei, per quos reuelationes & illuminationes ad reliquos deriuantur, vt Dionys. 7. c. caelestis Hierarchiae est autor. Atque his in Ecclesia militante respondet status eorum, qui ea sanctitate & vitæ puritate diuinæ contemplationi vacant, vt in amicos Dei familiares assumantur, quibus secreta sua reuelat. Angeli verò secundae hierarchiae in hoc ab ijs, qui ad tertiam hierarchiam spectant distinguantur, quòd sint ij ad quos pertinet generale regimen, & executio quorundam, quæ ad vniuersale bonum militantis Ecclesiae spectant. Atque his in militante Ecclesia respondent Praelati, qui mixtam quamdam vitam ex contemplatione & actione exercent. Angeli denique infimae hierarchiae in hoc differant à reliquis, quòd sub cura sua habeant ea quæ ad regimen speciale pertinent.

Porro inter angelos supremae hierarchiae ij, qui supremi sunt, Deoque per caritatem magis coniuncti, atque adeò magis familiares & amici, dicuntur Seraphini, hoc est, ardentis caritate diuina: à caritate namque, qua, dum in via erant, potissimum meruerunt ad tam altum assumi statum, & quatum in via arserunt, tum in patria ardent, aliòque ad morem & laudem Dei excitauerunt ac excitant, tamquam à praestantissimo dono, quòd plus in honorem eorum cedit, dicuntur Seraphini. Lege Dionysium 7. cap. caelestis hierarchiae. Medij verò in suprema hierarchia dicuntur Cherubini, hoc est, pleni scientia diuina, vt Dionysius loco citato, ait. Infimi verò dicuntur Throni, hoc est, sedes Dei, pacati ac tranquilli, & apti, in quibus Deus inhabitet, tamquam in sua sede & throno: est enim in pace factus locus eius.

Sunt qui dicant, à tribus dotibus, quæ tribus virtutibus Theologicis respondent, tres hos choros denominari, nempe à caritate consummata, quæ caritati viæ praestantissimæ Theologalium virtutum respondet, angelos primi chori dici Seraphi-

Omnia nouè ordinum nomina in scriptura sacra inueniri.

Distinctio officia ordinum singulorum.

Seraphini unde dicti.

Cherubini unde nuncupati Throni.

nos. A visione vero, quae fidei responder, angelos secundi dici Cherubinos, hoc est, plenos scientia & cognitione diuina, & a tentione, quae spei responder, angelos tertij dici Thronos, quali habentes ac tenentes Deum, quem sperauerunt.

Dominatio- nes vnde ap- pellata. Virgines.

Inter angelos mediae hierarchiae, supremi quorum est praesidere, ac statuere mandanda executioni, dicuntur *Dominatioes*. Medij dicuntur *Virgines*, quorum est miraculis inferuire, quae in confirmationem fidei, & commune bonum totius Ecclesiae cedunt. Infimi dicuntur *Potestates*, quorum est cohibere, alligare, & arcere daemones.

Potestates.

Inter angelos vero infimae hierarchiae, ad quos executio regiminis in particulari spectat. Supremi, qui regibus, Episcopis, & capitibus regiminis mundi huius inferioris sunt praepositi, dicuntur *Principatus*, & de horum numero videntur esse *Princeps regni Persarum & Graecorum*, de quibus Daniel. 10. est sermo. Medij, qui praepositi sunt prouinciis, regionibus, ciuitatibus, &c. dicuntur *Archangeli*, id est, principes nuncij. Infimi denique, qui praepositi sunt singulis priuatis personis, quas habent suae custodiae creditas, dicuntur *Angeli*.

Principatus.

Archangeli.

Angeli.

Eiusmodi nomina a do- no vel munus- re ut fuerint gaudita.

Illud notari eiusmodi nomina saepe imponi a dono, aut re aliis communi omnibus, aut pluribus angelis, vt a caritate, quae cunctis inest angelis, dicuntur, *Seraphini*, a scientia *Cherubini*, &c. Quod autem nomen ab altiori dono, aut munere imponitur, eo accommodatur ad significandos angelos altioris chori. Quia vero nomina ipsa, secundum se, communia alioquin sunt omnibus, aut pluribus angelis, qui non sunt eiusdem chori, nullum est absurdum, si aliquando, sumpta in ampliori quadam significatione, vsurpentur ad significandum angelum alterius chori. Vt Michael dicitur *Archangelus*, & tamen probabile est spectare ad supremum chorum angelorum: quandoquidem pugnavit cum dracone, & victoriam illam magnam est adeptus, de qua Apocal. 12. maxime cum credatur esse princeps Christianae Ecclesiae, vt fuisse olim synagoga constabat ex Danielis 10. cap. Gabriel etiam, qui incarnationis mysterium beatae Virgini nunciauit, angelus dicitur, & tamen ad nunciandum Dei matri tantum mysterium verisimile est aliquem de Seraphinis fuisse delegatum: praesertim cum omnes angeli sint *administratori spiritus in ministerium missi*, vt Paulus ad Hebraeos 1. affirmat: si autem ad nunciandum tantum mysterium missus non fuit aliquis de Seraphinis, nescio ad quid aliud fuerit vnquam missus.

Michaelem spectare ad supremum chorum est probabile.

Item Gab.

Porrò nomina *Angeli*, hoc est, nuncij, & *Archangeli*, hoc est, principis inter nuncios, optime in *Seraphinis* quadrant, tamen si angelis vltimi, & penultimi chori approprientur.

Chori angelorum an post diem iudicij mansuri.

Dubium est, vtrum ordines angelorum mansuri sint post diem iudicij. Ad quod respondendum est cum D. Thoma art. 7. quo ad distinctionem quidem graduum, quatenus quidam sunt superiores: & quidam inferiores in gratia, meritis, ac praemio, eaque de causa iuxta merita sunt dispositi in regno caelesti per suos gradus & ordines, perseveraturos esse post diem iudicij: quoad executionem vero officiorum, quatenus interim dum militans Ecclesia durat, saluti hominum attendunt, mansuros non esse post diem iudicij: eo quod iam tunc id non erit necessarium. Atque in hoc sensu 1. ad Corinth. 15. ait Paulus: *Christum euacuaturum omnem principatum, & Potestatem, & Virtutem, cum tradiderit regnum Deo, & Patri in consummatione saeculi*, cum videlicet peracto iudicio, redditaque simul homini-

bus iustis gloria corporis cum gloria anima, cum eo ascenderint regnaturi in perpetuum.

Dubium etiam est, vtrum homines assumantur ad ordines angelorum. Ad quod respondendum est cum D. Thoma art. 8. eos assumi: gradus namque angelorum formaliter distinguuntur penes merita & gratiam, vt dictum est: qui ergo homines aequauerint *Seraphinos*, aut etiam aliquantum excelluerint (si forte aliquis, praeter Dominam nostram, supremum *Seraphinorum* excedit) collocabuntur cum *Seraphinis*: qui vero aequauerint *Cherubinos*, collocabuntur cum *Cherubinis*, & ita de caeteris ordinibus.

Hi vero, qui ante vsum rationis decesserunt, aut in futurum decedent cum sola gratia baptismali, aut cum gratia, quam consequentur ij, quibus circumcisio, aut remedium, quod in lege naturae erat contra peccatum originale applicabatur, nec non alij peruenientes ad vsum rationis, qui exigua admodum merita ex hac vita deferunt, licet credendum sit eos esse inferiores, gratia, meritis, & praemio, infimo omnium angelorum, annumerabuntur tamen, & associabuntur infimo choro angelorum: non secus ac infimus angelorum illius chori annumeratur reliquis, esto ab eis gratia & meritis excedatur. Non solum autem Christus Dominus, quatenus homo, sed & Domina nostra longo interuallo exaltata est super choros angelorum ad caelestia regna, comparaturque ad angelorum choros tanquam eorum Regina & Domina quam cum Filio suo Angelorum Rege & Domino, per infinita saeculorum saecula venerantur & laudant.

QVÆSTIO CIX.

De ordinatione malorum angelorum.

DISPUTATIO VNICA.

INTER daemones, dum status militantis Ecclesiae perdurat, ordo est praelationis pessimae, quo in odium Dei, & in odium ac inuidiam generis humani (Deo ad agonem & exercitium, atque in occasionem excellentioris victoriae, & cumulationis hominum meriti id permittente) inter se conspirant, ac vniuntur, inferiorisque viribus, natura, scientia, & nequitia, iis qui his omnibus superiores sunt, obediunt, vt bellum hominibus inferant, eisque quantum poterint, pro permissione diuina noceant.

Esse inter daemones huiusmodi ordinem colligitur aperte ex Scripturis sacris. Ad Ephes. 6. *Vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitia in caelestibus*, Matth. 12. dicebant Pharisei, *Hic non eicit daemones nisi in Beelzebub principe demoniorum*. Et Christus: *Si Satanus Satanam eicit, quomodo stabit regnum eius*: habet ergo regnum Satanus, hoc est, coordinationem pessimorum daemorum sibi ad nutum obtemperantium: habet etiam legiones, vt colligitur ex Marco cap. 5. & ex Luca cap. 8. estque iniquorum omnium caput, & princeps inter omnes filios superbiae: sicut Christus caput est iustorum omnium. Praeterea Mart. 25. dicitur, *Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo, & angelis eius*. Et Apocalyp. 12. *Draco pugnat, & angeli eius, & non valuerunt*: habet ergo Lucifer angelos sibi subditos, qui cum eo Ecclesiam militantem infestant, & oppugnant.

Subiacent.

Damones
subiacent
bonorū an-
gelorum po-
tēstati.

Subiacent verò angeli mali potestati bonorum Angelorum, à quibus vel coercentur, vel permittuntur insidiari hominibus, & Ecclesiam infestare prout expedit, & intelligunt esse Dei voluntatem: illis etiam interdum manifestant aliqua, vt tamquam ministri diuinæ iustitiæ, illa aduersus homines exequantur, vt hoc loco, articulo quarto tradit D. Thomas.

Finita verò militante Ecclesia, cessabit principatus, & ordo ille inter damones: quia cessabit finis, ad quem permittitur, & ad quem inter se coniurant. Atque de huiusmodi demonum principatu exponi etiam optime potest illud primo ad Corinthios decimoquinto: *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacauerit omnem Principatum, & Potestatem, & virtutem* (demonum scilicet, quæ illucisue permittet) oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: nouissime autem inimica destruetur mors (per resurrectionem scilicet iustorum finito hoc mundo, & lucta Ecclesie militantis) omnia enim subiecit sub pedibus eius (Christi, scilicet, quæ homo est.) Cum autem dicat: *Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia: cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.* Hæc Paulus eo in loco. In quem ait Glossa: *Quandiu durat mundus, Angeli Angelis, homines hominibus, & demones demonibus præsumt.* Obserua tamen in demonibus esse Principatum, Potestatem, & virtutem, ad malum, dum scilicet ad hominum euersionem imitari satagunt Principatum, Potestatem, & virtutem sanctorum Angelorum ad bonum, promotionemque hominum in vitam eternam.

QVÆSTIO CX.

De præsentia Angelorum super creaturam corporalem.

ARTICVLVS I.

Utrum creatura corporalis administretur per Angelos.

Angeli quocumque creaturam corporalem administrant.

SENTENTIA D. Thomæ est, creaturam corpoream administrari per Angelos, non solum quatenus intelligentiæ mouent orbem cælestes, à quorum motu generationes & corruptiones rerum magnopere pendunt, & à quibus vis tota in his inferioribus regitur, & gubernatur, quod Aristotelem non latuit: sed etiam quasi peculiare Angeli peculiari rebus, ac effectibus deputati sunt in his inferioribus, siue ad exequendam in aliquibus rebus diuinam iustitiam, siue ad alios effectus. Quin potius quaestione 113. articulo secundo ait D. Thomas probabile esse, diuersis speciebus rerum diuersos Angelos eiusdem ordinis præfectos, in eandemque sententiam inclinat hoc loco, præsertim in responsione ad tertium, estque amplectenda sententia Diui Thomæ, maxime quoad primum, nec secundum probabilitate caret, vt idem Doctor sanctus ait: Quod ergo aliqui Angeli perfecti immediate sint his rebus inferioribus, maxime ad effectus aliquos, qui extra naturæ cursum sunt, nec

A non ad curandas, ac conferendas species, melioremque cursum vniuersi, probatur. Quibus Augustinus libro 81. quaestionum, quaest. 79. sic ait: *Uti quæque res visibilis in hoc mundo, habet Angelicam potestatem sibi prepositam.* Et octauo super Genesim ad literam, capite vigesimoquarto: *Angelis, inquit, Deo subditæ fuerunt, vt Deo beate seruientibus, subditiua est omnis natura corporca, omnis irrationalis vita, omnis voluntas vel infirma vel praua, vt hoc de subditis, vel cum subditis agant, quod naturæ ordo poscit in omnibus, iubente illo cui subiecta sunt omnia.* Et infra: *Ideo Deus bipertito prouidentia sua opere præest vniuersæ creaturæ, naturis vt fiant, voluntatibus autem vt sine suo iussu, vel permissu nihil faciant.* Idem docet tertio de Trinitate, capite quarto. Damascenus secundo libro fidei Orthodoxæ, capite quarto, ait: *Diabolum fuisse ex iis Angelicis virtutibus, quæ præerant terrestri ordini, & cui à Deo terra custodia commissa erat.* Et Origenes homilia decimatertia super Numeros: *Opus est, inquit, mundo Angelis, qui præsumt super bestias, & præsumt animalium naturam, & virtutum, & plantationum, & ceterarum rerum incrementis.* Gregorius etiam quarto Dialogorum, capite quinto, ait: *In hoc mundo visibili nihil, nisi per creaturam inuisibilem, disponi potest.*

B Accedunt testimonia Scripturæ sacre, Apocalypsis septimo: *Vidi, inquit Ioannes, quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ ne flarent, quibus addit: Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quo adusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Et capite decimoquarto, ait Ioannes: *Et alius Angelus exiit qui habebat potestatem super ignem.* Ex hæc tamen dictis non intelligas, Angelos efficere vera miracula. Quoniã licet multa efficere possint circa res corporeas supra communem earum cursum, non tamen verum miraculum: tamen præparare, & disponere possint aliqua, vt vltius Deus se solo efficiat miraculum, hoc est, effectum, qui totius naturæ creatæ facultatem excedat. Quaestione decimaquarta, articulo sexto, retulimus Hieronymum in illud Abacuc primo: *Mundi sunt oculi tui vna cum aliis verbis* (quæ pia expositione indigent, qualem illis adhibuimus) dixit: *Liber ille apocryphus stultitia condemnandus est, in quo scriptum est, quendam Angelum nomine Tyri præesse reptilibus, & in hanc similitudinem piscibus quoque, & arboribus, & bestis vniuersis proprios in custodiam Angelos deputatos.* Quibus verbis negare videtur Hieronymus, singulis Angelis esse singulas species, vt custodiantur, creditas.

ARTICVLVS II.

Utrum materia corporalis obediat Angelis ad nutum.

V D D Angeli non possint immediate inducere formas in materiam, easque de potentia materiæ educere, est communis Theologorum sententia, colligiturque ex Augustino tertio de Trinitate, capite octauo. Rationem huius rei reddidit Durandus in secunda distinctione septima, quaestione quarta. Quoniam in agentibus corporeis est virtus sufficiens ad eas producendas, educendasque de potentia materiæ: quare

Angeli nequeunt formas immateriales inducere in materiam.

frustra Deus Angelis potentiam ad id ipsum communicaret. Potest confirmari, quia effectus nequit produci nisi ab eo, quod vel formaliter, vel eminenter est tale: Angeli autem licet sint perfectiores rebus corporeis, non tamen videntur continere eas in se eminenter. Adde, Angelos esse alterius ordinis, neque in eis videri esse aliam potentiam per quam agant in res corporeas, quam potentiam motiuam.

Angeli applicando actiua passiuis mira possunt efficere.

Licet autem Angeli non producant immediate formas in materiam, applicando tamen actiua passiuis possunt mediantibus agentibus naturalibus eas producere. Quare cum optime penetrant naturas omnium rerum corporearum, miraque celeritate adducere possunt agentia, quibus insunt variae virtutes, eaque passis applicare, diuideréque tam ea, quam passa in minutissimas partes, in eoque situ collocare agentia & patientia, ut fiat celerissime transmutatio: consequens profectò est, ut applicando actiua passiuis, possint mira quadam celeritate producere varios ac admirandos effectus. Atque hoc modo Magi Pharaonis demonum ministerio, serpentes, ranas, variósque alios effectus producebant. Quo loco obserua, Angelos sua arte, industria, ac vi, eo pacto applicare posse varia agentia naturalia, ut secundum comunem cursum naturæ, seclusa ea Angelorum industria, non valerent eo modo concurrere, ac applicari. Hinc sequitur, interuentu artis, atque industria Angelorum, fieri posse insolitos effectus, qui miracula videantur, quosque agentia naturalia secundum comunem cursum, vel quoad substantiam, vel quoad celeritatem, aut modum nõ valeant producere: illi tamen re vera insunt virtute in ipsismet agentibus naturalibus eo modo applicatis: neque Angelus per artem & applicationem aliud eis confert, quam conditionem sine qua illos non producerent. Atque hoc sanè est, quod Diuus Thomas hoc loco in responsione ad tertium intendit, ac docet. Comparat namque applicationem & artem Angelorum ad eos effectus, arti & applicationi qua coquus per ignem mediante arte effectum inducit, quem ignis solus non efficere: neque enim coquus vim aliquam confert igni, sed modum & conditionem sine qua minime effectum arte intentum produceret.

ARTICVLVS III.

Virum corpora obediunt Angelis ad motum localem.



CONCLUSIO affirmat, estque communis inter Theologos. Est etiam Aristotelis, qui asseruit cœlos à substantiis separatis moueri localiter. Per vim namque, qua suam substantiam possunt localiter mouere transferendo eam de loco ad locum, possunt etiam imprimere impulsus corporibus, eaque localiter mouere.

ARTICVLVS IV.

Virum Angeli possint miracula facere.

Angeli propria virtute non adunt miracula.



CONCLUSIO est. Angeli virtute propria non possunt miracula facere. Probarur quoniam miraculum proprie loquendo, est, quod fit præter ordinem,

A & suprà facultatem totius naturæ creatæ: quare eum Angeli inter naturas creatas connumerentur, consequens profectò est, eos propria virtute facere non posse miracula. Confirmatur, quoniam miracula fiunt in confirmationem veræ fidei: quia sunt suprà facultatem Angelorum: alioquin demones possent miracula patrare, atque adeò ea non esse sufficiens veræ fidei testimonium. Possunt tamen Angeli sancti concurrere ad vera miracula, vel illa impetrandò à Deo, vel ministerialiter aliquid ad verum miraculum perpetrando, ut in responsione ad primum ait D. Thomas.

B Sit secunda conclusio. Angeli, etiam mali, propria virtute naturali efficere possunt effectus admirandos, & nouos, quorum causa nobis sint occultæ. Hæc patet ex dictis articulo secundo. Quare efficere possunt quædam, quæ apparentiam miraculorum habeant. Sic aduentus Antichristi futurus est in multis virtutibus, signis & prodigiis mendacibus secundum operationem Satana, ut habetur secunda ad Thefal. 2. Tempore enim illo Satanas, qui modò ligatus est, soluetur modico tempore, ut Apocalypsis vigesimo habetur.

QVÆSTIO CXI.

De actione Angelorum in homines.

ARTICVLVS I.

Virum Angelus possit illuminare hominem.



DVOBUS modis potest Angelus illuminare homines. Primus est, obiecta eis exterius proponendo per voces, aut signa externa sensibilia vel quouis alio modo. Quo pacto Deus ministerio

Angelorum legem docuit filios Israël per voces externas, iuxta illud ad Hebræos secundo: *Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est firmus*, & ad Galatas tertio de lege veteri dicitur, *ordinata per Angelos in manu mediatoris*, hoc est, Moysis, qui mediator & sequester erat inter Deum & populum: hoc eodem modo Angelus Gabriel certiorum fecit Zachariam, non solum de conceptione & natiuitate Ioannis Baptistæ, sed etiam de sanctitate heroica, quam erat assecutus, & de munere, quod erat in Christi Domini aduentu obiturus: docuit etiam & instruxit Dominam nostram circa mysterium incarnationis. Similiter alij Angeli, qui in corporea specie aliis apparuerunt, & cum eis locuti sunt, eos docuerunt.

Secundus modus est, per visiones imaginarias effectas in sensibus internis, & cogitationes in eis excitatas, iuxta sensum quæst. 106. articulo secundo explicatum, latiusque explicandum articulis sequentibus. Non desunt qui affirmant, Angelos per sui coniunctionem ad nostra phantasmata, atque ad cogitationes nostras internas vnâ cum nostro intellectu agente posse adiuuare productionem specierum intelligibilium in intellectum possibilem, eaque ratione efficere, ut dilucidiores, puriores, ac perfectiores species producatur, quibus dilucidior, & melior intellectio fiat. Verùm ego non existimo Angelum aliquid aliud lumen, aut aliquid aliud posse immediate efficere, ac infundere in intellectum nostrum possibilem, aut confortare illum interius aliquo alio modo, sed hoc munus solius Dei esse,

esse, iuxta ea quae quaestione quinquagesimafexta, articulo secundo dicta sunt, & quae communiter a Doctoribus Scholasticis asseruntur, praesertim in 2. distinctione 8.

ARTICVLVS II.

Virum Angeli possint immutare voluntatem hominis.

Angeli quomodo mouere possint humanam voluntatem.



Quaestio circa modum, quo vnus Angelus mouere, aut non mouere potest voluntatem alterius quaestione 106. articulo secundo dicta sunt, intelligi etiam debent circa modum, quo Angelus mouere potest hominis voluntatem in modum suadentis, ac propo- nentis amabile, aut odibile obiectum, potest Angelus mouere voluntatem hominis, vel propo- nendo illi exterius obiecta, vel excitando in viri- bus sentientibus internis imaginarias visiones ac cogitationes, modo articulo praecedente explicato, & explicando adhuc duobus sequentibus articulis. Potest etiam mouere hominis voluntatem exci- tando passiones in parte sensitua, quae in organo residet corpore: harum quippe apprehensione ve- hementer allicitur, & inclinatur voluntas, non ta- men illi imponitur necessitas. Quod fit, vt Angelus nulla ratione possit inferre necessitatem humanae voluntati. Modum quo appetitus sensitui moueat per passiones humanam voluntatem, explicauimus i. 2. quaest. 9. artic. 2.

ARTICVLVS III.

Virum Angelus possit immutare imaginationem hominis.

Angeli immutare non possunt species in hominis imaginatione.



Omni consensu Doctores afir- mant non posse ab Angelo immu- tari hominis imaginationem im- primendo ei de nouo species, vt Diuus Thomas hoc loco in respon- sione ad secundum afir- mat. Vnde efficere nequit, vt ho- mo natus caecus imaginationem habeat coloris. Po- test nihilominus multis aliis modis versare ima- ginationem ad varias cognitiones mediantibus spe- ciebus, quas imaginatio in se habet.

Angeli quomodo valent hominis cogitationem ad multa eaque miranda exci- tate.

In primis, quod melior est dispositio ex parte or- gani, & plures, ac puriores sunt spiritus sensitui, proportionati tamen ad cognoscendum, eo dilu- cidior & melior producit cognitio sensus inter- ni, & per consequens etiam intellectus. Vnde ex meliore complexione organorum, quibus insunt interni sensus intellectui seruientes, & magis ac- commodata ad cognoscendum, prouenit, vt vnus ingeniosior sit, magisque polleat iudicio, quam alius. Quod etiam idem homo vno tempore habet eiusmodi organa minus impedita humoribus cras- sis, quam alio, & referta pluribus & purioribus spi- ritibus sensitui ad cognoscendum accommodatis, eo melius per sensus & intellectum agnoscat vno tempore, quam alio: quare cum Angelus pos- sit, humoribus crassis expulsi, organa purgare, vel per motum localem ea immediare expellen- do, vel applicando actiua passiuus, eo modo quo pharmacis extrahi solent, purgarique caput solet;

A possit praeterea per motum localem sensituios spi- ritus attrahere ad organa, & applicando actiua, sanguinemque defecando, efficere, vt plures ge- nerentur, vniueque euehere potest potentias ad mul- ta intelligenda, quae alioquin non possent intel- ligere.

Deinde cum aptare possit organum memoriae sensituae, vt facilius ac melius species rerum reti- neat, idque vel extrahendo per motum localem quae id impediunt, vel applicando actiua, quibus illa expellantur & inducantur, quae ad id condu- cunt, sane efficere poterit, vt homo memoriae faeli- ci praestet.

B Praeterea ex vario motu spirituum ac humorum in organo sensus interni, ex varia affectione cor- poris, varioque motu spirituum, humorum, & san- guinis in irascibili & concupiscibili, quibus passio- nes excitantur, euenit, vt homo, modò de hac re, modò de illa incipiat cogitare, & vt vehementius, aut minus vehementer cogitationem ad hoc, vel il- lud applicet, plusque aut minus in ea cogitatione persistat. Quare hac ratione, commouendo spiritus & humores organorum, tam sensum internorum, quam irascibilis & concupiscibilis, commouendo- que alias partes corporis, poterit excitare varias cog- itationes, luxuria, vindictae, auaritia, rerum leta- rum, tristitiam, piarum, &c. non quidem immittendo de nouo speciem in sensum internum, aut cogita- tionem ipsam vna cum sensu efficiendo, sed modis explicatis, efficiendo, vt potentia nunc concurrat cum specie huius obiecti, vehementiusque, aut mi- nus vehementer ad id commoueat, nunc vero cum specie alterius obiecti.

Damones qua ratione possint varias tentationes commouere.

C Cum vero ad cognitionem necessaria sit aduer- tentia potentiae, quemadmodum nimia occupatio & distractio in aliis cogitandis impedit inspiratio- nes & immisiones, quas bonus Angelus in cogita- tionem effundit, sic quoque studium & applicatio ad pia cogitanda impedit, ne Angelus malus cogita- tiones pessimas immittat, vt Diuus Bonauentura in secunda distinctione octaua, secunda parte, distin- ctione quaestione quarta, & Gabriel eadem distin- ctione, quaestione secunda recte afir- mant, vniuersimque, qui otiosi sunt, tentationibus sunt expo- siti, facillimeque patiuntur cogitationes pessimas ab An- gelo malo immittas, quas non tam facile in se sen- tiunt, qui vel literarum studiis, vel aliis honestis oc- cupationibus detinentur. Vnde Hieronymus ad

Tentationes demonum quo pacto impediuntur.

E Paulinum, semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum, non enim facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio.

F Demum, quemadmodum homo, pro suo arbi- tratu, ex speciebus rerum, quas vidit per imagina- tionem constringit notitias rerum, quas non vidit, vt montis auri, ex speciebus auri & montis, & inter- dum id prouenit ex varia commotione, aut dispo- sitione in organo, aut affectione corporis, vt con- stat, quia interdum ea somniamus, quae numquam vidimus, nunc tristitia, nunc laeta iuxta dispositionem, commotionem, aut affectionem corporis: sic etiam Angelus efficiendo in corpore similem dispositio- nem, ac affectionem, aut longè dissimilem, quam nouerit ad id esse magis aptam, efficere in nobis poterit cogitationes rerum, quas numquam vidi- mus. Praeterea sicut ex commistione humorum, vt ex abundantia sanguinis permisti biliosus & melan- choliceis humoribus in caput ascendentibus, sunt sepe variae apparitiones in imaginatione mediantibus speciebus, vel obiectorum praesentium, vel qua-

Angeli mali qua ratione varias appa- ritiones in sensibus in- ternis efficiant.

in sen

in sensitiua memoria referuntur, vt in phreneticis, & amentibus est manifestum, qui adeo vehementes ac perturbatas patiuntur imaginationes, vt sæpe eas res videantur sibi videre, quas nec vident, sed nec videre quidem possunt, quod omnino non existant, idemque accidit interdum in ebriosis ex vaporibus vini calidis & acutis; sic etiam cum Angelus egregie nouerit commouere organum imaginationis, adducereque ac permiscere ea, quæ huiusmodi apparitionibus inseruiunt, facile consequetur, vt similes visiones in imaginatione, interdum solutis sensibus exterioribus, interdum verò eis ligatis, aut nihil operantibus, sese offerant, idque vel opplen- do vias, per quas à cerebro transmittuntur spiritus sensitiui ad sensus exteriores, vt fit in somniantibus vel attrahendo spiritus sensitiuos à sensibus exterioribus ad organa interiorum, retinendisque illos, ne ad organa exteriorum sensum descendant: quo pacto, qui ecstasim patiuntur, ob nimiam applicationem virium sentientium internarum, & confluxum spirituum sensitiuorum ad vires internas, non videntur sensibus exterioribus. Modo igitur explicato poterit diabolus efficere falsas ecstases, & reuelationes, deludereque imaginationem, vt sæpe efficit, tum in aliis, tum in lamis, quæ cum interdum maneat velut exanimes in aliquo loco, arbitrantur se per aëra delatas volasse, vidisseque & egisse multa, quæ nec viderunt, nec egerunt.

Lamia exanimes, aliquo in loco manentes, multa se loca percurrisse arbitrantur.

Hæc dicta sunt circa modos, quibus Angeli tam boni quam mali immutare possunt vires nostras sensitiuas internas, in eisque varias cogitationes excitare, vel per solum motum localem, vel applicando actiua passiuus. Lege, si placet, Victoriam ad finem relectionis de arte magica.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angelus immutare possit sensum humanum.

Error, delusio, & præstigi- um quo pacto differant.



VIDAM hoc constituunt discrimen inter errorem, delusionem, & præstigi- um. Quod error sit quæcumque falsa de re existimatio: delusio verò siue illusio, sit falsa existimatio ortum habens ex variatione aliqua facta circa obiectum, medium, potentiam, seu organum sensus: vnde minus latè patet quam error: potest namque error ex aliis etiam captibus euenire, vt ex captiosa ratiocinatione, aut aliunde. Præstigi- um autem, vt Alexander Aletensis secunda parte, quæstione quadragesima tertia, membro tertio, articulo primo vult, sit species quædam delusionis, ea nempe, quæ provenit ex variatione facta solum ex parte potentie, seu organi agnoscentis. Interdum tamen præstigi- um, & illusio confunduntur.

Angeli sensus nostros externos variis modis immutare possunt & illud- are.

Hoc præhabito ad quæstionem propositam respondetur, Angelos immutare posse sensus nostros eos variis modis deludendo. In primis ex parte obiecti, idque multifariam. Primò, sola celeri agitatione & subita occultatione, varia etiam colloca- tione eorum, quæ ostenduntur, aut incisione, vel conglutinatione occulta, quo pacto præstigiatores sensus deludunt, idque multò melius dæmones effi- cere norunt.

Secundò, appositione alicuius corporis mineralis: quod virtute sibi indita in causa sit, vt corpus, cui apponitur, appareat longè diuersum. Fortè multa alia sunt, quæ similem habent virtutem. Dubito

tamen, an id efficiant imprimendo qualitatem in corpus, cui apponuntur, ratione cuius faciant illud apparere diuersum, an potius pro ducendo qualita- tem in medium, per quod species deferuntur, qua mediante ita modificentur species obiecti, vt causa sint, cur id obiectum diuersum appareat, eo modo quo species obiecti candidi transmissæ per vitrum viride representant obiectum, ac si esset viride: vtro- que namque modo id esse potest.

Tertio, ex certa quadam colloca- tione obiecti comparatione oculi deluditur visus, putans rem longè aliter se habere, interdum namque linee cer- to quodam modo in tabula descriptæ, si tabula ante oculos ponatur, & inspiciantur, vt re vera in ea descriptæ sunt, compariuntur nullum ordinem, nul- lamque proportionem inter se habere, ita vt tabula & linee in ea scriptæ in certo quodam situ maneat comparatione oculi, referunt pulcherrimam quandam figuram & imaginem. Ad hunc modum reductur id, quod Diuus Bonauentura & Gabriel in secunda distinctione octaua, quæstione secunda, articulo tertio referunt: dicunt namque paleas certo quodam modo dispositas, adhibitæque lucerna videri serpentes.

Quartò, possunt Angeli deludere sensus ex parte obiecti, adhibendo aliud simile obiectum, quod sæpissimè dæmones efficiunt, dum corpora phanta- stica assumunt, quæ rem eam referunt, ad cuius sunt similitudinem effecta: interdum etiam sensus delu- dunt, dum occultando, aut perimendo vnum cor- pus, aliud afferunt aliunde, & sensibus loco alterius obiciunt, vt ea ratione credatur vnum corpus in aliud esse commutatam. Altero horum duorum modorum arbitratur Diuus Augustinus decimo octauo de ciuitate Dei, capite decimo octauo, dæmonem effecisse, vt socij Diomedis in aues crederentur commutati. His omnibus & aliis similibus modis deludere possunt dæmones ex parte obiecti.

Ex parte medijs possunt etiam deludere sensus: primò impediendo, ne per medium deferantur species ad oculum alicuius, eaque ratione possunt occultare illi aliquod obiectum præsens, vel occultare partem, & partem solum ostendere. Secundò, immutando medium qualitate aliqua, qua species, qua per illud deferuntur, eo pacto modificentur, vt obiecta aliter, ac sunt, representent. Hoc modo si aceto permisceatur sal, & lineus pannus mittatur in acerum, extractisque supposita lucerna inflam- metur, species, quæ diffunduntur per medijs flamma illius panni illuminatum, apparere faciunt hominum facies valde horrendas: quibus plures alios deludendi modos ex parte medijs Angeli possunt addere.

Ex parte potentie seu organi possunt eos delu- dere: primò per motum organi: mutato namque situ organi apparet res alio in loco ac est: hac ratione si inter oculum & cavitatem, in qua est inclusus, digitum mittas, oculumque comprimas, ac leues, aut deprimas, vna res appareat ac si essent dua. Secundò, immutatis aut perturbatis spiritibus, permis- sisque humoribus, apparent res aliter ac sunt. Impeditis etiam spiritibus, ne descendant ad organa sensuum, impeditur sensatio. Arque hac ratione Angeli percutere nos possunt cæcitate: aut etiam interposito humore aliquo inter tunicas per quas species transeunt ad organum visus, quo pacto percussus fuit Paulus. Quouis autem horum duorum modorum

modorum percussio fiat, qui cœcitate fuerit percussus, nihil omnino videbit. Quare si Sodomitas, quando Genesios decimonono ab Angelis cœcitate sunt percussi, ita vt ostium Lothi videre non possent, reliqua videbant, vt multi volunt, neutro modo percussi sunt: sed Deo ad petitionem Angelorum non concurrente concursu generali ad eliciendam visionem ostij, & partium ostio propinquarum. Percussio autem illa Angelis tribuitur, eò quòd ad preces eorum facta sit: quemadmodum quando Deus sanat ad preces alicuius Sancti viri, Sanctus simili modo dicitur suis orationibus facere miraculum. At tamen, si textum attentè legas, ex eo non constat Sodomitas, quando percussi sunt cœcitate, vidisse res alias. Illa autem alia percussio qua 4. Regum 6. Syri illi cœcitate sunt percussi, quos Elisæus duxit in Samariam, cum à Deo narretur fuisse facta, fieri potuit etiam hoc postremo modo, & multis aliis diuina potentia possibilibus.

Notat Augustinus decimo octauo de Ciuitate Dei, capite octauo, apparitionem, qua homo arte demonis apparet aliquando bestia, vt de sociis Vlyssis fertur, semper esse delusionem, aut ex parte potentie organive videntis, aut ex parte obiecti: eò quòd daemon ex aere, aut aliqua alia re, circumponit homini corpus phantasticum bestie: neque enim daemon facultatem habet, ac potentiam aptandi membra hominis in figuram bestie, sed solus Deus, vt Augustinus loco citato ait. Vtrum autem id re ipsa in Nabuchodonosore effecerit, vt sacra historia Danielis quarto sonare videtur. Nostra sententia affectio corporis illius in bestie temperamentum fuit commutata, itémque figura quadam ex parte, sensusque internos hand dissimiles brutis habuit, & instar quadrupedum incessit, atque sonum dente carpsit. Diuina autem virtute rationalis ipsius animus sub ea corporis habitudine fuit conseruatus.

QVÆSTIO CXII.

De missione Angelorum.

DISPUTATIO VNICA.

Angeli ad nos mittuntur.



NGELOS non solum mitti, sed & in ministerium mitti, dogma fidei est, vt patet ex illo ad Hebræos primo: *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi.* Aduerte tamen cum mittuntur ad nos, non tam nobis, quam Deo ministrare in bonum nostrum. Habent enim se comparatione nostri, non secus ac se haberent dux, aut comes aliquis, qui tamquam pedagogus, aut defensor constitutus esset à rege alicui de infima plebe. Dux namque ille, aut comes in defendendo homine de infima plebe, non tam minister hominis illius diceretur, quam regis, qui id imperasset, esto dux ille, aut comes pro sua bonitate ad id se offerret regi, in bonum illius, quem defendendum, ac adiuuandũ susciperet: prorex etiam, qui alios iussu Regis gubernat ac defendit, non tam minister eorum, quam Regis, ad cuius Imperium id facit, dicendus est. Passim tamen apud Patres inuenies, Angelos nobis ministrare, ministroque nostros à Deo constitutos esse quod modo à nobis explicato intelligendum est.

A - Est verò controuersia inter Doctores, num omnes Angeli ad nos mittantur. Diuus Thomas hoc loco articulo secundo, & duobus sequentibus, consonè ad Gregorium homilia trigesima quarta in Euangelia, & ad Dionysium octauo & decimotertio de cœlesti Hierarchia affirmat, non omnes Angelos ad nos mitti, sed solum eos, qui sunt in quinque inferioribus choris: ex quatuor verò superioribus choris, nempe Seraphinis, Cherubinibus, Thronis, & Dominationibus, neminem ad nos vnquam fuisse missum, vt vel nomina ipsa, tam quinque ordinum inferiorum, quam quatuor superiorum ordinum, satis indicant: illa namque à ministeriis, quæ Angeli apud nos exercent, sunt imposta: hæc verò non item. Alij affirmant, quamuis regulariter solum ex ordinibus inferioribus mittantur ad nos Angeli: aliquando tamen ad aliqua maioris momenti præstanda, ex superioribus etiam ordinibus aliquos mitti consueuisse.

Sit tamen hac in re prima conclusio. Vel ad nos, vel ad nunciandum & reuelandum aliis Angelis aliqua ad salutem & bonum nostrum, omnes vnuersum Angeli mittuntur. Hæc est Diui Bonauenturæ in secunda distinctione decima, articulo primo, quæstione secunda, estque communiter ab Scholasticis in eadem distinctione recepta. Iuxta eam conciliatur grauissima Dionysij autoritas asserentis locis citatis, Angelos superiorum ordinum non mitti ad nos, cum autoritate Pauli ad Hebræos primo vnuersum de Angelis affirmantis: *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Affirmat quidem Paulus: *omnes Angelos in ministerium mitti propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Cum enim de ratione missionis sit, vt missus sit à mittente, & vt ibi esse incipiat, quo mittitur, saltem noto modo ab eo, quo antea ibi erat, vt quæstione quadragesimatertia explicatum est, Angeli verò superiores iussu, & ordinatione diuina inferioribus reuelent mysteria, per eamque reuelationem nouo modo, per nouumve effectum esse incipiant in Angelis inferioribus, quibus ea reuelant: sanè rectè colligitur, superiores Angelos mitti à Deo ad inferiores: & cum id totum ad nos bonumque nostrum ordinetur, vt ea ratione facilius hereditatem capiamus salutis: consequens profectò est, vt propter eos mittantur, qui hereditatem capiunt salutis, esto non ad eos mittantur: quare sententia Dionysij & Gregorij nequaquam cum verbis Pauli pugnat.

Secunda conclusio. Angeli quatuor superiorum ordinum regulariter non mittuntur ad nos. Hæc est de mente Dionysij, cuius autoritas hac de re maxima profectò est, eamque indicant nomina ipsa quatuor illorum ordinum, colligiturque ex ratione distinguendi illos quatuor ordines à quinque reliquis, quam quæstione 108. tradidimus.

Tertia conclusio. Ad quædam maximi ponderis & momenti obeunda, aut denuncianda, Angeli superiorum ordinum, etiam de numero Seraphinorum, mittuntur ad nos. In hanc conclusionem inclinant Scotus, Durandus, Gabriel, & plerique alij in secunda distinctione decima, potèstque confirmari ex illo Isaia sexto: *Volauit ad me vnus de Seraphim.* Hunc tamen locum altero duorum modorum interpretatur Dionysius, capite decimo

Num ex omnibus ordinibus ad nos mittantur.

1. conclus.

2. conclus.

3. conclus.

Seraphinus qui Isaiam ignito calculo mundauit, ex quo ordine fuerit.

decimotertio cœlestis Hierarchiæ. Vno, vt Angelus ille fuerit inferioris Hierarchiæ & ordinis: dicatur verò *Seraphim* ab effectu, quia scilicet inflammavit Isaiam. Altero, vt visio facta sit quidem ministerio inferioris Angeli, & similiter mundatio & inflammatio: attamen quia ex præscripto & reuelatione prius per Seraphinum facta Angelo inferiori, nominèque Seraphini inflammatio illa & mundatio facta est, tribuitur Seraphino, licet immediatè fuerint executioni mandata per Angelum inferiorem. Sicut quod Episcopus per Diaconum exequitur, Episcopo tribuitur.

Potest deinde eadem conclusio confirmari, quia Genesis tertio cum Deus primos parentes de Paradiso eiecit, dicitur: *Et collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim*. Præterea Michaël, Gabriel, & Angelus ille, qui ad confortandum Christum Dominum in hortum missus est, sanè de numero Seraphinorum videntur esse, iuxta ea quæ quæstione 108. dicta sunt: licet enim ad communia quæque obeunda & denuncianda mittantur Angeli de inferioribus ordinibus: attamen ad maxima, & ad insignes admodum personas, vt ad denunciandum Virgini Deiparæ mysterium incarnationis, & ad confortandum Christum, sanè de Seraphinis mitti videntur: nec aliud decebat. Alicui etiam Seraphinorum vniuersalis totius Ecclesiæ cura videtur demandata: hic autem est Michaël, qui, vt quondam princeps erat synagoga, vt Daniel decimo habetur, sic modò princeps creditur Ecclesiæ Christianæ. Ad conferendam etiam legem filiis Israël, atque ad ministerium denunciandum Prophetis præcipua quæque, si non de Seraphinis, certè de superioribus ordinibus videntur delegari Angeli, neque hoc est præter ordinem, aut suprâ ordinem in Angelis statutum, vt hoc loco vult Diuus Thomas, sed iuxta ordinem ipsum: ad diuinam quippe sapientiam & prouidentiam spectat eum ordinem statuere, vt ad communia de inferioribus ordinibus ad nos mittantur, ad præcipua verò, & ad insignes admodum personas, mittantur etiam de superioribus. Quia verò hæc perpauca sunt comparatione multitudinis Angelorum superiorum ordinum, dicendum est, non omnes vniuersim Angelos superiorum ordinum ad nos mitti, sed de singulis ordinibus aliquos, idque admodum rarò. Quare hæc etiam potest esse interpretatio illius dicti Pauli ad Hebræos primo: *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, &c.* vt distributio sit, non pro singulis generum, seu ordinum, sed pro generibus singulorum, loquaturque de missione ad nos, quasi sit sensus: de quolibet ordine Angelorum mittuntur in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Dionysius verò quando affirmat, solum mitti ad nos de inferioribus ordinibus, intelligit, vt plurimum, atque ad communia quæque, ad quæ Angeli ad nos mitti consueverunt.

*Angelos as-
sistere variè
exponitur.*

Vterius quæritur, verum Angeli omnes assistant. Dicendum est, assistere, posse sumi tribus modis. Primò, vt sit idem, quod frui diuino conspectu. Hoc modo commune quid est omnibus Angelis bonis, tam iis, qui mittuntur, quam iis, qui non mittuntur. Secundo ita, vt illi soli assistere dicantur, ad quos vel non pertinet mitti, vel admodum rarò, & ad maxima quæque obeunda, aut denuncianda, sed eorum munus sit

A accipere à Deo reuelationes, & eas aliis denunciare. Hoc modo soli Angeli quatuor primorum ordinum dicuntur assistere. Tertio, vt assistere distinguatur contra mitti, quasi Angeli dum non mittuntur, sed simul cum aliis sunt in cœlo Empyreo, fruente diuino conspectu, ac expectantes diuinam missionem, dicantur assistere: quando verò absentes sunt à cœlo Empyreo: à Deo optimo maximo missi, non dicantur assistere illo modo, nempe in loco beatis peculiariter deputato, in quo velut in aula regia sedes sunt beatorum. Iuxta hæc exponi possunt varia Scripturæ sacræ testimonia.

B Vltimò quæritur, verum quidam ex Angelis alios mittant? Respondendum est, auctoritate propria nullum Angelum mittere alium: auctoritate verò delegata atque à Deo accepta vnum mittere alium. Hoc modo Zachariæ secundo Angelus, qui cum Zachariæ loquebatur, dixit ad alterum Angelum: *Curre, loquere ad puerum istum, &c.* videturque proprium Dominationum mittere Angelos inferiores, distribuereque illis ministeria in particulari, quæ speciatim à quibus sint exquenda.

QUESTIO CXIII.

De custodia Angelorum.

DISPUTATIO VNICA.



B Angelis homines custodiri, est de fide. Pater ex illo Matthæi decimo octauo: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*. Ad Hebræos primo: *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis*. Psalmo trigésimotertio: *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*. Psalmo nonagesimo: *Angelus suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, &c.* Vt enim Deus hostes inuisibiles ad eorum exercitium, & probationem hominibus permittit: sic etiam concedens erat, vt tanquam protectores, defensores, ac adiutores, inuisibiles Angelos eisdem confectet, qui corpus & animam ab hostibus inuisibilibus protegerent, liberumque hominis iuuarent arbitrium.

Quòd autem vnusquisque homo suum peculiarem Angelum habeat custodem, licet non sit de fide, est tamen communis sententia Sanctorum, atque Doctorum. Inter alios verò Hieronymus in illud Matthæi decimo octauo: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*: *Magna, inquit, est dignitas animarum, vt vnusquisque ab ortu sua natiuitatis in sui custodiam habeat Angelum sibi deputatum*. Chrysostomus in eundem locum homilia sexagesima in Matthæum: *Manifestum, inquit, est, quia omnes sanctos Angelos habent, & tam eo loco quàm in imperfecto homilia quadragésima ipse, aut quicumque alius eius operis auctor, exponens locum illum: Et septem circumdedit eum*. Idem docent Basilius in illud Psalmi quadragésimi: *Et dominabuntur eorum relictis in matutino, & homilia secunda de laudibus ieiunij: libro tertio aduersus Eunomium in principio, & alibi. Iudoris sibi.*

lib. primo, de summo bono cap. duodecimo, sententia vigesima prima, & plerique alij. Fuit verò expediens vnicaque hominum suum peculiarem Angelorum deputari, & non vnum Angelum multis hominibus simul existentibus: tum quia numerus Angelorum ad id erat sufficiens, eaque ratione suauis ordo diuinæ prouidentiae disponitur. Tum vel maximè, quia duo homines possent ad eò se iungi ab inuicem, vt vnus Angelus non posset vtrique simul subuenire: vt si vnus maneret in Luitania & alius migraret ad Indos: contingere autem poterat aliquando, vt opus esset subuenire vtrique simul. Imò Iustinus martyr in libro quaestionum à Gentibus Christianis propositarum quaestione trigesima, affirmat, ita vnumquemque hominem habere suum peculiarem Angelum custodem, vt Angelus qui aliquem custodit, eumque in sempiternam felicitatem perduxit, numquam amplius alium hominem custodiat.

Angeli custodia quando incipiat.

Circa tempus, à quo incipit custodia, Diuus Bonauentura in secunda distinctione vndecima, in expositione literæ, quem sequitur Gabriel in eadem distinctione existimat incipere à puncto temporis, in quo infunditur anima & producit homo in vtero matris. Diuus Thomas verò hoc loco & Durandus in secundo, distinctione vndecima, quaestio prima, probabilis esse arbitrantur, incipere ab instanti natiuitatis: eò quòd dum puer est in vtero matris, sit quasi vnum quid cum matre per colligationem, eò modo quòd fructus, dum pendet ex arbore, est vnum quid cum arbore: quare qui Angelus sufficit ad custodiendam matrem, sufficit etiam ad custodiendum filium, dum est in vtero materno. Atque hæc sententia magis placet. Deputatur verò angelus statim à natiuitate, & nò quando suscipit gratiam in baptismo: quia custodia non respicit hominem, quatenus Christianus aut fidelis est, sed quatenus viator est, ad Angelosque spectat non solum custodire animam promouendo in bonum, excitando vt resurgat à culpa, & curando, vt in eam non incidat, &c. Sed etiam custodire corpus, & mouere alios, vt remedium contra originale peccatum illi adhibeatur: hæc autem duo præstare poterit puer, etiam antequam ad baptismum perueniat.

Quando finitur.

Quòd atinet ad tempus in quo custodia finitur, conueniunt omnes finiri cum vita: tunc enim desinit esse viator. Atamen custodiæ videtur annexum, vt si custoditus discedat in gratia, aliquidque expiandum habeat, ab Angelo custode deducatur in locum expiationis: neque enim credo id fieri à dæmonibus, quicquid alij dicant. Id quòd confirmari potest ex illo Lucae decimo sexto, *Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae.* Sicut enim ante mortem Christi in poenam originalis peccati iusti ab Angelis ducebantur in sinum Abrahae quousque pretium nostræ redemptionis solueretur, panderenturque portæ cæli: sic quando post Christi mortem in ignem expiationis ducuntur, ab Angelis sanctis, & non à dæmonibus portantur. Eidem etiam custodiæ videtur annexum vt eum, qui nihil iam expiandum habuerit, Angelus custos in cælum Empyreum ducat, comitantibus, vt credibile est alijs Angelis, pro cuiusque meritis & dignitate: quòd confirmat testimonium

Molina in D. Thom.

A citatum, nec non id quòd in officio defunctorum canit Ecclesia, in sinu Abrahae Angelis deducant te, &c.

Custodiuntur verò ab Angelis omnes merè viatores, siue fideles sint, siue infideles, propter rationem redditam, nempe quia custodia respicit hominem quatenus viator est, & non quatenus iustus aut fidelis est: & in hoc omnes conueniunt. Vnde & Domina nostra Angelum habuit custodem. Imò & homines in statu innocentiae Angelos habebant custodes, eò quòd viatores erant, & vt habebant dæmones impugnatores, reque ipsa impugnati sunt: ita ratio postulabat, vt haberent Angelos custodes, à quibus & dæmones coercerentur, ne plusquam oporteret tentarent, aliudve nocentum inferrent, & sanctis inspirationibus in maius bonum promouerentur. Christus autem Dominus quatenus homo propter vnionem humanitatis ad Verbum, & quòd simul esset comprehensor, & Dominus Angelorum, non habuit Angelum custodem: habuit tamen Angelos ministros quales fuerunt illi, qui, per actus tentationibus, accesserunt & ministrabant ei, vt habetur Matthæi capite quarto, & qualis fuit Angelus qui accessit ad eum confortandum in horto. Ioann. etiam primo, dixit Christus: *Videbitis Angelos Dei ascendentes & descendentes super Filium hominis.*

Angeli custodiunt omnes merè viatores, etiam infideles.

Christus Dominus cur non habuerit Angelum custodem.

Adde, quòd custodia angelorum numquam homini prorsus aufertur, dum est in via: quemadmodum numquam ei denegatur omnino auxilium supernaturale: propter peccata tamen hominum, sicut interdum denegantur eis auxilia quædam particularia, ita denegatur custodia angelorum quoad peculiare aliquos effectus. Atque id est, quòd dicitur Hieremias 51. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam.* Et quòd dicitur Isaia 5. *Auferam sepem eius & erit in direptionem; diruam maceriem eius & erit in conculcationem.* Nomine namque maceris, custodia angelorum intelligitur. Et in historia Ecclesiastica narratur, ante destructionem verbis Hierosolymorum auditas fuisse voces angelorum in templo dicentium, relinquamus has sedes.

Angeli custos nunquam homini dum in via est prorsus aufertur.

Sunt verò angeli deputati in custodiam, non solum priuatis hominibus, sed etiam diuersis nationibus, prouinciis, ciuitatibus, diuersis Ecclesijs, & congregationibus, vt diuersis religionibus, & fortè non solum prouincijs earum, sed etiam peculiaribus cænobijs: hi autem angeli curant, quæ ad bonum commune prouinciæ, aut congregationis sibi commissæ spectant, ad idque mouent singulos communitatis, pro vt expedit, contrariisque arcant, &c. Vnde Clemens Petri discipulus secundo libro recognitionum: *Est, inquit, vniuersiusque gentis Angelus, cui credita est gentis ipsius dispensatio.* Dionysius nono capite cælestis Hierarchiæ singulis nationibus præfectos esse angelos docet. Clemens Alexandrinus, libro sexto stromatum: *Per gentes, inquit, & ciuitates sunt distributa Angelorum præfectura: idem docent, & latius explicant ac extendunt Basilius tertius, libro aduersus Eunomium in principio. Gregorius Nazianzenus oratio. trigesima secunda, semel atque iterum. Et carmine sexto, de substantijs mente præditis. Gregorius quarto Moralium capite vi-*

Etià diuersis nationibus, prouincijs, orbibus Angelos deputari.

gestimo septimo, Isidorus libro primo, de summo bono capite 12. sententia 20. & plerique alij, colliguntque id ex cap. 10. Danielis, quo in loco de angelis principibus diuersarum prouinciarum est sermo.

De quibus ordinibus angeli in custodiam deputentur priuatis personis, principibus, prouinciis, &c. & vtrum, si non singulis indiuiduis, spe-

Aciebus tamen singulis rerum irrationalium deputati sint particulares angeli in custodiam, dictum est quaest. centesima octaua, quaestio. centesima decimaquarta quae est de impugnatione daemonum, & in qua finitur tota disputatio de angelis, facilis est, & in superioribus magna ex parte explicata, idcirco ab eius interpretatione duxi supersedendum.



TRACTA

MOLLIN
 D. V. I.
 4